BIBLIOTECA VITT EMANUELE
13
24 C
12

Digitized by Google

13-24 C-12

SOLI DEO HONOR ET GLORIA

Tractatus

DE IVRISDICTIONE ADIVNCTORVM

COADIVVANTIVM EPISCOPVM

contra Præbendarios ſuos criminaliter procedentem.

Authore

D. LVDOVICO A SARAVIA METRO politicæ Sedis Cæſarauguſtæ Canonico. Olim ad publicam Iuris Pontificij interpretationem in Oſceñ, & Cæſarauguſtañ Gymnaſijs & Cæſ. præfat.æ Archiepiſcopatus Vicariatum generalem adminiſtrandum præcincto.

Dicatus

ILLVSTRISS. DOMINO SVO D. PETRO Gonzalez de Mendoza Archi. Epiſcopo, & temporali Domino Seguntino Regioque Conſiliario.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.

CÆSARAVGVSTÆ, Apud Ioannem à Lanaja & Quartanet Regni Aragonum & Vniuer. Typ.

Anno CIↃ. IↃCXXIV.

Digitized by Google

APPROBATIO, ET LICENTIA.

OBlatum mihi librum hunc verè aureũ, De Iuriſdictione Adiunctorum (de qua nemo adhuc ex profeſsò tractatũ edidit) vt cenſurandum committeren, cæpi legere; & quamuis magnis ocupationibus præpeditus, auiditate quadam proſecutus eius dicendi facilitate, & ſententiarum elucidatione, & difficultatum reſolutione allectus, tandè perlegi. Perlectũ aprobaui, nihilq; in eo reperi bonis moribus, ortodoxæ fidei, Sacris Canonibus, & Æcumenicis concilijs aduerſum, quin potius omnia mira eruditione diſcuſſa, ſapiuntq; & redolent talem, ac tantum virum eximiumq; Doctorē; licentiamq; impartimur libentiſsimè, vt quam primum in lucem edat ad communem omnium vtilitatem; typiſq; & prælo mandari iuſsimus. Pergat vt cępit bonis auibus Dñs Officialis & Collega noſter. Dij cœptis aſpirate ſuis, & ex vtriuſque iuris nemore ampliſsimo, & copioſiſsimus ſpacioſaq; & fructifera ſilua, vberrimos fructus, & flores veritatis candidos colligens futilibus fucata ineptijs reſpuens. Mittat ſtatim ſecũdo fęlici partu canonicales diu expectatas ſatiſq; elaboratas quęſtiones. Datt. in hoc Palatio Archiepiſcopali Sexto Kal. Octobris Anno ſalutis M.DC.XXI.

Licenciatus D. Petrus de Molina,
Vicar. Gener.

De mandato dicti admodum Illuſtriſ. Dñi Vic.Gen.
Antonius Zaporta Notarius.

APPROBATIO.

TRactatum hunc de Iuriſdictione Adiunctorum (Autore D. Ludouico de Sarauia Doctore) opus ſanè eruditiſsimum vidi, & pręlo dignum iudicaui; omniaque in illo cōtenta iuxta orthodoxę, Apoſtolicę Romanę Eccleſię, Sanctorum Patrum, Cōciliorum, Canonum ſanam doctrinam magna eruditione explicari; & facultatem, vt in lucem edat, typiſque mandetur libentiſsimè concedimus. Datt. Cęſaraug. Pridie Nonas Auguſti Anno M.DC.XXIIII.

Doctor D. Ioannis de Salinas,
Vicar. Gener.

† D.DOC.

D. DOCTOR DON GASPAR ARIAS DE REYNOSO SEDIS CÆSARAVG. & Archipreſbiter & Capitularis, Sanctæ Inquiſitionis Conſultus in Aragonia, ſic approbat.

DOMINO DON LVDOVICO SARAVIA Canonico Sanctæ Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ I. V. Doctori, authori huius inſignis operis ſalutem.

NOVI te à pueritia in literis minoribus diligenter vt te,& illuſtrem patrem tuum decebat, edoctum; in maioribus in Salmanticenſi ſchola aprimè eruditum; in Oſcenſi & patria noſtra Cæſarauguſtana Academijs lectorem diſertiſsimum; in Capitulo Eccleſiæ noſtræ Metropolitanæ Canonicum. Cõſiliarium doctum,& cordatum; in conſulendo pauperibus & amicis Iuriſcõſultum oculatum; in Eccleſiaſtico foro huius Metropolis in primo,ſecundo, & vltimo officijs, Iudicem venerandum & perſpicacem, quid ergo mirum ſi hæc à pueritia ſic tractaſti, quod nunc librum talẽ nobis de iure ſtudioſis, practicis, & conſultis offeras! ita doctrina, lectione, cenſura, & perſpicuitate plenum laboraſti, inſudaſti, didiciſti, diſputaſti, docuiſti, conſultaſti, decreuiſti. Omnia hęc pro bono noſtro vt armati etiam & doctiſsimi Iuriſconſulti, maximè eccleſiaſtici, equum Troianum per te habeant, vbi antiqua & nouiſsima Doctorum Claſicorum, Neotericorum illuſtrium Romanorum ſubſelionum digeſta, & ad vtiliſsimas quæſtiones practicas ſimul habeant, gloriemurq; nos Cæſarauguſtani, quod & iure ciuili Seſsios,& iure Canonico Sarauias noſtris temporibus demus, Couarruuiæ,& Gutierrez non inferiores. Sum licet minimus iuris deſiderioſus ſtudioſus, veteranus tamẽ & rudè donatus domi & foro & Eccleſia,& ſic non meum iudicium in aliquo prætij alicuius facio, adhuc tamen quæ lucent, etiam & luſcis lucent,& cognoſco, ſicq; augurior lucubrationes has tuas diligẽtiſsimis futuras vtiles & admirabiles, redolentq; vt vnde incepi fœliciter reuertar, opera omnia tua,& hoc maxime, ingenium (quod à venerando, doctiſsimo,& nobili dño Petro Sarauia Parente tuo celebri Sacræ Maieſtatis à curatione Cameræ doctiſsimo, & in re ſtatus, ſtatus materiæ primario,& prudentiſsimo viro, Regibus & primarijs aulicis, vt cordatiſsimo,

tiſsimo acceptione magna in Curia viſo) accepiſti. Nequè deſunt in familia tua mille, armis, & literis inſignes, quos referas. Sufficiat nunc vnũ pro mille nominare, nobiliſsimum Conſiliarium, & Iuriſprudentia, dominum don Antonium Quintana à Dueñas, de Supremo Regio Conſilio, Italiæ, & Marchionem de la Foreſta, gentilem tuum, tuiquè non minus virtute quam ſanguine amantiſsimum, cuius & opera publica & priuata, & te incitarunt fœliciter, & me detinent, prout & cætera quæ de te erant de iure latè, diffuſeq; dicenda. Tandem Authorem talem nobile tale narrat opus, prout lector vtiliſsimè ſtudendo in eo compeṙiet. Vale, & ad cætera quæ ſemper tuo indefeſſo labore in tua copioſa & ſelecta Biblioteca ſemper inherens, hauris, pro Indijs preciosioribus, amanter, vt ad lucem prodas, vehementer exoro. Cæſarauguſtæ 1, Octobris. M. DC. XXIIII.

Doctor Arias de Reynoſo.

APROBACION.

AViendo viſto y reconocido por orden de V. Ex. el tratado *De Iuriſdictione Adiunctorum*, del Doctor Luys de Sarauia, Canonigo de la Santa Igleſia Metropolitana deſta Ciudad, donde mueſtra bien el Autor ſus muchas partes y erudicion, por ſer el ſugeto y la materia tan poco eſcrita de otros, aunq̃ muy neceſſaria, particularmente a todas las Igleſias Cathedrales, por todo eſto me parece que V. Ex. puede ſeruirſe de dar licencia que ſe imprima, y lo firmè de mi mano en Çaragoça, à veynte de Agoſto del Año de mil ſeyſcientos veynte y quatro.

El Doctor Auguſtin de Morlanes.

DON Felipe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ieruſalem, &c.

DON Fernando de Borja Comendador mayor de Monteſſa, Gentilhombre de la Camara de ſu Mageſtad, ſu Lugarteniente y Capitan general en el preſente Reyno de Aragon. Por quanto, auiendo hecho ver, y examinar el tratado: *De Iuriſdictione Adiunctorum*, compueſto por el Doctor Luys Sarauia Canonigo de la ſanta Igleſia Metropolitana deſta ciudad de Zaragoça. Y ſe ha hallado que no tiene coſa que no deua ſer admitida, antes bien es de mucho prouecho y vtilidad para todos. Por tanto, con la autoridad Real de que vſamos deliberadamente y conſulta, damos licencia, permiſſo, y facultad al dicho Doctor Luys Sarauia, para que por tiẽpo de diez años, de la fecha de la preſente contaderos, ò à quien ſu poder tuuiere, pueda imprimir, y vender, y hazer que ſe imprima y venda el dicho Tratado, y todos los cuerpos q̃ quiſiere ſin incurrir por ello en pena alguna. Y prohibimos y mandamos, que durante el dicho tiempo ninguna otra perſona lo pueda imprimir, ni vender, ni hazer que ſe imprima y vẽda, ſo pena de mil florines de oro de Aragon, a los Reales Cofres de ſu Mageſtad aplicaderos, y perdimiento de los libros, y moldes, y otras penas a nueſtro arbitrio, con que en todos los cuerpos que ſe imprimieren vaya pueſta eſta nueſtra licencia, la qual ſe aya de regiſtrar, y ſellar primero con el ſello de la Real Cancellaria deſte Reyno. Y mandamos a qualeſquiere Iuezes, Oficiales mayores y menores, Miniſtros, Vaſſallos, y Subditos de ſu Mageſtad, conſtituydos y conſtituyderos en el, cumplan, y guarden, guardar y cumplir hagan la preſente nueſtra Licencia y Priuilegio, y que no ſe contrauenga a el en manera alguna ſo las dichas penas, y de incurrir en la ira, è indignacion de ſu Mageſtad. Dat. en Zaragoça a veynte y ocho de Agoſto, Mil ſeyſcientos veynte y quatro años.

Don Fernando de Borja.

V. Seſſe R.

Dominus Locumt. Gener. mand. mihi Petro Tolo viſa per Seſſe Regentem Chancellar.

Diuerſorum Locumtenent. generalis Arag. vj. fol. ccxviiij.

ILLVSTRISS. DOMINO SVO DON PETRO GONZALEZ DE MENDOZA ARCHIEPISCOPO, Epiſcopo Seguntino, & Domino temporali, Regioque Conſiliario.

CVM primum (Illuſtriſsime Princeps) imperio dominationis tuæ, ad Prouiſoris munus exercendum in hoc numeroſo Cæſarauguſtano Archiepiſcopatu abſtractus ſum, mecum ipſe cogitare cœpi, artem iuris magis magnam atque vberem quam difficilem, & obſcuram, quæ bonum & æquum vnicuique tribuit, neceſſarij antecedentis cognitionem prærequirere. Cuius ſcilicet iuriſdictio ſit, pro partitione elargienda? De ea in genere diſceptare, poſt tot eruditiſsimorum hominum tractatus, importunum, & formidandum, pro exiguitate ingenij mei animaduerti. Conueniens tamen & opportunum cenſui aliqua ex digeſtis in genere membra diſpartiri. Quæ congruunt, & illuſtriſſimæ dominationi tuæ, quippe qui pro vindicanda maieſtate iuris. Et ſua vnicuique iuriſdictione tuenda, cum ſempiterna lau-

Digitized by Google

& vtilitatis propriæ magno detrimento ſummè elaboraſti. Quæ lectori non diſplicent, ſed grata & iucunda (vtpote à Doctoribus ex profeſſo non diſſerta) arrident, & Canonicali quam obtineo Dignitati correſpondent. Ea qualia qualia ſint celſitudini tuæ offerenda propoſui, tum vt tibi, qui Dominus meus es, conſtet ratio temporis à me conſumpti in priuatis & ſecretis occupationibus, cui conſtitit de publicis & notis functionibus. Tum vt ſi quid indignum irrepſerit benignè pro more corrigas. Tum vt meos connatus ad maxima quæque adſpirantes foueas & animum mihi ad alia tuo validiſsimo ductu inchoanda excites. Faxit Deus vt te Eccleſiæ ſuæ nouis ſplendoribus diutiſsimè incolumem ſeruet, & ad ea quæ plurima omni laude digna egiſti. Alia etiam geſta accedant quibus & gloriam inter homines, & in cœlis inmortalitatem conſequaris. Cæſarauguſtæ ex hac tua Metropolitana Sede, die xxj. Nouembris, anno CIↃ. IↃC. XXIV.

Illuſtriſsimæ Dominationis tuæ.

Humillimus ſeruus.

Ludouicus à Sarauia.

LEC-

LECTORI.

EX quæſtionibus in hoc libro diſputatis, aliæ ex profeſſo,& principaliter, quas Elenchus ſubſequens demonſtrabit. Aliæ incidenter, vel reſolutiuè interſeruntur. Hæ ſunt.

An Adiuncti iurent & ſignent prouiſonalia? q. 15. num. 15. & 17.

Quid ſi vnus ex adiunctis delinquat? q. 5. in fi. & q. 6. n. 11.

De ſuſpicione vnius ex coniudicibus an alij noſcant? q. 9. num. 12.

Quid ſi Epiſcopus recuſetur? q. 9. n. 12.

An ſolus Epiſcopus abſoluat in foro interno? q. 15. n. fin.

An Capitulum Sede vacante procedat cum Adiunctis? q. 17. n. 35. & 32. n. 5.

Quid ſi Epiſcopus non ſit conſecratus? q. 17. n fi.

An ſolus Epiſcopus procedat contra Pœnitentiarium renuentem audire confeſſiones? q. 18. n. 16.

An Adiuncti procedant contra delinquētem in alia Diœceſi? q. 22. n. 34.

An vnus ſine altero ſed cũ Epiſcopo ritè procedat? q. 31. n. 21.

An Adiuncti iure Sportulas petant? q. 32. n. 10.

An ab Adiunctis appelletur ad immediatum ſuperiorem? q. 32. num. 11.

An vnus ex Epiſcopo & Adiunctis alteri, vel alijs inhibeat? q. 32. n. 14.

ERRATAS SIC CORRIGE.

PAg. 19. n. 63. in fine. q. 92. pro 29.
Pag. 33. n. 39. incedant. pro incidant.
Pag. 44. n. 49. Archidiaconatuum pro Archidiaconatum.
Pag. 10. n. 8. conſenſu pro conſenſa.
Pag. 175. n. 35. §. fin. dimanans pro dimanantem.
Pag. 220. §. præterea perſonas pro perſona.
Pag. 264. n. 30. deciſ. pro dociſ.
Pag. 297. n. 64. de iurei pro iure.
Pag. 307. in fine poſſumus pro poſſum.
Pag. 356. poſt medium commandati pro commandatur.
Pag. 365. §. 9. in princ. quamdam pro quand.
Pag. 368. Auditores pro Auditorem.

DE

VI.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHVS
TOTIVS OPERIS.

QVÆSTIO Prima, An aſsiſtat vel reſiſtat ius commune Adiunctorum Conſtitutioni?

Quæſt. II. An Tridentina Synodus de nouo aliquam iuriſdictionem tribuerit Capitulis?

Quæſt. III. An Adiunctis ſit aliqua iuriſdictio?

Quæſt. IIII. An iuriſdictio iſta ſit appellanda, cumulatiua, priuatiua, ſimultanea, vel aggregatiua?

Quæſt. V. An Epiſcopo nolente, vel non valente contra Capitulares delinquentes procedere, iuriſdictio deuoluatur ad Adiunctos?

Quæſt. VI. An ſolus Epiſcopus contra vniuerſum Capitulum delinquens procedat?

Quæſt. VII. An ſinguli de Capitulo renunciare poſſint Adiunctorum fauori?

Quæſt. VIII. An tacitus Adiunctorum conſenſus ſufficiat, vel requiratur expreſſus?

Quæſt. IX. An Adiuncti vt ſuſpecti poſsint recuſari?
Quæſt. X. An decretum hoc habeat locum in Cathedralibus dumtaxat?
Quæſt. XI. An Eccleſia in Cathedralem erecta poſt Tridentinum gaudeat Adiunctis?
Quæſt. XII. An de iure competat Epiſcopis iuriſdictio omnimoda & independens à Capitulo, vel nominandis ab illo contra Canonicos regulares?
Quæſt. XIII. An Epiſcopus poſsit omnimodè procedere, ſi Capitulum initio anni coniudices non eligit?
Quæſt. XIIII. An Epiſcopus non etiam eius Vicarius poſsit procedere criminaliter contra Capitulares?
Quæſt. XV. An poteſtas abſoluendi Capitulares à cenſuris competat Epiſcopis independenter?
Quæſt. XVI. An Epiſcopus poſſit monere Capitulares ſine Adiunctis, vt à ſuſpectarum mulierum conſortio abſtineant?
Quæſt. XVII. An diſcordibus Epiſcopo & Adiunctis in electione tertij, ad Capitulum Cathedrale vicinius & paſtore vacans tertij electio deuoluatur?
Quæſt. XVIII. An Epiſcopus ſolus poſſit priuare Capitularem ob non ſuſceptionem ordinis præbendæ ſuæ annexi?
Quæſt. XIX. An qui intra annum immediatè ſequen-

tem poteſt initiari ſacris requiſitis ad præbendam, ſed non quolibet parte anni ſit admittendus ad illam?

Quæſt. XX. Quando Epiſcopus ſolus ad neceſſariam Capitularium detentionem poſſit procedere?

Quæſt. XXI. An Epiſcopus ſolus poſſit procedere contra Dignitates non Capitulares?

Quæſt. XXII. An Epiſcopus cum Adiunctis procedat contra Capitularem alterius Diœceſis, ſed in ſua delinquentem?

Quæſt. XXIII. An Epiſcopus procedat cum Adiunctis contra Portionarios Capitulares?

Quæſt. XXIIII. An Epiſcopus poſſit viſitare Capitulares ſine Adiunctis, vbi contraria immemorialis conſuetudo viget?

Quæſt. XXV. An ſint ſublata ſtatuta, vel concordiæ à Sede Apoſtolica confirmatæ quibus decernitur Epiſcopum ſine Adiunctis non poſſe Capitulares viſitare?

Quæſt. XXVI. An interpoſita appellatio in viſitatione ſuſpendat, vel deuoluat?

Quæſt. XXVII. An Epiſcopus poſſit ſubditos eximere à viſitatione?

Quæſt. XXVIII. An in leuibus poſſit Epiſcopus cõtra Capitulares procedere ſine Adiunctis?

Quæſt. XXIX. An Epiſcopus poſſit procedere ſine Adiunctis contra Coadiutores Capitularium?

Quæſt. XXX. An licitus ſit recurſus ad regium tr-

bunal pro defenſione iur. Adiunctorum?
Quæſt. XXXI. An geſta per Epiſcopum ſine Adiunctis ſint irrita, vel irritanda?
Quæſt. XXXII. An Adiuncti ſint Iudices delegati, vel ordinarij?
Quæſt. XXXIII. An Capitulo ſit iuriſdictio aliqua in Decanum, in Capitulares, vel Præbendarios?
Quęſt. XXXIIII. An Decanus habeat iuriſdictionem in Capitulum, vel Præbendarios?
Quæſt. Vltima, De fonte ex quo harum quæſtionum reſolutio congeſta fuit, ideſt de Auctoribus Sacræ Rotæ Romanæ?

DE

Digitized by Google

DE IVRISDICTIONE ADIVNCTORVM.

PRAEFATIO.

DE Iuriſdictione Adiunctorum ſtudioſa breuitate acturus, quã de re nemo (quem viderim) hucuſq; tractatum edidit, ante oculos proponam duplicem Tridentini legem, cauſam multiplicis iurgij, in quo componendo ſacra Cardinalium & Rotalis Conſiſtorij congregatio oleum & operã non modicam adhibuerunt.

Prima lex conſtituitur in c. 4. Seſ.6. de refor. Et ſic ſtatuit. *Capitula Cathedralium & aliarum maiorum Eccleſiarum, illorumq; perſonæ nullis exemptionibus, cõſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum ſuos obligent auctores, non etiã ſucceſſores tueri ſe poßint, quo minus à ſuis Epiſcopis & alijs maioribus Prælatis, per ſe ipſos ſolos, vel illis quibus ſibi videbitur adiunctis iuxta canonicas ſanctiones toties quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apoſtolica, poßint & valeant.*

Secundam legem reperies in c. 6. Seſſ. 25. de reform. in genere & ſic decernit.

Statuit ſancta Synodus, vt in omnibus Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis decretum ſub fel. rec. Paulo. III. quo

incipit Capitula Cathedralium obſeruetur, non ſolum quando Epiſcopus viſitauerit, ſed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contra aliquem ex contentis in dicto decreto procedat, ita tamen vt cum extra viſitationẽ proceſſerit, infraſcripta omnia locum habeant, videlicet, vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum conſilio & aſſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius tàm in formando proceſſum, quàm in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiue, coram Notario tamen ipſius Epiſcopi, & in eius domo, aut tribunali conſueto procedere teneatur. Vnum autem tantum ſit vtriuſq; votum poſſitq; alter Epiſcopo accedere. Quod ſi ambo ab Epiſcopo diſcordes in aliquo actu, ſeu interlocutoria, vel diffinitiua ſententia fuerint, tunc intra ſex dierum ſpatium cum Epiſcopo tertium eligant, & ſi in electione tertij, etiam diſcordare, ad viciniorem Epiſcopum electio deuoluatur; & iuxta eàm partem cum qua tertius conueniet, articulus in quo erat diſcordia, terminetur: alias proceſſus & indeſecuta nulla ſint, nulloſq; producant iuris effectus. In criminalibus tamen ex incontinentia prouenientibus, de quo in decreto de concubinarijs & in atrocioribus delictis, depoſitionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur ne iudicium eludatur, & ideo opus ſit perſonali detentione, poſſit initio ſolus Epiſcopus ad ſummariam informationem & neceſſariam detentionem procedere: ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo. In omnibus autem caſibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac perſonarum, delinquentes ipſi in loco decenti cuſtodiantur. Epiſcopis præterea vbique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par eſt; eiſque in choro, & in Ca-

Digitized by Google

in Capitulo in proceſsionibus & in alijs actibus publicis ſit prima ſedes & locus, quem ipſi eligerint & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Qui ſi aliquid Canonicis ad deliberandum proponant: nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum agatur ſpectante, Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent, vota exquirant, & iuxta ea concludant. Abſente vero Epiſcopo omnino hoc ab ijs de Capitulo ad quos hoc de iure, vel conſuetudine ſpectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur. Cæteris autem in rebus Capituli iuriſdictio & poteſtas, ſi qua eis competit, & bonorum adminiſtratio ſalua & intacta omnino relinquatur. Qui vero non obtinent dignitates, nec ſunt de Capitulo, ij omnes in cauſis eccleſiaſticis Epiſcopo ſubijciantur, non obſtantibus quo ad ſupradicta priuilegijs, etiã ex fundatione competentibus, nec non conſuetudinibus etiam immemorialibus ſententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum ſuos obligent auctores, ſaluis tamen in omnibus priuilegijs, quæ vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, ſeu earum perſonis ſunt conceſſa. Hæc autem omnia & ſingula in ijs eccleſijs locum non habeant, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſtitutionibus vel priuilegijs, aut conſuetudinibus ſiue concordijs, ſeu quocunq; alio iure maiorem habent poteſtatem, auctoritatem, ac iuriſdictionem, quàm præſenti decreto ſit comprehenſum, quibus ſancta Synodus derogare non intendit.

Circa vtriuſq; decreti declarationem occurrunt multa dubia quotidiana & quæ innoteſcãt digna, quæ tanquam velites inſtructæ aciei deſeruient ad maiorẽ Canonicalis operis notitiam, ſubſecuturi (ſi Deus per miſſerit) primum hoc laborum meorum genimen.

Summaria quæſtionis Primæ.

Conſilium & conſenſus differunt, num. 1.
Dictio, libere quid ſignificet, n. 2.
Canonici non comprehenduntur clericorum appellatione, n. 3.
Exceptio debet eſſe de regula, n. 4.
Præſentia importat conſilium, n. 5. & Conſenſum. n. 54.
Clerici omnes fratres appellantur Epiſcopi, n. 6.
Epiſcopus eſt caput Capituli, n. 7.
Caput eſt principalis pars corporis, n. 8.
Epiſcopus cæterarum dignitatum culmen eſt, n. 9.
Epiſcopus in quibus caſibus requirat conſilium, vel aſſenſum Capituli, non liquet, n. 10. regula datur. n. 62.
Clerici Epiſcopi id eſt Capitulum Cathedrale. n. 11.
Capitularium punitio de iure ſpectat ad Capitulum, n. 12.
Sacerdotes id eſt Capitulum Cathedrale, n. 13.
Capituli cõſenſus generaliter ab Epiſcopo ſpectari debet, n. 14. maxime in grauibus, n. 58.
Seniores & Senatus pro Capitulo Cathedrali accipitur, n. 15. & n. 56.
Cõſilium idem quod aſſenſus ſignificat in arduis. n. 16. & 49.
Iuriſdictio facilius limitatur quam tollitur, n. 17.
Canonici faciunt vnum corpus cum Epiſcopo. n. 18.
Epiſcopus de iure habet Canonicatum in Cathedrali. n. 19.
Canonici æquiparantur cordi. n. 20.
Capitulum iuriſdictionem acquirit contra Canonicos per ſpatium decem annorum, n. 21.
Epiſcopus ſolus iuriſdictionem exercet ob Canonicorum negligen-

gligentiam. num. 22.
Canonici non habuerunt in Tridentino qui pro eis reſponderet, n. 23.
Fraternitas maior intercedit inter Capitulum & Epiſcopum, num. 24.
Quando requiratur aſſenſus, vel conſilium Capituli. n. 25.
Deciſio Putei, 209. lib. 1. n. 4. declaratur, n. 26.
Epiſcopus ſe habet cum ſuo capitulo, vt Archiepiſcopus cum ſuis Epiſcopis, n. 27.
Pœnæ irrogationem auget, vel minuit perſonæ conditio, n 28.
Canonici fratres Epiſcopi cenſentur, vt & Cardinales fratres Papæ, n. 29.
Canonici Cardinales appellantur, n. 30.
Canonici ſunt in magno honore, n. 31.
Canonici æquiparantur dignitatibus, n. 32.
Canonici ſunt collaterales Epiſcopi, n. 33.
Canonici dicuntur clerici primi gradus, n. 34.
Canonici plura officia exercent cum Epiſcopo, n. 35.
Canonici nomen eſt honoris, non oneris, n. 36.
Reges multi ſcribuntur Canonicorum albo, n. 37.
Adiunctorum aſſiſtentia multis rationibus conuenit, n. 38.
Adiuncti adhibentur iudicibus ſuſpectis etiam in Aragonia, n. 39.
Epiſcopi olim adiungebantur iudicibus ſuſpectis, n. 39.
Exemptio concedi ſolet ratione litis cum ordinario, n. 40.
Eccleſia del Pilar primo fuit ad tempus exempta ratione litis, n. 40.
Capitulum frequenter litigat cum ſuo Epiſcopo, n. 40.

Adiunctorum conceſſio Sedis Apoſtolicæ maieſtatem conſeruat, n. 41.
Cæſarauguſtanæ Sedis adiunctorum conceſſio, n. 42.
Iuriſdictio omnimoda quæ ſit, n. 43.
Archiepiſcopo Borja iuriſdictionem Adiunctorum impugnante nihilominus confirmata fuit. n. 44.
Argumentum ab abſurdo valet, n. 45.
Libertas eſſe debet in ſuffragijs ferendis, n. 46.
Capit. 3. de conſuetud. in 6. intellectus, n. 47. 49.
Conſuetudo præſcripta dicitur ſi 40. annorum ſpatio muniatur, num. 48.
Cap. Archiepiſcopus 9. q. 3. intellectus, n. 50.
Cap. 1. de offic. ordin. intellectus, n. 51.
Capituli conſenſus non excluditur vbi excluditur conſenſus aliorum, num. 52.
Intellectus Cap. ſi quid vero diſtinct. 86. n. 53.
Intellectus Cap. 1. de exceſſ. prælat. n. 54.
Intellectus Cap. nouit de his quæ fiunt a Prælatis, n. 55.
Capitulum cur dicatur Senatus, n. 56.
Epiſcopus quô plus videt plus ſibi diffidit. n. 57.
Canonici maiorem notitiam habere præſumuntur rerum Eccleſiaſticarum, num. 58.
Deciſio. 613. p. 1. diuerſ. declaratur, n. 59.
Immemorialis 100. annorum ſpatium requirit, n. 60.
Conſilium quando & quando requiratur conſenſus, n. 61. 66.
Conſilium & aſſenſus quomodo diſtinguantur, n. 62.
Conſilium multiplex eſt, n. 63.
Conſilium compellimur audire, n. 64.

Conſi-

ſilium & conſenſus promiſcué veniunt in ſermonem, num.65.
ſuetudo excludit Conſilium non ſolum aſſenſum, n.66.
ſcopus hodie diſpenſat ſine Capitulo, n.67.
ſenſus Capituli quando requiritur ab Epiſcopo, n. 68.

Quæſtio Prima.

An aßiſtat vel reſiſtat ius commune Adiunctorum Conſtitutioni?

RESISTERE videtur ex multis iuribus in quibus ſolum Conſiliū Epiſcopus tenetur requirere ſui Capituli, non etiam conſenſum quoties ad punitionem contra Capitulares proferit, quod certiſsimum videtur *ex c. 3. de conſuet. lib.* quatenus diſponit valere conſuetudinem, vt in puniendis exceſsibus ſuorum ſubditorum Epiſcopus conſilium ſui Capituli requirere minimè teneatur.

Sed Conſilium † & conſenſus differunt, nam illud 1
qui eſt voluntatis, iſtum ſequi eſt neceſſariū, *c. deniq; in. 4. diſt. c. nullus ex conſilio de reg. iur. in 6. c. cum olim arbitris, c. ne pro defectu 41. c. cum in veteri 52. de electio proſequitur Menoch. de arbitr. lib. 2 caſu 380. à num. 3.* ii Doctores loquuntur de requiſitione Conſilij. At : conſenſu requiſito neceſſario ſequendo, *eſt textus c. 1. §. conſenſus 29. q. 1. & plura tradunt Gomez de im-*

petr.beneſi.per obit.ſam. Cardin.*q.*11.*ſub.nu.*2. *Gonz. reg.* 8.*glo.* 47.*n.* 3. Ergo ſi Epiſcopus conſilium non aſſenſum ſui Capituli in ſubditorum caſtigatione poſtulabat reſiſtit ius conſtitutioni huic ſcilicet in c.6.ſeſſ.25. quæ Adiunctorum deſiderat & conſiliū & aſſenſum.

Secundo ex c. 1. de offic. ordin. vbi dicitur quod
2 Epiſcopi liberam † habent ſubditos ſuos corrigendi facultatem, quæ libera non eſſet, ſi ex capituli voluntate penderet *l.cum quidam.*24.*de leg.* 2. *notat. Menoch. de arbitr. lib.* 1.*q.* 7.*n.*2. *& ſequent.* ſicut & non dicitur libera collatio quæ ab alterius conſenſu pendet *glo. verb. libere in clem. dudum.* §. *ſi vero de ſepulturis. Caſiadorus deciſ.* 3. *n.* 3. *&* 4. *de priuil. Paul. Emil. deciſ.* 297. *n.* 6. *p.* 1.

3 Quod ſi replices in d.c.1.non comprehendi † Canonicos clericorum appellatione vt(Deo duce)in libro Canonicali latius diſcutiemus. *part.* 6. *cap.* 2. & modo confirmatur ex his quæ tradit *Innoc.in c.ſedes de reſcrip. Panor. conſ.* 9. *n.& p.*2.*idem in rubrica de vita & honeſtate n.* 5. *& in c. ſi tibi n.* 4. *verſ.nota ſingulariter.vbi Hoſtienſ. n.*2.*& Butrius n.*6.*de verb.ſig. Anan.in c.ad abolendam de hæret. Felin. in c. non dubium de ſent. excom.* & maximè quando agitur de punitione, *vt multis probāt Dom. Card. Illuſtriſsimus Belarminus & Ioannes Fagnanus. I.* C. *celebris in reſponſo contra Venetos.* 4. *p. conſider.* 32. §. 8. tunc & inſtatur quod & contra Canonicos Epiſcopus de iure correctionis & reformationis officium libere valet exercere, vt *in c. irrefragabili in prin. iuncto*

o §. exceſſus de offic. ordin. vbi excipitur quod calum puniat Canonicos, ſi id habeat conſuetudo: comprehendebãtur Canonici in regula generaię datur Epiſcopo liberè ſubditos ſuos corrigenam aliàs non † eſſet exceptio de regula *contra l.nã* 4
liquide. §. fin. de penu. legat. l. 1. de reg. iur. quod de. t Couar. 2. var. c. 5. n. 4. Gonz. reg. 8. gl. 51. à n. 1.
ertiò, quia in correctione ab Epiſcopo facienda, enatus præſentiam dumtaxat tenetur adhibere. *uid vero ibi præſentibus eccleſiæ ſuæ ſenioribus. 86. diſt. piſcopus nullus. 15. q. 7. ibi abſque præſentia ſuorum cleum.* Præſentia verò non exigit conſenſum † *l. corã* 5
o. 209. de verb ſig. & ad plurimum importat con m. *l. ſi quis. mihi bona. §. ſi coram vbi glo. verb. recte de acquir. hered. latius proſequitur Rotæ deciſio aucto-ureo lib. 3. deciſ. 92. n. fin. quæ ad hanc partem aliquantu- inclinare videtur.*

Quartò, præſtat & argumentum, quod non ſoli ionici, ſed & omnes † clerici generaliter fratrès 6
ſentur Epiſcopi. *c. 1. de exceſſ. præl.* & pro correcre quorumcunque clericorum ſolus Epiſcopus de àdiri iubetur *in c. de perſona 32. 11. q. 1.* Ergo in iumnimoda Epiſcoporum contra fratres Canoniiuriſdictio corroboratur.

Quintò, quia Epiſcopus † eſt caput Capituli. *c. no-* 7
de his quæ fiunt à Prælatis, & per conſequens prinalis pars ipſius. *c. ſcire. 7. q. 1. l. argentarius. D. de eden. l. cum in diuerſis. D. de religio.* in quo † ratio viget

& pa-

& pars ſuperior eſt cui competit ſubditos, id eſt membra regere, & corrigere *c. oues. 6. q. 1. c. dilectiſſimis. 8. q. 2. c. regenda. 10. q. 1. c. cum inferior de maior. & obed.* & merito quia ille dicitur eſſe caput qui digniora & ſublimiora exercet vt Epiſcopus. *pluribus confirmat Paulus Æmilius deciſ. 219. num. 2. p. 1.* Ergo ſicut caput cõtinet cætera membra, & moderatur abſque conſenſu membrorum reliquorum, ſic & Epiſcopis ſine ſui Capituli aſſenſu illud continere & moderare licebit. quia caput eſt etiam totius cleri. *late Curia Piſana. c. 8. vbi additio num. 6.*

9 Sextò, quia Epiſcopus qui † cæterarum Dignitatũ culmen eſt, de quo loquitur textus *in. c. Venerabili. 37. de præbend. & dignit.* ibi: *vix ad culmina dignitatum ne dum ad præbendas viri eminentis ſcientiæ valeant reperiri; notat glo. verb. dignitatum in c. 2. eodem tit. in 6. Paulus Æmilius deciſ. 307. num. 5. p. 1. per textum in. c. innotuit de elect. Burſat. conſ. 350. lib. 4. num. 14. & facit tex. in cap. 4. de elect. in 6.* non videtur indigere aliorum adiutorio & conſilio vt ſecundum æquitatis & iuris tramitem ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter in quocunq; caſu procedat, *iuxta conſideratione Illuſtriſſimi Palleoti altioris Epiſcoporũ gradus de ſacri conſiſtorij conſultat. q. 3. arti. 2.*

Septimò, hæc negantium pars fulcitur ex deciſ. Ro-
10 tæ. *615. num. 2. p. 1. diuerſ.* Vbi fatentur † Domini non eſſe ſatis clarum in iure, quæ ſint ardua illa inquibus cõſenſus vel conſilium Capituli requiritur ab Epiſcopo.

Contraria tamen ſententia quæ verior eſt multis iu ribus

is & rationibus ſuadetur. Primò, ex c. Epiſcopus
lius. 15.q.7.vbi hæc verba Epiſcopus nullius cau-
audiat abſq; præſentia ſuorum clericorum, † vbi 11
ſa declarat ſine conſenſu ſui Capituli.*c.nouit de his
fiunt*, quæ iuxa Oldrad. *conſ.*251.*nu.* 2. declarans
eſſe nullam ſententiam cuiuſdam Archiepiſcopi
ſui Capituli conſenſu latam. Hoc expreſſius An-
ius de Butrio declarat. *in d.c.irrefragabili n.* 20. *vbi*
quandoque † in poteſtate corrigendi & eligendi 12
ndimus ius commune, quandoque ius ſpeciale,ſi
nditur ius commune, de iure principaliter poteſ-
pectat ad Epiſcopum de conſenſu Capituli, vbi
oc. *num.* 5. ait, Epiſcopum non debere corrigere
ſſus ſuorum Canonicorum, cum ſit ardua cauſa
Capitulo ſuo. *ex d. c. Epiſcopus. Idem aſſeuerat Pa-*
n. ibidem in §. *exceſſus. num.*2. *Immol.*7.*&* 8.*fol.*3.
ſecundò, ex tex. in c. ſcitote 6. q. 3. cuius textus
oritate gloſa notat in d. c. Epiſcopus † Sacerdo- 13
eſſe iudices ſimul cum Epiſcopo, vt infra latius.
n. 5. *Idem & docuit gloſ. verb. Capituli in c.* 1. *de ex-*
rælat. dū ait in punitione Canonicorum ſui Capituli aſſen
adhibendum ab Epiſcopo auctoritate textus in c. 2. *de his*
ſiunt à maior. par. Capit.& hunc conſenſum in qua-
t cauſarum definitione deſiderari † tenet *gloſ. in c.* 14
*copus.*29.*diſt.*
ertiò, pro eadem ſententia eſt textus in c. fælix,
c. ſi autem. 15.q.7. ibi ſolus autem ad excluſio-
aliorum Epiſcoporum non ſuorum clericorum
dicitur.

Digitized by Google

dicitur, ſine quorum præſentia erit irrita eius ſententia, quæ iura gloſ. verb. reclamante *in c. cum nos de his quæ fiunt à præl.* interpretatur, ideſt quod ſine aſſenſu Capituli ſit irrita Epiſcopi ſententia, *& ex c. ſi quid vero iuncta gloſa verb. Eccleſiæ 86. diſt. vbi Greg. hæc ver-*
15 *ba* † *Præſentibus eccleſiæ tuæ Senioribus diligenter veritas eſt perſcrutanda*, Seniores & Senatus eccleſiæ pro Canonicorum Capitulo accipiuntur & declarantur, *vt inſinuat Concil. Tridentinum Seſſ. 24. de refor. in genere c. 12. verſ. omnes in fin. & infra latius ad Sol. 6. n. 56.*

Quartò, fundatur noſtra ſententia ex communi
16 Doctorum calculo tenẽtium † conſilium requiſitum à iure in arduis per ſuum Epiſcopum, ſic neceſſario eſſe ſequendum, ac ſi requireretur aſſenſus, vt teſtimonium perhibet *Puteus lib. 3. deciſ. 92. n. fin. in fine, & dicemus latiſſime ad ſolutionẽ. 7.* Sed correctio eſt res ardua. *Achiles de Graſſis dec. 2. de offi. ordin. Cæſar de Graſſis deciſ. 2. de iur. iur. n. 5. Innoc. in d. c. irrefragabili. n. 5. Marian. Socinus de citat. art. 5. q. 58. & ſupra fundam. 2.* Ergo licet aliqua iura deſiderent Capituli conſilium, cum quo Epiſcopus contra capitulares procedat, idem eſt ac ſi conſenſum præciperent.

Quintò, quia ius commune ſtatuens Epiſcopum de aſſenſu Capituli contra Capitulares criminaliter procedere non abdicat ab Epiſcopis ius corrigendi, ſed tantum moderatur nonnullorum Epiſcoporum, (qui raro reperiuntur) nimis animoſam licentiam, vt maturius cum fratrum interuentu procedant *ad conſiderata*

per

Abbatem in c. fin. num. 6. de conſuetud. quod non eſt odioſum † iudicandum, *vt argumentatur grauiſſimus* 17
dericus de Senis conſ. 247. & in deciſion. Sacrati in cauſa iſdictionis Cæſaraug. finem huius quæſtionis ſubſecutu- dicitur; quod facilius limitatur iuriſdictio quam litur *ex Balb. de præſcript. 5. p. princip. par. 1. quæſt. 8. m. 7. & Mandoſ. ad reg. de iur. quæſ. q. 12. verſiculo traria.*

Sextò, quia Canonici faciunt vnum corpus † mix- 18
um cum Epiſcopo ad ſimilitudinem capitis cum mbris, *d. c. nouit. vbi Cardin. num. 2. & gloſ. 1. in c. n conſuetudinis de conſuetudine. Caſſaneus in catalogo glo- mundi. 4. par. conſid. 32. §. 6. facit.* Ideo † & Epiſ- 19
pus in Cathedrali Canonicatum habet de iure mmuni *ad tradita per Abbat. in cap. poſtulaſti. num. & 12. de conceſſ. præb. Caſſan. dict. 4. par. conſid. 45. nos in Canonicali. 6. par. capite 2.* Ideo † & Canoni- 20
in corpore Reipublicæ eccleſiaſticæ cordi rectè mparantur, nam veluti à corde in corpore natu- li & vita & regimen, ſic à Canonicis Epiſcopum gentibus, & ei conſulentibus omnium pœnè in ec- eſia agendorum regimen & directio procedit, *quam ſiderationem corrobora ex tex. in c. cum eccleſia Sutrina cauſ. poſſ. ex Roderico Zamorenſi Epiſcopo in ſpeculo tæ humanæ. cap. 19. & peritiſſimo Burſato. lib. 2. conſil. 17. num. 23.* quemadmodum ergo ad rectum cor- ris tramitem caput naturale & membra debent cō- nare, ſic & caput mixticum cum fratribus conſo

Digitized by Google

num eſſe debet. *cap. cum non deceat de præſcrip. Farin. deciſ.* 587. *num.* 2. *in noniter recollectis vbi ſequitur Detium conſil.* 32. *num.* 28. *lib.* 2. vt ſic fictio operetur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero *l. in bello.* §. 1. *de captiuis & poſt limit. glo. verb. referatur in l. donationes quas parentes. C. de donat. inter.*

Septimò, quia in Rota *deciſ.* 2. *de præſcrip. num.* 2. *in nouis. quam & ſequitur Rota apud Cæſar de Graſsis de-*
21 *ciſ.* 2. *de iur. iur. num.* 12. deciditur facilius † induci præſcriptione, vt Decanus & Capitulum habeant correctionem in Canonicos, quia habent pro ſe iuris communis aſſiſtentiam, *vt in reg. cap.* 1. *de præſcrip. in* 6. *Rurſus & clarius probatur ex deciſ.* 615. *num.* 1. *&* 4. *par.* 1. *diuerſ. & Puteo deciſ.* 12. *lib.* 3. *vbi deciditur decem annos ſufficere ad conſuetudinem, quę habet Epiſcopum in iuriſdictionibus cum adiuncto Capituli procedere teneri, quas deciſiones ſequitur Borrellus in ſuma. dec. tit.* 14. *num.* 117. Ergo aſſiſtit ius tali conſuetudini, nam ſi contra ius eſſet quadraginta anni forent neceſſarij, *vt pluribus affirmat idem Borrellus. tit.* 13. *numer.* 27. *vt infra ad ſolutio.* 7. Articuli vero exemptionis quomodo ſint proponendi *tradit Rota in practicabilibus. num.* 78.

22 Octauò, quia Canonicorum negligentia † omiſſum eſt, vt Epiſcopi ſoli abſque Canonicorum interuentu iuriſdictionem exerceant *teſte Panormitan. in cap. qualiter.* 2. *num.* 6. *de accuſatio. optimè Sbrotius de offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 55. *num.* 14. Et quia non fuit qui reſpon-

reſponderet in Concilio † Tridentino pro Capitulis, eorum iuriſdictio fuit limitata in hoc cap. 6. Seſſ. 25. *Vt conſiderat Nauar. conſil. 3. de offic. ordin. quod & ſignificauit Piaſetius in praxi Epiſcop. 2. par. cap. 2. num. 9. dum ait indultum ab hoc cap. 6. beneficium emanaſſe in recompenſam aliarum facultatum iuriſdictionalium quibus Cathedralium Capitula gaudebant, & quibus & priſcis & neotericis in Italia multa Capitula non gaudent, vt teſtatur Zerola in praxi ver. Capitulum.* §. 8. 23

Nono, quia licet omnes † præsbyteri fratres cenſeantur Epiſcopi *in capit.* 1. *de exceſſ. prælat.* non tamen tanta fraternitas inter illos & Epiſcopum, ac inter Epiſcopum & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis intercedit. *cap. tua de his quæ fiunt à Prælat. cap. requiſiſti.* §. *penult. de teſtament. cap. paſtoralis de donat. cap cum clerici.* 19. *de verborum ſignificat. notat Hoſtienſis in dict. cap. nouit, & nos latius in Canonicali.* 2. *par. capite ſecundo.* 24

Decimum fundamentum † ſumitur ex conſideratis circa requiſitionem conſilij, vel aſſenſus in grauibus. De quo longior ſermo erit in ſolut. ad 7. 25

Vndecimo, debet † attente conſiderari, quod in dictis deciſionibus Rotæ *apud Achilem de Graſſis de offic. ord. deciſ.* 2. *num.* 6. & *Cæſar de Graſſis deciſ.* 2. *de iur. iur. num.* 5. & *apud Puteum lib.* 1. *deciſion.* 209. *nu.* 4. Dominis Auditoribus non venit in dubium. An contra Capitulares Epiſcopus de conſenſu ſui Capituli procedat attento iure communi, quod iam Rota pro 26

conſtanti habuit, *maxime apud Mohedanum deciſ.* 244. *in qua Domini indiſcrepanter hoc ſenſerunt, & probatur ex traditis ab Imol. in c. quanto notabili.* 1. *in fine, & Hoſtien. in c. nouit. §. innotuit verſ. & idem forſan de his quæ fiunt à Prælatis, Innoc. in d. c. irrefragabili. num.* 5. Sed an in omnium clericorum punitione Epiſcopus teneretur procedere de conſilio, vel aſſenſu Capituli? *vide in d. deciſ. Achil. n. 6. Veralli deciſ.* 202. *p.* 2. *Gonzalez reg.* 8. *glo.* 47. *num.* 13.

27 Duodecimo, quia † eadem eſt ratio vt Epiſcopus in Canonicos ſine Capituli interuentu non procedat, atque vt Archiepiſcopus in Epiſcopos, illa ſcilicet, quia tali concordia gaudet altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis. *cap. Archiepiſcopus.* 9. *quæſt.* 3. Sed Canonici membra ſunt Epiſcoporum, *vt ſupra fund.* 6. *& infra funda. ſequenti.* Ergo, idem interuentus erit neceſſarius iuxta regulam legis non poſſunt. D. de leg.

28 Decimotertio † confirmatur hæc iuris aſſiſtentia ſi ponderemus, quod ipſamet ratio dictat, vt in irrogatione pœnæ aliter indulgeatur fratribus qui fraternitatis priuilegio gaudent, *vt ex Barth. in l. qui iuriſdictioni.* 2. *lectur. num.* 5. *Baldo & Corſeto de iuriſdict. om. iud. notat Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi.* 4. *p. conſid.* 32. §. 3. *in fine.* cum frater fere alter ſit. *Agelius noct. attic. lib.* 13. *cap.* 10. Aliter & indulgeatur Magnatibus & Principibus. *l. Diui fratres.* 27. §. *fin. D. de pœnis,* maximè ijs qui pars corporis principalis ſunt. *l. quiſquis.* 5.

C. ad

C. ad l. Iul. Maieſt. ibi, Senatorum etiam nam & ipſi pars
corporis noſtri ſunt. l. ius Senatorum. C. de Dignitatibus. lib.
12. Caſſan. ſupr. 5. p. conſid. 24. num. 65. Eis enim quos
principalis lateris commitatus illuſtrat præcipuus de-
bet decor haberi. Ergo & ſimili modo aliter eſt irro-
ganda pœna Canonicis, atque reliquis clericis, qui
† fratres Epiſcopi cenſentur in d. c. quanto. ſicut & Car 29
dinales fratres Summi Pontificis in c. fundamenta. §. de-
cet de elect. in 6. vbi notarunt omnes Caſſaneus ſupra 4. p.
conſid. 32. §. 3. nec mirum ſic enim ſe habent Epiſ-
copi & Canonici ſicut Papa cum Cardinalibus Pa-
norm. in dict. cap. nouit. num. 3. quem ſequitur Moſcon. de
maieſt. Eccleſiæ. lib. 1. p. 1. c. 15. Vnde & ipſi † Canoni- 30
ci Cardinales appellantur in c. 2. de offi. Archipresb. ibi,
Sacerdotum Cardinalium vt Duarenus declarat lib. 1. de be-
nef. c. 13. vbi Panorm. idem ſignificare videtur, dum eiuſ-
dem textus auctoritate docet & Hoſtien. quod ſicut Cardi-
nales ſaltim ſacris initiati eſſe debent ſic & Canonici, ſicut
hodie initiari compelluntur in Trid. Seſſ. 24. de reform. in ge-
nere c. 12. & nos latius proſequimur in Canonicali. 1. p. cap.
29. Sunt & Canonici in magno † honore Staphi- 31
leus de form. expetat. nu. 40. & fol. mihi. 42. Vnde Ca-
nonicatus in formam communem non cadunt. c. ex-
tirpandæ. §. ſi quis vero de præbend. c. 4. eodem tit. in 6. no-
tat Rota deciſ. 26. num. 6. eod. tit. in nouis. Æquiparan-
tur † Canonici & Dignitatibus. c. ſtatutum de reſcriptis 32
in 6. docet glo. ſcho. pen. in c. ſi Canonici de offi. ordin. eod.
lib. & nos latius in Canonicali. par. 6. cap. 2. Sunt Ca-

33 nonici † & collaterales Epiſcopi, *vt ex Baldo docet*
Felin. in c. Paſtoralis. num. 12. de offi. deleg. & pars Epiſ-
copi. *Staphileus de form. expectat. pag. 2. n. 4.* faciunt vnũ
34 corpus cum Epiſcopo *vt ſupra fund. 6.* Dicuntur † cle
rici primi gradus. *Innoc. in c. ſedes de reſcrip. Boerius de*
auctor. magni conſilij. n. 78. quos ſequitur Menoch. lib. 1. conſ.
52. n. 32. Cucus inſtit. mai. 2. tit. 14. Zechius de rep. eccleſ. c.
35 *24. n. 1.* Dicuntur & † membra, conſiliarij, coadiuto-
res, fratres, & Senatus *ab illuſtriſſ. Paleoto in Archiepiſco-*
pali. p. 7. fol. 513. & late proſequitur Genuenſis in praxi. c.
36 *85. n. 10.* Et tandem nomen † Canonici potius hono
rem quam onus ſignificat. *Innoc. in c. ſedes de reſcrip. quẽ*
ſequitur Fabritius in prax. benef. de ſimplicib. n. 27. Et plu-
37 res Reges † Canonicorũ albo in Cathedralibus ad-
ſcribuntur, *vt idem Fabr. ſupr. de penſio. lib. 3. tit. 12. n. 19.*
& nos in Canonicali. p. 6. capite. 2. Boet. de regal. p. 1. num.
42. pag. 19. Ergo ſpecialibus debẽt gaudere priuilegijs
in pœnis ij quos ſpecialibus gratijs ius commune pro
ſequitur.

38 Decimoquarto, hæc aſſiſtentia multis † rationibus
conuenit. Primo conuenit, nã quoties Epiſcopus pro
cedit cõtra Canonicos de adiunctorũ cõſilio & aſſen-
ſu omnis abeſt ſuſpitio. An odio, an vindictæ ardore
pœnã infligat, cauſam examinet & ſentẽtiã ferat? quod
Adiunctorũ aſſociationẽ induxit, non ſolum in hoc ce
39 lebri Aragonũ Regno † ex for. 1. de Adiunctis, cuius
auctor eſt Martinus huius nominis Rex primus, ſed &
de iure cõmuni, *vt late cumulat Mandoſ. de ſignat. iuſtitiæ*
comiſſ.

çomiſſ.8.§. adiunctã. Et olim † Epiſcopi iudicibus ſuſ- 40
pectis adiungebantur. *l.apertiſſimè.14.vbi auth.ſi vero.*
C.de iudit.notat Petrus Bertrand.Card.in art.reſponſ.1.n.37
proſequitur Mandoſ.ſup.& Marches. de iudicum ſuſpitione.
p.2.§.1.n.12.& 37.plures congerit Portol.1.p.§.adiunctus.
n.1.Capitius.deciſ.137.Aloyſ.in collect.deciſ.1399. caſum
in quo Canonico ſuſpecto adiũgitur Epiſcopus diſputat Gratia.
diſcept.4.p.1.n.17. Et pro hac ſententia eſt textus celebris in
l.hac conſultiſſima.8.C.qui teſta.fac.poſſ.vbi omnis ſuſpitio-
nis cauſa abeſſe dicitur multis oculis ſpectata diſpoſitio,tot in-
ſinuata ſenſibus,tot inſuper in tuto locata manibus, & licet in
cauſis ciuilibus Adiũctus ſuſpitionis remotor adijcia-
tur,maxime tamẽ in criminalibus *Staphileus in tract. de*
ſignatura c.22.n.2. Pro hac ſentẽtia eſt tex. inſignis in l.
ſi tutor. D.de ſuſpect.tut. vbi ſi tutor affinis ſuſpectus
eſt nõ remouetur,quia eſſet indignũ,ſed curator ei ad-
iũgitur.Secundo cõuenit hoc adiunctorũ remediũ,ne
prælati criminẽtur iniuſtè,aut ſubditi Capitulares de-
linquãt inſolenter,ad textũ in c.qualiter.2.de accuſat.
De neceſſitate cõtinendi aliquorũ Prælatorũ licentiã
plus volẽtiũ dominari,quã paſcere gregẽ & pro libi-
to,amore vel odio abſoluere,vel condẽnare ſubditos
aſſiſtẽtes,vel obſequẽtes,inſequẽtes,vel reſiſtẽtes *plura*
cõſulta reliquit pijſſimus Nauar.cõſ.3.n.5.de offi.ord. Tertio
cõuenit diſpoſitio hui⁹ cap.6.nã ex illa naſcitur ocaſio
in prælatis charitatis exercẽdę, quæ erga corrigẽdos
ſubditos plus agit quã poteſtas,plus beneuolẽtia quã
auctoritas,plus exhortatio quã cõminatio. *c. licet in 2*

diſt. 45. *Trid. Seſſ.* 13. *de reform. c.* 3. Vnde & tantum ſermone prouerbium apud noſtros emanauit. Digniora eſſe imitatione, quę excellētiora ſunt pietate. *Oſaſc. deciſ.* 79. *n.* 58. *&* 59. *Boſius de tortur. nu.* 36. *quos ſequitur Madius de ſacris ordinibus c.* 36. *num.* 15. Quartò, conuenit & repetita diſpoſitio, quia iudicium hoc integrum pręſumitur cum plurimorum ſententijs confirmatur. *c. prudentiam.* 21. *de offi. delegati.* Et quod nemo ſui ſolius prudentię ſub imprudentis pœna inniti debet. *c. ne innitaris de conſtit. conſonat illud Auguſtini relatum à Simancas de rep. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 24. Ne ſis iudex vnicus, ideſt, ne temere ſolus iudicis officium ſubeas, quaſi ſolus ſufficias & videre poſſis, quod ęquum ſit, vel iniquum, nemo enim vnus omnia videt. Vnde & eccleſiaſticus. c. 4. ſolum deplorat cum etenim lapſus fuerit non eſt qui erigat eum; *vt conſiderat locum iſtum in materia iudicum Bouadilla lib.* 3. *pollitica c.* 15. *n.* 117. *& infra latiſſimè ad ſolutionem.* 6. Quintò, & conuenit hoc limitatum exemptionis genus † *ſic appellatum à Sacrato in deciſ. ſua poſt huius quæſtionis finē imprimenda verſ. non obſtat quod iſta*, ad extinguendas lites, quę ex libera procedendi facultate Epiſcoporum contra Capitulares exoriantur. *ad tradita in cauſa Legionen. iuriſdictionis in deciſ.* 475. *n.* 1. *apud Seraſinum. Caſſad. de priuileg. deciſ.* 6. *Berall. deciſ.* 62. *n.* 4. *p.* 2. Exemplum ſit exemptio conceſſa eccleſię celebri ſanctę Marię Maioris huius nominis, alio nomine del Pilar, ideſt Priori & Canonicis à Clement. VII. durante vita D. Ioannis

nis ab Aragonia huius ſedis Cæſaraug. Archiep. cum quo diturnas lites & importunas experiebantur, *vt infra q. 12. latius proſequemur.* Sextò, & conuenit, quia frequenter accidit vt Capitulares iurgia & lites cum Epiſcopis proſequantur, ſicut ergo clericis inferioribus exemptio conceditur à iuriſdictione ordinarij cũ quo cauſam habent *ad tradita per Caſſad. deciſ. 5. de priuil. Cucum inſtit. maior. 2. tit. 6. n. 24. Mandoſ. deſignatur. gratiæ tit. de exempt. ab Epiſcopo.* §. *Clerici.* Quid mirum ſi Capitularibus propter diturnas lites Epiſcopis in feſtis hoc limitatum exemptionis genus concedatur? Septimò, † & conuenit Adiunctorum remedium ad 41 Apoſtolicę fidei auctoritatem, & maieſtatem conſeruandam, *vt conſiderat Ricardus Hallo Canonicus de quinque partita conſcientia in præfatione ad Archiepiſcopum Cameracen. cuius verba ſunt.* Verbulum vnum hic atque alterũ inſerere volui de exẽptionibus, quas ego olim iuuenis nouitio quodam ſpiritu ductus, omnes in vniuerſum tollendas eſſe cenſui: nunc autem re melius, ac accuratius perpenſa non vt Licurgus apud Lacædemones vites eſſe abolendas, ſic exemptiones iſtas tollendas eſſe iudico, ſed cum Solone apud Athenienſes qui iuſſit vitem colere & fontem adducere proprius, exemptiones ſuo loco atq; ordine eſſe volo. Vt autem melius ſentirem de iſtis exemptionibus, mouit me in primis duorum Capitulorum illuſtrium Collonienſis in Germania, & Bellouacenſis in Francia contra ſuos Epiſcopos, Hermannum Collonien. & Cardinalem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dinalem Caſtellioneum Bellouaceñ. hęreticos ambos, conſtãtia & fides, quibus in ſuas eccleſias nouã doctrinam introducere mollientibus tàm egregiè reſtiterũt in faciem, vt niſi illa cum eſſent magna ex parte liberà iuriſdictione Epiſcopi, fortiter ſe eis oppoſuiſſent, Catholica fides in his locis iam nulla eſſet. Hactenus ille.

42 Hoc ipſum † & Clemens Papa VIII. prudentia & pietate mirificè inſignitus ſatis conſideratione dignũ iudicauit, is enim in reductione huius ſedis Cæſarauguſtanæ à regulari in ſæcularem in Bulla, quæ finem huius quæſtionis ſubſequetur, Idibus Iulij Anno. C I Ɔ. I Ɔ C I I I I. n. 76. Adiunctorum decretum in hoc c.6. Tridentini promulgatum in prædicta ſede circa puniendos Capitularium exceſſus obſeruari voluit, etiam ſi Archiepiſcopus in prædictas perſonas maiorem habuiſſet & omnimodam iuriſdictio-

43 nem. Omnimoda † iuriſdictio, vel libera, vel pleniſſima, quod ſit ea, quæ à ſolius exercentis facultate procedat, colligitur *ex glo. verb. omnimodam in clem. 1. de foro comp. Rota deciſ. 196. n. 1. p. 2. diuerſ. Seraph. deciſ. 615. n. 1. Martha de iuriſd. 1. p. c. 8. n. 6.* Et licet in Eccleſijs regularibus Archiepiſcopus qui eſt loco Abbatis libere iuriſdictionẽ exerceat in Canonicos exceptis caſibus regularia inſtituta cõcernentibus, *vt inf. q. 12.* nihilominus Clemens iuriſdictionẽ Archiepiſcopalẽ li-

44 mitatã in ſæculares eſſe voluit. Et magnam † Archiepiſcopis irrogatã eſſe iniuriã prætendente. D. D. Thoma à Borgia primo Eccleſię ſęcularis Archiepiſcopo.

R. D.

R.D.Sacratus Clementis indulgentiam ſua Sententia confirmauit die 5. Februarij, anno 1609. *cuius copiam refert Marcheſan.de commißionibus nullitatum.deciſ.*1.*to.*3. *pag.*152.Octauò,& conuenit pro libertate quę cõſilia rijs eſt neceſſaria in cõſilio petentibus Epiſcopis erogãdo, ſtultus eſt enim qui in eo ſe primũ exiſtimat, vt bona quę viderit diſcere contẽnat.*c.de Conſtãtinopolitana.diſt.*22.*De hac libera aſſerẽdi, ſeu conſulẽdi facultate multa ſcripſit Lucas de Pen.in l.omnes.*§.*omnes. col.*8.*C.de curio illuſt. Paleot. de ſacr. conſ. p.* 5.*q.*1.*aliàs.q.*38.*Dñs Seſſe.* 2.*p.deciſ.in Epiſt.reg.n.*67.*Alias rationes cumulat Baldus de Periglis de exempt.*§.1.*n.*6.*&* §.2.*per totum.*

Decimoquinto. Hæc aſſiſtentia confirmatur per argumẽtum ab abſurdo † quod in iure vſitatiſſimum 45
eſt. *l. nam abſurdum de bonis libert.c.ſolitæ de maior.& obedien. c. quemadmodum de iur. iur. progreditur Couar.*2.*var. c.* 4.*n.*12. & in primis illud ſequeretur † nam ſi libera 46
eſſet Prælatis facultas procedendi cõtra Capitulares, non libera maneret Capitularibus cõſulendi facultas, vel fauore allectis,vel timore perterritis, contra illud quod Hyſocrates in rapſodia.c.18.conſuluit his verbis.Permitte prudentibus libere loquendi facultatẽ, vt ſi quid extiterit de quo ambigas habeas cum quibus expedire poſſis & ne timeant ob id tuam gratiam,fauorem & beneuolentiam,& in Trid. Seſs. 13. de reform.cap.6.prohibetur ne Epiſcopi vt perſonaliter compareant, citentur, ne vexationis timor Segniorem reddat eũ qui aliquid eſt facturus. Hoc ipſum

ſigni

ſignificauit Iſidorus relatus in c.1.15. q. 7. ibi, nullus noſtrum ſine conſilij examine quemlibet prçsbyterũ, vel diaconum deijciendum putet, nam multi ſunt qui in diſcuſſos poteſtate tyranica, non auctoritate canonica damnãt & ſicut nonnullos gratia fauoris ſublimant, ita quoſdam inuidia odioq; humiliant.

47 Neque obſtant dubitandi rationes † non prima ex c.3. de conſuet. in 6. cui *ſatis ſit ex adductis in 1. & 4. huius partis fundamento*, ſed ſpecialius reſpondeo, Primo, quod in d.c.3. dum cauetur eſſe neceſſariam cõſuetudinem & præſcriptam, vt Epiſcopus in corrigendis exceſſibus ſuorum ſubditorum ſui conſilium Capituli requirere non teneatur manifeſto præſupponere contrarium diſpoſitum eſſe in iure. Nam vbi requi-
48 ritur † præſcriptio cõſuetudinis eſt, neceſſarium quadragenarij temporis ſpatium *glo. verb. legitime c. fin. de conſuet. in antiq. quam ſequuntur DD.* quod ſi eſſet ſecundum ius decennarium tempus ſufficeret, vt pondera-
49 uimus ſupra fundam. 7. Deinde reſpondeo † ſpecialius, quod cum requiratur conſilium Capituli in re ardua, qualis eſt Capitularium punitio ad dicta ſupr. fundam. 4. Conſilium accipitur pro conſenſu *Imola in c. nouit de his quæ fiunt à Prælatis. n. 8. verſ. aduerte tamen.* Nec eſt nouum vt conſilium in iure accipiatur pro conſenſu, *nam hoc probat tex. in c. venerabili. 37. vbi glo. verſ. conſilio de offi. deleg. c. cum in veteri. c. ne pro defectu de elect. l. impuberibus. D. de ſuſpect. tutor. notat Barth. in 1. §. ſi plures de exercit. act.* Pro hac ſentẽtia pondero tex.

tex.in c. Archiepiſcopus.9.q. 3. Ad cuius tex. in intelligentiam † animaduerto, quod ibi con ſilium accipitur 50 pro conſenſu. *Vt declarat glo. in caſus poſitione in c. ſi autem eadem cauſa & quæſtione*, & quod in emendatioribus co dicibus non reperitur conſenſus ſed conſilium, ſicut reperitur in antiquis loco conſilij dictio conſenſus.

Non obſtat ſecunda ex. c. 1. de offic. † ord. quia 51 reſpondet Felin. dictionem illam, liberam, non excludere conſenſum Capituli in alijs conſtitutionibus requiſitum, ſed † operari excluſionem conſenſus aliarum 52 perſonarum. Exemplum ſumi poteſt. ex.c. ſi quis cum clerico.11.q.1. ibi nullam communionem cum alijs iudicibus, & in c. demum de Capellis monachorum, ibi, ſolius Epiſcopi, quæ dictio excludit conſenſum religioſorum non capituli, *vt & glo. ibi Scol. vlt. adnotauit.*

Non obſtat tertia † ex. c. ſi quid vero. 86. diſt. quia 53 ...erius eſt præſentiam accipi pro conſenſu, *vt & Pu... us notauit. lib. 1. deciſ. 209. num. 4.* licet ſecundum ca...s occurrentiam præſentia modo conſilium modo ...nſenſum amplectatur, *ad tradita per Felin. in c. non po... num. 7. de re iud. & ſupra ad ſolut.* 1. & modo ſcien...n, *vt Rip de noc. temp. c. 65.*

Non obſtat quarta, cui fit ſatis ex traditis ſupra in ...damen. 9. quæ deſeruient ad maiorem declaratio...ı tex. in c. 1. de exceſſ. Prælatorum. † 54

...Jon obſtat quinta ex. c. nouit † de his quæ fiunt à 55 ...ar. cui ſatisfit ex adductis in 6. fundamento noſtræ ...ionis.

Non

Non obſtat ſexta ſcilicet Epiſcopũ non indigere his adiutoribus ſiue adiunctis propter præheminentiæ rationem ibi conſideratam, quia reſpondeo præmitten-
56 do † Capitulum ſenatum eccleſiæ propterea dici *in c. eccleſia. 16. q. 1. & in Trid. Seſſ. 24. de refor. c. 12. §. veſtitu facit. tex. in l. non ambigitur. D. de leg. & quæ tradunt Archi. c. cum conſtitueret. 50. diſt. in fine Iacobat. de concil. artic. 12. p. 38.* nam ſicut Senatus conſulebatur legis ſanciendæ cauſa. §. *Senatus conſultum inſtit. de iure natural. gent. &c.* ſic & capitulum propter eandem & quãlibet aliam cauſam debet conſuli, *quam rationem arrectis auribus aperte colliges ex glo ſcol vltim. in d. c. eccleſia & ex grauiſſimo Paleoto. de ſacri conſiſtorij conſultatio. q. 3. artic. 2. in prin. Duareno de benef. lib. 1. c. 18.* Rurſus & hinc colligitur non immerito Canonicos Cardinalibus æquiparari vt ſup. n. 20. quia & Cardinales iure Senatorum cenſentur. *Boerius de author. mag. conſ. n. 184.* Rurſus hinc colligitur nõ immerito Canonicos Cardinalibus æquiparari ad. dicta ſupr. n. 20. quia & Cardinales Senatoribus appropriari multis confirmat Boer.
57 de auctor. magni conſil. n. 184. & quô Epiſcopus † plus videt plus ſibi diffidit, maxime cum ſcriptum ſit Prouerb. cap. 14. Sapiens timet & declinat. & c. 3. ne innitaris prudentiæ & eo magis appetit auſcultari aliorum ſermonem iuxta illud prouerb. c. 1. Audiens ſapiens ſapientior erit, & eccleſiaſtici. c. 6. ſi attenderis mihi, diſces & ſi dilexeris audire, ſapiens eris, vnde Bernardus lib. 2. de conſider. ad Eugenium; omnis ſenſus

illis

illis diſceſsit qui ſibi nihil deeſſe putant. & ſanctus Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 14. cap. 13. vbi dixiſti meus ſenſus ſufficit mihi, ibi defeciſti; vbi tuo conſilio paruiſti, ibi perijſti. Ideo Epiſcopos † qui aliâs, cæteris 58
de clero cognitione præſtare præſumūtur canones ade gerunt vt cum Capitulo res communicarent *vt toto tit. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ.* quia ibi ſalus vbi mul ta conſilia, & ſæpe reuelatur minori quod occultatur maiori, iuxta illud Math. c. 11. *vt argumentatur. tex. in c. eſto ſubiectus. 95. diſt. latius proſequitur Palleotus ſupr. p. 1. q. 3. artic. 5, & 6.* † & quia Canonici præſumuntur me 59
lius ſcire & fidelius conſulere in rebus eccleſiæ, *c. in cau ſis de elect. c. cum in officijs de teſtam. notat ex Hoſtien. Cardinalis in c. nouit. num. 3. de his quæ fiunt à prel.* Sic ſimiliter in iure ciuili aliorum conſilia requiri præcipiur *in l. ſi auiam. C. de ingenuis & in l. ſi bonorum de onorum poſſeſ. & in §. hæc omnia apud vos cogitantes i autent. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag.*

Non obſtat ſeptimum † *ex deciſ. 613. p. 1. diuerſ.* 60
ıæ confirmat potius noſtram ſententiam quam infirat; nam in ea dicitur præſcriptionem ſufficere Ca-ulo decē vel quadraginta annorum pro exemptio-acquirenda à Capitulo Carthaginen. ex quo ma-ſte præſuponitur conſuetudinem eſſe rationi & conſonam, quæ decem annorum ſpatio præſcri-r *glo. verbo. conſuetudo in cap. fin. de conſuetud. lib. uam ſequitur Rota deciſ. 6. num. 1. de conſuetud. in & Francus in d. c. vlt. n. 5. notab. 2.* Et ſi ius reſiſte-

rer

ret, nec quadragenaria præſcriptio ſufficeret quippe
60 cum eo caſu immemorialis † deſideretur. *c. 1. in fine de præſcrip. in 6.* quæ niſi intra centum annorum metas non completur, *iuxta magis communem opinionem de qua per Crauetam de antiq. p. 1. §. 1. n. 4. & §. 11. n. 14. Gutierrez conſ. 1. n. 5. vide dicta ſupra in hac quæſt. fundam. 7.* illud vero quod in dicta deciſione difficillimum reputatur. ſcilicet cognoſcere, quæ ſint negotia in quibus conſilium, vel conſenſum ſui Capituli Epiſcopus debet perſcrutari ſic ad cognitionem venient † ſi
61 animaduertas quod ſiue Epiſcopus negotium gerat, ſiue ſtatuat, Capituli ſiue conſilium, ſiue aſſenſum adhibere debet, *vt probat textus in c. quanto, & in c. nouit, vbi Innoc. & Panorm. de his quæ fiunt à Præl. idem Panorm. in c. 2. de inſtit. & in c. ad audientiam de clericis non reſidentibus. Ex quibus & alijs hoc ipſum ſequitur Gucus inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. n. 210. & 211.*

62 Conſilium autem & † aſſenſus multipliciter diſtinguitur à Doctoribus *vt per S. Thomam. 1. 2. q. 14. & 15. & 2. 2. q. 52. & q. 17. art. 3. ad 2. Ariſtot. Ethic. 3. c. 3.* Conſenſus ſolet appellari ea voluntatis ſignificatio & approbatio, quæ quando à lege requiritur, neceſſaria eſt omnino ad actus validitatem *glo. verb. aſſenſu in c. ſi pro te de reſcriptis* in actu ipſo, ſiue etiã poſt ipſum poteſt interponi, modo conſtet illum qui conſentire debet in eo de quo agitur conuenire & concordem eſſe *Abb. in c. cum in veteri de elect. n. 12. & in c. 1. de his quæ fiunt à præl. n. 3.* At vero conſilium eſt ali-

quid faciendi non faciendiue ex cogitata ratio, ſiue
quiſitio quædam alterius ſententiæ quàm lex præci
explorari, *vt* Cicer.*lib.2.de inuentione proſequitur Me
h.conſ.69.n.*16.*vol.*1. Conſilium † autem aliud eſt
ceſſitatis, quod obligat ex rei natura *gl. ſ. verb. con-
s in c. Matheus de ſymonia proſequitur Boerius latiſsime
uctorit.mag.conſ.n.*163. *vbi ponit* exemplum in con-
o Papæ, vel Principis cui ob reuerentiam obedien
n eſt. Aliud eſt reuerentiæ, ſeu obedientiæ. *c.ad au-
le ætate & qual. vbi glo. verb. conſilio. clem.*1.*cum glo. in
de teſtibus.* Aliud auxilij pro perſonę imbecilitate
leuanda. *l. impuberibus. D. de ſuſpectis tutor.* Aliud of-
i, vt cum datur Prælato coadiutor ſine cuius con-
o nihil agat. *c. venerabilis de offi. deleg. vbi glo.* Aliud
fectionis prout ſunt conſilia Euangelica *c. integri-
s* 2.*q.*1. Aliud præparationis ad ea, quæ vſus attule
vt docet D. Thomas 1.2.*q.*108. *art.*4. *ad* 4. & 2.2.*q.
art.*3.*ad* 1. Cōſilium in re propoſita accipitur pro
loratione & ſcrutatione iudicis, ac ſententiæ alie-
n vtilitatem illius qui conſilium petit, & ideo vo-
ur conſilium vtilitatis, quod ſi à iure præcipiatur
debet præcedere *gloſ. in c. cum olim de arbitris, vbi
as.n.*4. petentem tamen non obligat, vt illud præ-
ſequi teneatur. *Barth. in l.*1. *§. ſi plures n.*1. *de exerc.
Decius in c. ſi pro debilitate n.*52. & 57. *de offi. deleg.* Et
conſilium non dicitur actus præceptionis, ſed
eſſionis, *vt per D. Thom.*1.2.*q.*29.*ar.*2.*ad* 2. quod †
pellitur audire, quia forſan talis ratio propone-

Digitized by Google

tur à Conſulto, quæ conſulentem in contrariam ſententiam inducat. *l.ſi in tres. D. de arbitris. c.fin.eodem tit. lib.6. vt optime conſiderat Paulus Æmilius deciſ.* 305. *n.*3. *p.*1.*ex Panor.in d.c.cum olim,n.*2.*Dominic.in c.*1.*de conſtit. lib.6.& Ioanne And. in c.nullus ex conſilio de reg. iur.eod. lib.* quod euenire frequens eſt, cum veritas facilius à pluribus quam à paucis reperiatur. *c.de quibus.* 20.*diſt.* Dicitur ſimiliter & huiuſmodi conſilium actus voluntatis. *quia vt dixi ſupra n.*63. illud acceptare eſt voluntarium. *c.quiſquis.§.quæ præcipitur* 14.*q.* 1. Et quia inuito beneficium non datur.*l.inuito D.de reg. iur.* Aliquando tamen conſilium ſequi, neceſſitatis eſt, *vt Dec. in c.ſi pro debilitate.n.*9.*de offi. deleg.& in q.*31.*n.* 20. *alius proponitur caſus.*

65 Sed aliquando hæc duo conſilium † & aſſenſus ex ſubiecta materia variantur & confunduntur,&eis tàm ius Ciuile,quàm Pontificium promiſcuè vtũtur. *Abb. in d.c.cum olim.n.*4. *Butrius num.* 15. *dixi latius ſupr. in ſolutione ad* 1.*argum.*

66 Difficultas † verſatur in inquirendo,quæ ſint illa in quibus Epiſcopus conſilium Capituli & in quibus aſſenſum perſcrutari debet, *nam gloſ.in c.cum nos.& Abbas.in c.nouit n.*6.*de his quæ fiunt à Præl.varie procedunt & deciſio Rotæ.*615.*n.*1.*p.* 1. *diuerſ.* difficile in indagatione hoc negotium reputauit.

Sed ex Doctoribus *in c.irrefragabili de offi.ord. & in c.*1.*de exceſſ.præl. Albertin de hæreticis q.*26.*& maxime ex Illuſtriſſimo Cardin.Gabriele Paleoto de conſult.ſacri conſiſt. p.*1.

*p.*1. *q.*3. *art.*1. Duplex regula colligitur, ſcilicet, quod in leuioribus dummodo criminum punitio non intercedat in illis, nullum, nec conſilium, nec aſſenſum in grauioribus conſilium, *c. fin. de dilatio.* ac etiam Capituli conſenſum adijciendũ eſſe ab Epiſcopo. *proſequitur Gabriel lib. 7. commun. opin. de crimin. concluſ.* 36. *n.* 3. *& ſequenti*, niſi † conſuetudo præſcripta aliter ſe habeat. *c. ea noſcitur de his quæ fiunt à Præl. gloſ. in c. fin. diſt.* 67. *glo. in c. legimus diſt.* 93. *Felin. in d. c. irrefragabili nu.* 3. *& in c. cauſam. n. etiam* 3. *de iudit. Cucus inſtit. maior. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 348. 67

Vnde cum hodierna † die præſcriptum ſit, vt Epiſcopus non recurrat ad Capitulum in diſpenſationibus faciendis non tenetur recurrere, *vt obſeruat Panor. in c.* 4. §. *de adulter. n.* 16. *de iudit. quem refert & ſequitur Zeuallos* 1. *to. comun. q.* 560. *quidquid dicat glo. verb. Epiſcopo in c. cum ex eo de elect. in* 6. *& Antonius in d.* §. *de adulterijs. n.* 10. 68

Quę autem dicantur ardua in quibus requiritur ab Epiſcopo conſenſus Capituli, *declarat Burſatus lib.* 1. *conſ.* 26. *n.* 23. *Piaſetius in praxi Epiſcopali.* 2. *p. c.* 2. *à n.* 9. & pro re, loco, & tempore diiudicanda ſunt, & ideo arbitrio boni & ſapientis viri ſunt æſtimanda. *Abb. in c. adhæc. n.* 1. *de offi. Archid. & Dec. in c. ſi pro debilitate. n.* 39. *de offi. deleg. & nos dicemus latius in Canonicali.* 1. *p. c.* 30. 31. 32. *permittente Deo.*

Summaria Bullæ Clementis Papæ VIII.

PRoemium Bullæ. n. 1. 2. 3. & 4.
Metropolitanæ Eccleſiæ arbores fructiferæ in Eccleſia. n. 5.
Papa ad modum Agricolæ ſe habet cum Eccleſia, n. 6.
Cur de regulari transfertur in ſæcularem, hæc Eccleſia. n. 7.
Idem, n. 8. 17. 18. 19. 20.
Philippus orator. n. 9. 10.
Eccleſia iſta olim ſæcularis fuit. n. 10.
Eugenius III. regulares ſuffecit loco ſæcularium. n. 11.
Dignitates & officinæ regularium numerantur, n. 12.
Bona menſæ capitularis olim adminiſtrãda tradita ſunt, n. 13
Valor præpoſiturarum. n. 14.
Archidiaconatus de Aliaga olim de Teruel. n. 15.
Dignitates & officia commendabantur. n. 16.
Veſtigia religionis vix remanſerunt. n. 17.
Hodie duo tantum regulares ſunt, n. 18.
Regulares vt ſæculares agunt, n. 19.
Regulares vix aliqui eſſe volunt, n. 20.
Sæcularizatio fit ad augendum numerum Canonicorum. n. 21
Eccleſia Cæſarauguſtana Metropolis. n. 22.
Patronatus regius. n. 23.
Valor & diſmembratio Camareriæ, n. 24. & 25.
Valor Operariæ, Charitateriæ, Fabriceriæ, n. 26. 27. & 28.
Valor Capellaniæ de la Infanta, n. 29.
Incipit diſpoſitio. n. 30.
Expreßio neceſſaria pro expreſſa habetur. n. 31.
...mißio cum clauſula vocatis, n. 32.

Extin-

Extinguitur ſtatus regularis, n. 33.
Quædam officinæ ſupprimuntur, n. 34.
Cætera Beneficia ſæcularizantur ſaluis iuribus, num. 35.
Decimæ reſeruantur, num. 36.
Beneficia regularia in titulũ ipſo facta deinceps obtinẽtur, n. 37
Gabriel Canonicus ſæcularis creatur, num. 38.
Regulares ex diſpẽſatione ſine habitu exteriori incidãt. n. 39.
Regulari inteſtato eccleſia ſuccedit, num. 40.
Quæ erant regularium ſint ſæcularium, num. 41.
Admiſſio regularium in futurum nulla, num. 42.
Canonicatus 24. *&* 24. *Præbendæ eriguntur, num.* 43.
Canonici Capitulum faciunt, num. 44.
Ordo deſignandus, 24. *Canonicatibus, num.* 45.
Canonicorum reſidentia, num. 46.
Canonicorum, Portionariorumque abſentia, num. 47.
Diſmembratio Dignitatum, num. 48. *&* 49.
Suppreſſio Dignitatũ & officiorũ Canonicis ſolis, n. 50. *&* 51
Capitulum omnium bonorũ adminiſtrator conſtituitur, n. 52.
Ordo ſeruandus in diſmembratione Beneficiorum, num. 53. 54. *&* 55. 56. 57.
Canonici fruantur bonis ſeparatis & ſuppreßis ſine præiuditio, num. 58.
Præbenda S. Inquiſitionis, num. 59.
Prioratus Decanatus deinceps nuncupandus, num. 60.
Antiquioris Canonici prærogatiua, num. 61. *&* 62.
Archipresbiteri in Dignitates erigũtur, n. 63. *et Scolaſtria, n.* 64
Domus ſuppreſſæ quomodo diuidendæ, num. 65.
Gabrielis domus cuius expenſis reficienda, num. 66.

Dignitates, Canonici & ceteri de aduentitijs pro quarta parti. cipent, nu. 67. & 68.
Dignitates de gremio Capituli, nu. 69.
Præcedentia in ſeſſione nu. 70.
Decanus Caput Capituli, nu. 71.
Decanus habet iura Prioris, nu. 72.
Decano abſente ſequens præſidet, nu. 73.
Habitus Capitularium, nu. 74.
Omnes ſubſunt correctioni Archiepiſcopi in viſitatione. n. 75.
Archiepiſcopus procedit in criminibus Capitularium iuxta formam capituli. 6. Seſſ. 25. de reforma. n. 76.
Prebendæ incompatibiles, nu. 77.
Archiepiſcopus diſtributiones aſſignat, n. 78.
Idem ſacros ordines ſingulis Canonicatibus deſignat, nu. 79.
Menſtruarum portionum ſolutio, nu. 80. & 81.
Decanus diſtributionum & panis particeps eſt, nu. 82.
Diſmembrationi quando ſit locus, nu. 83.
Dignitates quot panes habent, nu. 84.
Capitulum menſtruas portiones miniſtrat, nu. 85.
Canonicorum & portionariorum abſentiæ pæna, n. 86. & 87.
Graduatorũ Canonicatuũ qualitates, n. 88. 89. 90. 91. & 92.
Prouiſio Dignitatum & Canonicatuum, n. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106.
Capitulum poteſt ſtatuere, nu. 107. 108. 109.
Bulla iſta liberatur multis vijs à derogatione, n. 110. 111. et. 112.
Bulla conſeruatur multis vijs, nu. 113. 114. 115. & 116.
Bullæ obſtantia tolluntur, nu. 117. 118. & 119.
Multa pro expreſsis habentur, nu. 120. & 121.

Bulla Sæculariʒationis Sedis, Cæſarauguſtæ.

†CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: Di- 1
lecto filio noſtro & Sedis Apoſtolicæ Nuntio, in
Regnis Hiſpaniarum commoranti ſalutem & Apoſtoli-
cam benedictionem. †Quemadmodum operoſi & vigi- 2
lis coloni, ſolertia temporum vices ſolicitè obſeruat,
modo ſerit & plantat, modo extirpat & euellit arbores,
& vites ordine diſponit, ac irrigationibus fouet: & † ne 3
illarum vires latius diffuſſe euaneſcant, nimiam fron-
dium ramorumq; & palmitum frequentiam, comprimit,
& reſecat, vt exinde vberiores fructus conſequatur, ita
quoque Romanus Pontifex † agri dominici curæ ſuper- 4
na diſpoſitione præpoſitus, efficacem, & fructuoſam ope
ram, in illius culturam impendere dignoſcitur, cum ad
Eccleſias per vniuerſum Orbem conſtitutas (præſer-
tim † Metropolitanas tanquam arbores & vites pulcher 5
rimas & fructuoſas in ipſo agro Dominico conſitas) vi-
gilantiæ ſuæ ſtudium conuertit, † & exemplo illius qui 6
verus eſt agricola, earum profectibus conſulere, ac diſ-
pendijs occurrere, † & quas à religionis priſcis tempo- 7
ribus in eis introducta diſciplina, ita prolapſas cognoſ-
cit, vt vix vllum illius veſtigium ibidem remanſerit, in
magis conuenientem ſtatum, etiam ſecularem, vtili, &
commoda rerum diſpoſitione, etiam per nonnullorum
Officiorum & Beneficiorum antiquorum, tanquam ra-
morum & palmitum ſuperfluorū, ac ſterilium ſuppreſ-
ſione, & putationem, aliorumq; nouorum, inſtar ſurcu-
lorum fructuoſorum inſtitutionem, & inſertionem re-
ducere ſatagit, ac alias deſuper Officij ſui partes fauora-
biliter interponit, † prout rationabiles cauſę, & pia C-

tholicorum Regum vota expoſcunt, temporumq; locorum & perſonarum circumſtantijs diligenter conſideratis, ad earundem Eccleſiarum decorem, & fœlicem directionem, diuiniq; cultus, ac beneficiorum, & miniſtrorũ Eccleſiaſticorum incrementum, necnon bonorum, & iurium ſuorum conſeruationem conſpicit, in Domino ſa-
9 lubriter expedire, † Sane chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, nobis
10 nuper exponi fecit, † quod olim in Eccleſia Cæſarauguſtañ. tunc ſeculari, vltra illius Canonicos, Portionarios, & Beneficiatos ſeculares, etiam Canonici Sancti Augu-
11 ſtini regulares, introducti: † & deinde ad tollendas contentiones & controuerſias inter ipſos ſeculares & regulares Canonicos ſubortas in locum dictorum Canonicorum ſecularium pro tempore defunctorum, ſoli Canonici regulares iuxta ſtatutum à fœlicis recordationis, Eugenio Papa III. prædeceſſore noſtro deſuper factum, ſuffecti & ſubſtituti, ac ibidem nullo certo eorundem
12 Canonicorum regularium determinato numero: † vnus Prioratus prima poſt Pontificalem quatuor Archidianatus, videlicet Cæſarauguſtañ. de Daroca, de Belchite, & Teruleñ. vna Cantoria, vna Cameraria, & vna Theſauria, Dignitates regulares, ac tria officia etiam regularia, (videlicet) Operaria, Charitateria, & Elæmoſinaria, necnon quæ per clericos ſeculares in titulum obtineri conſueuerunt, vna Fabriceria, tres Archipresbyteratus (videlicet) Cæſarauguſtañ. de Daroca, & de Belchite, etiã officia, ac quinquaginta quatuor ſimplices portiones, & vna perpetua ſine cura Capellania de la Infanta nuncupata: & ſexaginta vel circa alia perpetua ſimplicia Be-
13 neficia Eccleſiaſtica inſtituta, † & ne dicti Canonici Regulares in Menſæ Capitularis dictæ Eccleſiæ fructibus, redditibus, & prouentibus exigendis & percipiendis, iuribuſq; proſequendis, à regularis vitæ inſtituto diſtraherentur,

rentur,

rentur,ſed liberius & commodius vota ſua altiſſimo per ſoluere valerent, prædictis, ac certis alijs iam ſuppreſsis ipſius Eccleſię Dignitatibus & Officijs, vltra dotes, ad illa pro tempore obtinentium congruam ſuſtentationē aſſignatas, quam plurima & diuerſa bona,fructus,redditus, & prouentus (etiam decimales) aliaq; iura & emolumenta dictæ Menſę Capitulari (cum hoc,quod Dignitates & Officia huiuſmodi pro tempore obtinentes; tanquam eorundem bonorum,fructuum,redditũum,prouentuum,iurium & emolumentorum, adminiſtratores, ſeu Præpoſiti, viciſsim in Menſibus, ad id, eorum cuilibet præſcriptis,certàs,Panis,Vini, Carnium, Cibariorum, & Eſculentorum portiones,menſtruas, Meſatas, nuncupatas, ac etiam Veſtitum Canonicis Regularibus & portionarijs prædictis, ac nonnullis alijs eiuſdem Eccleſiæ Miniſtris & perſonis, pro ſuis alimentis præſtare & ſubminiſtrare tenerentur; ac ſub certis alijs pactis conditionibus & oneribus tunc expreſsis) conceſſa & elargita fuerunt. † Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat temporis progreſſu, fructus, redditus & prouentus, 14 earumdem Dignitatum,benedicente Domino, ita excreuerunt, vt etiam deductis & ſolutis dictis menſtruis portionibus: Bis mille & treceenti Prioratui: Bis mille & ſeptingenti Cęſarauguſtañ: ac etiam bis mille de Daroca; & ter mille de Belchite Archidiaconatibus; nec non mille & ſexcenti Theſaurariæ: & octingenti ducati auri de Camera Eleemoſinariæ præfatis:illorumque poſſeſſoribus, annuatim remaneant. † Et loco dicti Archidiaconatus Teruleñ, Apoſtolica auctoritate ſuppreſſi, 15 alius Archidiaconatus de Aliaga,ibidem inſtitutus reperiatur,ſingulorum autem Archipresbyteratuum, Cantoriæ,& Archidiaconatus de Aliaga,ac illis forſan annexorum fructus,ſeptingentorum ducatorum ſimilium ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non

16 excedant,† & à multis annis tàm Dignitates quàm Officia huiuſmodi, ſaltem pro maiori eorum parte Clericis
17 ſecularibus ad eorum vitam commendari cœperint: † & in ipſa Eccleſia vix aliqua regularis obſeruantiæ diſcipli
18 na vigeat : † & exceptis duobus dumtaxat regularibus perſonis (videlicet) dilectis filijs Gabriele Sora Canonico, ac Hieronymo Gamir Operario dictæ Eccleſiæ, cæteri omnes, Dignitatum, Officiorum, & Beneficiorum, tàm regularium quàm ſecularium præfatorum, moderni poſſeſſores clerici, ſeu Præsbyteri ſeculares exiſtant: &
19 conſequenter difficilè ſit regularibus præfatis; † qui in domibus priuatis inſtar Canonicorum ſecularium habitare, fructuſq; redditus & prouentus, bonorum & beneficiorum ſuorum in proprios vſus conuertere, & præter Rochettum ſtrictum, ſeu cingulum album ſuper veſte talari, nullum habitum regularem deferre conſueuerũt, vt cùm tot præfatis & alijs ad dictam Eccleſiam deuotionis cauſa confluentibus perſonis ſecularibus, aſsiduè conuerſando, vitam regularibus inſtitutis dicti ordinis
20 conformem ducere poterint: † nec facilè inueniantur viri, nobilitate doctrina, & meritis pollentes, qui ordinem ipſum inibi profiteri, ac ſe ad illius regularem ob-
21 ſeruantiam adſtringere velint † & propterea magis ex-
22 pediat, vt eccleſia prædicta, † quæ totius Regni Aragonum Metropolis, & de Iure Patronatus dicti † Philippi
23 Regis, ex priuilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, fore dignoſcitur, ac quicquid in ea regulare exiſtit, ad ſtatum ſecularem reducatur, compe tenſque Canonicorum ſecularium numerus ibidem inſtituatur, ac alia infraſcripta fiant & ordinentur. Quare
24 idem Philippus Rex, aſſerens, † Camerariæ ſex millia (comprehenſis duabus illorum partibus aliàs à piæ memoriæ Gregorio Papa XIII. etiã prædeceſſore noſtro, pro erectione; † & dote ſex Canonicatuum & Præbendarum

darum in ipſa Eccleſia Cæſarauguſtañ vltra ſolitum,ſeu
tunc exiſtentem illius Canonicorum regularium nume-
rus, diſmembratis & nondum executioni demãdatis,) † 26
Operariæ verò ſexcentorum, † & Charitateriæ mille 27
& centum † atque Fabriceriæ ducentorum quinquagin 28
ta: † necnon Capellaniæ de la Infanta præfatarum & il- 29
lis forſan annexorum reſpectiue trecentorum ducatorũ
auri parium fructus, redditus, & prouentus ſecundum
communem æſtimationem valorem annuum non exce-
dere nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus, Eccleſiã
præfatam, ad ſtatum ſecularem reducere, ac alias in prę-
miſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica
dignaremur. † Nos igitur qui dudum inter alia volui- 30
mus, quod petentes † Beneficia eccleſiaſtica alijs vniri, 31
tenerentur exprimere verum annuum valorem, ſecun-
dum æſtimationem eandem, etiam Beneficij cui aliud
vniri peteretur, idemq; in quibuſuis ſuppreſſionibus per
petuis conceſſionibus, diſmembrationibus, & applicatio
nibus, de quibuſuis fructibus, & bonis eccleſiaſticis, ob-
ſeruari debere, tàm menſæ Capitularis, quàm maſſę cõ
munis dictæ Eccleſię, earumque rerum & bonorum ſta-
tum, qualitates, quantitates, denominationes, ſituatio-
nes, confines, circunſtantias, & veros & annuos valores,
ac quarumcunq; diſmembrationum, ſeparationum, ap-
plicationum, vnionum, annexionum, incorporationum,
& aliarum gratiarum, ad fauorem menſæ & maſſæ præ-
dictarum, ac etiam pro erectione Canonicatuum, & Præ
bendarum, ſeu locorum, & Canonicalium portionum,
vel aliorum beneficiorum in eadem ecleſia & aliàs facta
rum, literarumq; Apoſtolicarum, deſuper confectarum
tenores: ac etiam eorum qui Dignitates, officia Portio-
nes & beneficia prædicta, ad præſens obtinent, nomina,
cognomina, iura, titulos, & commẽdas, præſentibus pro
expreſsis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclina

Digitized by Google

32 ti, † tibi per Apoſtolica ſcripta mandamus: quatenus vocatis qui fuerint euocandi in dicta eccleſia, ac omnibus & ſingulis illius Dignitatibus officijs & alijs ſi quæ ſint
33 beneficijs regularibus, & in commendam obtentis, † ordinem præfatum omnemq; ſtatum, eſſentiam, & depen-
34 dentiam regulares ex nunc : necnon † Camerariam, Operariam, Charitateriam, Fabriceriam, & Capellaniã de la Infanta præfatas earumq; titulos, denominationes, & qualitates, etiam ex nunc prout ex tunc, & è contra, cum primum Camerariam, Operariam, Charitateriam, Fabriceriam, & Capellaniam de la Infanta huiuſmodi, per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis in manibus Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel deceſſum, ſeu priuationem, aut quamuis aliam dimiſsionem, vel amiſsionem, illas pro tempore obtinentium, etiam in aliquo ex menſibus Romano Pontifici pro tempore exiſtẽti, ſeu Apoſtolicæ Sedi, per quaſcumque Conſtitutiones Apoſticas, ſeu Cancellariæ Apoſtolice regulas editas & edendas reſeruatis; aut Ordinarijs Collatoribus, etiam per eaſdem, vel quaſuis aliàs conſtitutiones, aut regulas ſeu literas alternatiuarum, vel alia Priuilegia & indulta hactenus conceſsis, & impoſterum concedendis aut iure ordinario, vel aliàs competentibus, & cõpetituris ſimul, vel ſucceſsiue, etiam apud ſedem præfatam, etiam ceſſantibus commendis, antea de illis & eorum cuilibet factis, vacare contigerit, etiam ſi actu nunc præmiſsis ſiue alijs quibuſuis modis, & ex quorumuis aliorum perſonis vacent, & tanto tempore vacauerint, quod eorum collatio iuxta Lateraneñ. Statuta Concilij ad Sedem præfatam legitimè deuoluta. ac Cameraria, Operaria, Charitateria, Fabriceria, & Capellania de la Infanta huiuſmodi, diſpoſitioni Apoſtolicę ſpetialiter, vel generaliter reſeruata exiſtant, & ad illa conſueuerint, per electionem aſſumi, eiſq; cura iuriſdictionalis tantum immineat, ac ſuper eis

inter

inter aliquos lis,cuius ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo,pendeant indeciſſa auctoritate noſtra penitus, & omnino perpetuo ſupprimas, & extinguas: † 35
ac Eccleſiam,Dignitates, Officia,& alia ſi quæ ſint beneficia regularia huiuſmodi,ad ſtatum ſæcularem(ſaluis tamen ac firmis,& illæſis remanentibus omnibus & ſingulis priuilegijs,indultis,exemptionibus,libertatibus, immunitatibus præheminentijs, prærrogatiuis, honoribus, facultatibus, iuriſdictionibus, conceſsionibus indulgentijs,& alijs gratijs, tam ſpiritualibus quam temporalibus, eidem Eccleſiæ, illiuſq; Capitulo, & menſæ Capitulari ac Dignitatibus,Officijs,Portionibus, & alijs Beneficijs præfatis: necnon illa pro tempore obtinentibus,cæteriſquè miniſtris & perſonis,quomodolibet de iure,vel conſuetudine aut priuilegio,ſeu aliàs quomodolibet competentibus, quo ad ea quæ ſunt in vſu: necnon ſub vllis reuocationibus comprehenſa, nec ſtatui, & Concilij Tridentini Decretis,ac præſentibus contrariantur,) † nec de 36
cimis,primitijs, cenſibus,laudemijs,recognitionibus,ſeruitutibus, liuellis, poſſeſsionibus, proprietatibus, legatis,aniuerſarijs,donationibus,iuribus, rebus,& bonis, ad illa quomodolibet ſpectantibus & pertinentibus, & ſi per ſedem prædictam illiuſq; legatos. Vel Nuncios,ac Imperatores,Reges,Reginas, Principes, & alios vtriuſque ſexus Chriſtifideles,quoſcunq; etiam intuitu, & contemplatione Religionis,& quandiu illa ibidem vigeret,conceſſa,donata,relicta,erogata,& elargita fuerint: † ita vt 37
Dignitates officia, & ſi quæ ſunt alia regularia beneficia huiuſmodi ad præſens,& ante executionem præſentium obtinentes, abſq; alia noua prouiſione, vel poſſeſsionis adeptione, deſuper facienda, illa de inceps in titulum, quo ad vixerint retinere,eorumq; fructus, redditus,prouentus,iura obuentiones,& emolumenta quæcumq; percipere,exigere,& leuare, ac in ſuos vſus, & vtilitatem

38 conuertere. † Necnon vnum & vnam Gabriel ex infraſcriptis Canonicatibus & Præbendias conſequi, ac etiam
39 quo ad vixerit retinere; † Et ne in ipſa Eccleſia perſonæ diuerſi habitus exiſtant, ipſe & Hieronymus prædicti, tã in Choro & Capitulo dictæ Eccleſiæ, quam alibi, alijs futuris illius Canonicis ſæcularibus in habitu ſuperiore ac ritu, inceſſu, & cæremonijs, abſque alicuius Apoſtaſiæ, irregularitatis ſeu inhibilitatis nota, vel macula, aut alterius cenſuræ, ſeu pœne Eccleſiaſticæ incurſu (retento tamen ſubtus regulari eorum habitu, & firmis aliàs remanentibus tribus ſubſtantialibus votis per eos emiſsis) ſe confirmare ac fructus, redditus, & prouentus, quorumcũquè beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos nunc, & pro tempore obtentorum iu ſuos proprios, & alios eis bene viſos, (honeſtos tamen & aliàs licitos) vſus conuertere; necnon de bonis ſuis mobilibus, & immobilibus ac ſe mouentibus quibuſcunquè tàm in vita quàm in morte ac in eorum vltimis voluntatibus, perinde ac ſi regulares nunquam fuiſſent, teſtari, & diſponere libere, & licite valeant: ipſis autem † regularibus ab inteſtato decedentibus omnia & quæcunq; eorum bona huiuſmodi præfatæ
40
41 mẽſę Capitulari acquirãtur. † Deniq; omnia & ſingula, quæ in dicta Eccleſia pro Canonicis, & perſonis regularibus erant, de cætero pro Canonicis, & perſonis ſæcularibus, ſint & eſſe cenſeantur, † nec aliqua deinceps perſona, ad habitum, & profeſsionem regularẽ inibi aliquo modo recipi vel admitti debeat, & ſi recipiatur, vel admittatur, receptio & admiſsio huiuſmodi, & inde ſecuta quæcunq; nullius ſint roboris, vel momenti dicta auctoritate noſtra etiam perpetuo reducas. † Necnon in dicta Eccleſia viginti quatuor Canonicatus, & totidem Præbendas, pro viginti quatuor Clericis ſæcularibus, futuris illius Canonicis, (compræhenſo in eis dicto Gabriele) † qui omnes, Capitulum ſæculare ipſius Eccleſiæ faciant,
42
43
44

& con-

& conſtituant † ac ijs ſacris Ordinibus, quos Præbendæ 45
per eos reſpectiue obtentæ (iuxta deſignationem à vene-
rabile fratre noſtro Archiepiſcopo Cæſarauguſtañ. cum
conſilio Capituli prædictorum deſuper faciendam) requi
rent: vel ſaltim legitima ad illos ſuſcipiendos ætate conſti
tuti ſint, † & apud eandem Eccleſiam perſonaliter reſi- 46
dere: necnõ Miſſas, Horas Canonicas, aliaquè diuina Of
ficia ibidẽ celebrare, & recitare ac illis intereſſe, & aliàs
ipſi Eccleſiæ in Diuinis laudabiliter deſeruire tenean-
tur, auctoritate noſtra prędicta ſimiliter perpetuo erigas,
& inſtituas. † Ac tam Canonicis quã Portionarijs pro tẽ 47
pore ęxiſtentibus dictæ Eccleſiæ, vt à continua reſidẽtia,
apud illam facienda, aliquantiſper releuentur, præter
quã ex aliqua rationabili cauſa à prædictis Capitulo ap-
probanda, & de expreſſa Capituli huiuſmodi licentia;
Portionarij videlicet, per vnius, Canonici verò, per triũ
menſium dumtaxat ſpatium, ſiue continuum, ſiue inter-
polatum, ab ipſa Eccleſia illiuſquè ſeruitio abeſſe libere,
& licite valeant. Ita tamen vt ſaltem duæ ex tribus par-
tibus ipſorum Canonicorum & Portionariorum reſpe-
ctiue apud dictam Eccleſiam reſideant, & abſentia huiuſ-
modi in feſtiuitatibus ſolemnioribus, ac Quadrageſimæ
& Aduentus temporibus, niſi ex vrgentiſsima, & maximè
neceſſaria cauſa concedatur, eadẽ autoritate noſtra indul
geas; † Necnon à Cæſarauguſtañ. tot quæ ſeptingentos 48
(comprehenſa medietate fructuum illi in Loco de Epila
Cæſarauguſtañ. Diœceſis competente, † & à de Daro-
ca, tot quę aliorum ſeptingẽtorum, videlicet illa omnia 49
quæ in Loco de Almunia eiuſdem Diœceſis conſiſtunt,
ac à de Belchite Archidiaconatibus, tot quę mille, necnõ à
Theſauraria præfatis tot quę ſexcẽtos ducatos auri pares
annuatim conſtituant, proprietates & bona, & in deci-
mis, cenſibus, vel alijs redditibus conſiſtentia, ſimiliter ex
nunc pro vt ex tunc, & è contra, cedentibus etiam ex cau

Digitized by Google

ſa permutationis, in eiuſdem Romani Pontificis, pro tem pore exiſtentis manibus, vel decedẽtibus modernis poſſeſſoribus, Archidiaconatum Cæſarauguſtañ. de Daroca, & de Belchite, ac Theſaurariæ huiuſmodi, vel illis aliàs quomodolibet etiam apud ſedem præfatam ſimul, vel ſuc ceſsiue vacationibus, ſeu illorum comendis ceſſantibus ſimili auctoritate noſtra pariter perpetuo ſepares, & diſ-
50 membres † illaq; ſic ſeparata & diſmembrata: necnon omnia & ſingula bona proprietates, fructus, redditus, pro uentus, iura, obuentiones, & emolumenta, Camerariæ, Operariæ, Charitateriæ, Fabriceriæ, & Capellaniæ de la Infanta ſuppreſſarum præfatarum dictæ menſæ Capitulari ad vſum & commodum Canonicorum prædictorum dumtaxat dicta autoritate noſtra ibidem perpetuo appli
51 ces & appropries, † Necnon omne & quodcunquè ius ac etiam facultatem, omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, etiam ſi Canonicatus & Præbendæ, aut portiones, ſeu Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, aut aliàs quomodolibet qualificata fuerint, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, inſtitutionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, tàm Archidiaconi Cæſarauguſtañ (quoad ea dumtaxat quæ in Eccleſia dicti loci de Epila) quàm Camerarij, Operarij, Charitaterij, & Fabricerij ipſius Eccleſiæ Cæſarauguſtañ pro tempore exiſtentium in Cęſarauguſtañ, & de Epila prædictis, ac Oppidi de Alcañiz dictæ Diœceſis Eccleſijs, & alibi vbicunq; coniunctim, vel diuiſim quomodolibet ceſſantibus reſeruationibus, & affectionibus Apoſtolicis ſpectantia, & pertinentia illorum vacatione pro tempore occurrente conferendi, & de eis etiã prouidendi, ſeu aliàs diſponendi, ac perſonas idoneas ad illa præſentandi, & in eiſdem inſtituendi in Capitulum huiuſmodi, auctoritate noſtra prædicta etiã perpetuo transferas. † Ita quod liceat prædictis Capitulo, corporalem, realem,

realem,& actualem poſſeſsionem, proprietatum, bonorum,& aliorum dictæ menſæ Capitulari per præſentes applicatorum,& appropriatorum,ac in ipſos Capitulum tranſlatorum eorumq; annexorum iurium, & pertinentiarum,quorumcunq; per ſe vel alium, ſeu alios eorum & dictæ menſæ Capitularis,nominibus, propria auctoritate libere apprehendere,& perpetuo retinere, ac bona & proprietates huiuſmodi locare, arrendare, regere, & adminiſtrare: Necnon fructus, redditus, prouentus,iura obuentiones,& emolumenta quæcunq; inde prouenientia (deductis & ſupportatis prius omnibus,& ſingulis oneribus Camerariæ,operariæ,Charitateriæ, Fabriceriæ, & Capellaniæ de la Infanta ſuppreſis prædictis quomodolibet incumbentibus) in vſum & vtilitatem dictorum Canonicorum dumtaxat, modo, & forma infraſcriptis conuertere Diæceſani loci,vel cuiuſuis alterius licencia deſuper minime requiſita. † Cum hoc tamen quod ſepa 53
rationibus,& diſmembrationibus huiuſmodi loco facto, ad diuiſionem & repartitionem proprietatum, & bonorum à Cæſarauguſtañ de Daroca & de Belchite Archidiaconatibus,ac Theſauraria prædictis,vt præfertur ſeparatorum,& diſmembratorum procedi nequeat; niſi habita prius poſſeſsione eorumdem Archidiaconatuum & Theſaurariæ per futuros in illis reſpectiue ſucceſſores,& cum eorum interuentu. † Ineuentum autem diſcordiæ 54
inter Capitulum & ſucceſſores huiuſmodi circa diuiſionem & repartitionem præfatas, liberum ſit eiſdem ſucceſſoribus,proprietates,& bona ſic ſeparata, & diſmembrata pro ſuis quiſque dignitatibus retinere, & ratam partem, ſeu portionem ab illis ſeparatam in pecunia dictæ menſæ Capitulari annuatim per ſoluere, † Ipſi quo- 55
que ſucceſſores in Cæſarauguſtañ. de Daroca,& de Belchite Archidiaconatibus, ac Theſauraria huiuſmodi ad quarumcumque penſionum, ſi quæ ſuper illorum fru-

bus,redditibus,& prouẽtibus tẽpore quo diſmẽbrationi & ſeparationi proprietatũ,& bonorũ ab eiſdẽ,vt præfertur factis,locũ fieri cõtigerit,reſeruatę reperiãtur quę ſaluæ & illæſæ remaneãt:ſolutionẽ modo,& forma,ac in loco & terminis,necnõ ſub cẽſuris,& pœnis in huiuſmodi reſeruationibus pręſcriptis,faciendã omnino teneantur,
56 ac ad id cogi & cõpelli poſsint.† Liceat tamẽ eis,ratã partẽ,dictã menſam capitularẽ ratione quantitatis,& valoris annui bonorum, & proprietatum à Dignitatibus huiuſmodi ſic ſeparatorum, & diſmembratorum ac eidem menſæ applicatorũ,& appropriatorũ à prædictis Capitulo repetere;ipſiq; Capitulum ad ſolutionẽ ratę partis huiuſmodi ſibi faciendã etiã teneantur. Quodq; deductis
57 prius,& ſupportatis oneribus prædictis:† Necnon detracta annuatim rata parte pecuniarũ, quæ pro iuribus Cameræ Apoſtolicæ ratione proprietatũ & bonorũ præfatæ menſæ Capitulari,vt præfertur applicatorum, & appropriatorum pro tempore debitis, ſingulis quindenniјs, iuxta obligationem deſuper factam ſoluendis,iuditio ca
58 pituli præfatorum neceſſaria fuerit: † omnes Canonici præfati de fructibus dictæ menſæ capitularis,æquis portionibus,& indifferenter;(ſine tamẽ dicti Gabrielis, ac Portionariorũ & aliorũ de portionibus menſtruis,mẽſatis nuncupatis prædictis,necnon aliјs fructibus, ad eamdem menſam hactenus ſpectantibus, & pertinentibus participantium. Necnon infraſcriptæ maſſæ communis
59 diſtributionum manualium præiuditio) participent, † Poſtquam vero omnes, & ſingulæ applicationes, & appropriationes præfatæ, ſuum integrum effectum ſortitæ fuerint; nec antea ex tunc officio ſanctiſsimæ Inquiſitionis, hæreticæ prauitatis in dicta ciuitate inſtituto, quingenta ſcuta, dumtaxat (decem regalibus pro quolibet ſcuto huiuſmodi computatis) ex fructibus, redditibus, et prouentibus dictæ menſæ Capitularis, loco Canoni-

Canonicalis Portionis, ſeu Præbendæ quæ prætendi poſ ſet in vim indulti Apoſtolici, ſuper vnione vnius ex Præbendis ſingularum Eccleſiarum Cathedralium Regnorum Hiſpaniarum ad fauorem & commodum officiorum eiuſdem Inquiſitionis, in dictis Regnis inſtitutorum, vt aſſeritur conceſsi, annuatim per ſolui; ac Inquiſitores & miniſtri pro tempore exiſtentes, officij Inquiſitionis huiuſmodi, dictis ſcutis quingentis annuis, omnino contenti eſſe, nec quicquam vltra quouis præ textu petere, vel prætendere debeant. † In ſuper, quod ex nunc perpetuis futuris 60
temporibus, Dignitas maior poſt Pontificalem, videlicet Prioratus, non amplius Prioratus, ſed Decanatus; elæmoſinaria vero, Scholaſtria, ac illos nunc & pro tempore obtinentes Decanus & Scholaſticus dictæ Eccleſiæ reſpectiue. † Necnon cum primum 61
ſuppræſsioni dictæ Capellaniæ de la Infanta, locus factus fuerit, vt præfertur, ex tunc, antiquor, & primus Canonicorum prædictorum Canonicus Capellanus de la Infanta denominari, & nuncupari debeat; ipſeq; Canonicus Capellanus de la Infanta nuncupatus, onus celebrationis ducentarum Miſſarũ, prę dictę Cepellanię de la Infanta incumbens, in ſe ſuſcipere: † Capitulũ 62
verò præ dicti, illi, ratione celebrationis Miſſarum huiuſ modi, octuaginta ſcata moneta, ad rationem decẽ regalium pro quolibet ſcato huiuſmodi, ſingulis annis, in perpetuum ſoluere teneantur, & obligati exiſtant. † Necnõ 63
vltra ſupra dictas Dignitates, tam Scholaſtria, quam Archipræsbyteratus Cæſarauguſtañ de Daroca & de Belchite huiuſmodi, etiã ſint & eſſe cenſeantur inibi Digni tates cũ honoribus, & inſignijs cõſuetis. † Ita vt illa nũc 64
& pro tẽpore obtinentes, apud eccleſiam Cæſarauguſtañ perſonaliter reſidere, ac horis Canonicis diurnis pariter, & nocturnis ibidem intereſſe, ac aliàs in diuinis dictæ

eccleſiæ deſeruire teneantur, ad inſtar aliarum dignita-
65 tum eiuſdem Eccleſiæ Cæſarauguſtañ. † Domus autem, ædes & habitationes, tam Canonicales, quam ad Camerariam Operariam, & Charitateriam ſuppræſſas huiuſmodi pertinentes, modernis Camerario, Operario, & Charitaterio eiuſdem eccleſiæ vt præfertur cedentibus vel decedentibus, & ea quę olim erat dictæ ſuppræſſæ infirmariæ, inter dictæ eccleſiæ Cæſarauguſtañ. perſonas Capitulares tantum, Domos proprias, ratione dignitatuũ ac Canonicatuum, & Præbendarum per eos ibidem pro tempore obtentorum non habentes, ſecundum eorum receptionis ordinem, longioriſq; ſeruitij meritum prout à prædictis Capitulo deſuper ordinatum fuerit diſtribui:
66 † Et illa quæ dicto Gabrieli obuenit, ſeu quam ad præſens inhabitat, retineri, & quandiu vixerit impenſis fa-
67 bricæ dictæ eccleſiæ Cæſarauguſtañ. reſtaurari debeat, † Quodq; omnia & ſingula legata, elæmoſinæ, oblationes obuentiones, & emolumentas, quę deinceps pro Miſſis, Aniuerſarijs, funeralibus obitibus, proceſsionibus, cęteriſq; diuinis, vel pijs officijs in dicta eccleſia Cęſarauguſtañ. celebrandis, recitandis, peragendis, & exercendis fieri contigerit, ſingulis eiuſdẽ Eccleſię Cæſarauguſtañ.
68 perſonis, illis inter eſsẽtibus, pro ſua cuiuſq; rata parte, † iuxta ordinẽ ſimiliter abeiſdẽ Archiepiſcopo, & Capitulo deſuper faciẽdã, cõmunia ſint; & obtinẽtes dignitates vel Canonici, ſeu Portionarij, aut Beneficiati prædicti, eorũ quicquã ſeparatim, vel diueſim habere ſeu percipere
69 nequeãt. † Ad hæc tã decanatũ, quã alias dignitates huiuſmodi nũc & pro tẽpore obtinẽtes, de gremio Capituli huiuſmodi ſint, & eſſe cenſeantur, ac ibidem vocem actiuam, & paſsiuam habere, Miſſaſque in maiori, & quibuſcunque alijs altaribus dictæ Eccleſiæ Cæſarau-
70 guſtañ. celebrare libere & licere valeant. † Inter Decanum autem & alios in dignitatibus conſtitutos, necnon

necnon Canonicos, Portionarios & Beneficiatos ipſius Eccleſiæ Cæſaraugustañ ſimiliter nunc, & pro tempore exiſtentes, infraſcriptus ordo ſeruetur. Videlicet vt Decanus in primo & digniori ſtallo, ac loco poſt Archiepiſcopum deinde Cæſaraugustañ de Daroca, de Belchite & de Aliaga Archidiaconi; moxq; Cantor, Camerarius, Theſaurarius Scholaſticus, ac Archipresbyteri Cæſaraugustañ, de Daroca, & de Belchite poſt modernum Gabriel, & ſucceſsiuè alij Canonici, & poſt eos, Operarius, Charitaterius, & Fabricerius. Demum Portionarij & Beneficiati, habita temporis ſuæ eiuſque receptionis, & admiſsionis, non autem ſacri ordinis, aut gradus, ſeu alicuius extra ipſam Eccleſiam Cæſaraugustañ Dignitatis, ſeu perſonatus ratione ſedere, & incedere. Poſt ceſſum autem, vel deceſſum modernorum poſſeſſorum Camerariæ, Operariæ, Charitateriæ, & Fabriceriæ prædictarum alij immediatè ſequentes in eorũ ſtallis & locis ſuccedere, & gradatim aſcẽdere. Dictuſq; † Decanus, nũc 71
& pro tempore exiſtens, caput capituli huiuſmodi eſſe, ibidemq; præſidere, ac in Choro, Capitulo, proceſſionibus, & alijs actibus publicis, & priuatis eiuſdem Eccleſiæ Cæſaraugust añ. † Ac etiam in Comitijs generalibus 72
& officijs publicis dicti Regni, ac alias vbiq; locorum, eandem præheminentiam, auctoritatem, & ſuperioritatem & prærogatiuam, quæ ipſius Eccleſiæ, Prioribus, qui pro tempore fuerunt, tam intus quàm extra ipſam Eccleſiam Cæſaraugustañ hactenus competit in omnibus, & per omnia, abſq; vlla prorſus differentia habere, † Nec- 73
non in ipſius Decani abſentia, Cæſaraugustañ ipſo autẽ etiam abſente, de Daroca Archidiaconi, & ſic alij in Dignitatibus conſtituti gradatim, ordine prænarrato, & illis ſimiliter abſentibus, antiquior dictorum Canonicorum ibidem præſentium, loco eiuſdem Decani præſidere, & ſimiliter prærogatiuam, auctoritatem, & ſuperioritatem

quam idem Decanus haberet ſi inibi præſens eſſet, habere. † Et tàm Decanatum,aliaſq; Dignitates & officia,
74 quàm Canonicatus, & Præbendas huiuſmodi pro tempore obtinentes, in Choro, Capitulo, Proceſſionibus & alijs actibus prædictis, Hyemali, videlicet Cappas nigras cum Cappucijs pellibus Armellinis intrinſecus ſuffultis: ac Rochettis manicas ſtrictas habentibus: Æſtiuo autẽ temporibus, Rochetta ſimilia & Almutia, Serico rubeo in oris internis ornata, necnon ſuper pellicea, ſeu cottas,
75 cum manicis oblongis deferre; illiſq; vti. † Et tàm ipſi quàm Capitulum, Portionarij & Beneficiati prædicti, omnimodæ viſitationi, correctioni, iuriſdictioni & ſuperioritati ipſius Archiepiſcopi pro tẽpore exiſtentis, ſubeſſe
76 & ſubiacere debeant. † Ipſe tamen Archiepiſcopus, ſuper quibuſcunque criminibus, exceſſibus & delictis, perſonarum Capitularium eiuſdẽ Eccleſiæ Cæſarauguſtañ, non niſi adiunctis ſibi duobus de gremio Capituli huiuſmodi exiſtentibus & ab eiſdem Capitulo dumtaxat, quoties opus fuerit nominandis, ac aliàs iuxta formam Concilij Tridentini in capitulo ſexto, Seſſione vigeſima quinta, traditam etiam ſi forſan ipſe Archiepiſcopus antea, in dictas perſonas Capitulares, maiorem & omnimodã haberet
77 iuriſdictionẽ, procedere poſſit, & debeat. † Quodque Dignitates, & officia prædicta cum ipſius Eccleſiæ Cæſarauguſtañ Canonicatibus & Præbendis, ac Portionibus, omnino incompatibilia exiſtant, & in ſimul per
78 vnum obtineri nequeant. † Vt autem Decanus, & alij in Dignitatibus conſtituti, ac Canonici prædicti, ad perſonaliter apud dictam Eccleſiam Cæſarauguſtañ reſidendum, illiſq; in diuinis inſeruiẽdum, promptius & aſſiduè inuitentur: idem Archiepiſcopus tanquam dictæ Sedis Delegatus, cum Conſilio Capituli huiuſmodi, facta præſentium in illis partibus publicatione (nullo alio deſuper à nobis, vel dicta Sede expectato mandato) vnam maſſam

commu-

communem diſtributionum quotidianarum manualiũ nuncupandarum, inter Dignitates obtinentes, ac Canonicos præſentes reſidentes; necnon Miſſis, Horis Canonicis & alijs tàm diurnis, quàm nocturnis officijs diuinis, necnon Proceſsionibus & actibus prædictis intereſſentes: æquis portionibus diuidendarum, & repartiendarum; quę tales ſint, vt non facilè negligantur; ac abſentium & non intereſſentium portiones, alijs præſentibus & intereſſentibus, proportionabiliter, vt præfertur accreſcere debeant, ex menſæ Capitularis, & ſeu maſſæ cõmunis Canonicorum huiuſmodi fructibus, iuxta diſpoſitionem decretorum dicti Concilij Tridentini: habita tẽporum ſeruitiorum & fructuum etiam excreſcentium ratione conſtituere, & ſtabilire. † Necnon Canonicatus 79
& Præbendas, quibusquiſque ordo, ex ſacris annexus eſſe debeat diſtinguere procuret. † Præterea vt dictæ mẽ- 80
ſæ Capitularis indemnitati circa exactionem & recuperationem menſtruarum, Portionum conſulatur: Quod de cætero omnes & ſinguli, qui dignitates, & officia, quibus onus ſolutionis & præſtationis menſtruarum portionum incumbit, pro tempore obtinentes; illarũ loco mille ducatos auri de Camera in ſingulis menſibus eos reſpectiuè tangentibus, prędictę menſæ Capitulari, omni mora, & exceptione ceſſantibus realiter, & cum effectu per ſoluere omnino teneantur: & ad id per ſequeſtrationẽ, & ſubtractionem fructuum, redditaum, & prouentuum bonorum huiuſmodi, ac aliàs quibuſuis iuris, & facti remedijs, etiam executiue procedendo: cogi & compelli poſſint; Nec ſuper his etiam prætextu diſmembrationũ, ſeparationum, applicationum & appropriationũ, vt prædicitur factarum excuſſari poſſint. † Quodque moder- 81
nus Decanus eiuſq; ſucceſſores ex nunc, † loco autem 82
ſeparationi & diſmembrationi proprietatum & bonorum, à Cæſaraugustañ de Daroca & de Belchitę Archi-

diaconatibus, ac Theſauraria huiuſmodi facto futuri in
83 illis ſucceſſores reſpectiue, extunc † alias vero Dignita-
tes pro tempore obtinentes, poſtquam omnes & ſingulæ
ſuppræſſiones, diſmembrationes, applicationes & appro-
priationes factæ prædictæ integrum effectum ſortitæ
fuerint, nec antea de diſtributionibus quotidianis ma-
nualibus prædictis, nec non portione panis duntaxat, ad
inſtar ſingulorum Canonicorum prædictorum (non autẽ
veſtuario, vel groſſis fructibus dictæ menſæ Capitularis
ſeu maſſæ communis, inter ſolos Canonicos huiuſmodi
diſtribuendis. Neque etiam de dictis menſtruis portio
84 nibus) participare poſſint, & debeãt, † Interim tamẽ eo-
rum ſingulis, ſi ibidem perſonaliter reſederint, portio
quatuor panum coquetarum nuncupatarum quotidie
85 diſtribuatur, † Capitulum autem prædicti, & dictas men-
ſtruas portiones eiſdem Canonicis, Portionarijs, & alijs
miniſtris, & perſonis, de illis participantibus, pro ſua cu-
iuſque rata parte, vt moris eſt præſtare & ſubminiſtrare
86 etiam teneantur, ac ad id obligati cenſeantur, † Illi autẽ
ex Canonicis & Portionarijs prædictis qui à dicta Eccle-
ſia Cæſaraguſtan: & illius ſeruitio, quoad Portionarios
videlicet, vltra vnius, quo vero ad Canonicos, vltra triũ
menſium ſpatium huiuſmodi (ceſſante infirmitatis aut
alio legitimo impedimento à prædictis, Capitulo appro-
bando) ſe abſentauerint, tam de diſtributionibus etiam
manualibus, & quotidianis quam menſtruis, portioni-
bus, veſtuario, fructibus, redditibus, & prouentibus etiã
groſſis, alijſque iuribus, obuentionibus & emolumentis
maſſæ communis ipſorum Canonicorum & Portionario
87 rum, participare nequeant, † ſed eorum ſic abſentium
portiones, alijs Canonicis, & Portionarijs præſentibus,
& diuinis officijs intereſſentibus, reſpectiue accreſcant,
88 † Quodque ex viginti quatuor Canonicatibus, & præ-
bendis prædictis, vnus & vna Magiſtralis, pro vno ma-

giſtro

giſtro in Theologia, ac alius, & alia Doctoralis, pro vno
vtriuſque, vel alterius iurium Doctore, ſeu Licenciato;
necnon alius & alia Pœnitentialis, pro vno Pœnitentia-
rio: aliuſq; & alia Lectoralis nuncupandi, pro vno ſacræ
ſcripturæ lectore, iuxta formam Cõcilij Tridentini præ-
dicti qualificatis, qui omnes in dicta Eccleſia, † Magiſter 89
in Theologia, (videlicet) Aduentus, & Quadrageſimæ,
ac alijs anni temporibus, quibus id ſibi à prædictis Capi-
tulo ordinatum fuerit, verbum Dei prædicare, † Doctor 90
vero Conſilium & operam, in ipſius Eccleſiæ negotijs
peragendis, & dirigendis, ac cauſis & iuribus tuendis &
defendendis, quando & quoties à prædictis Capitulo
requiſitus fuerit, gratis fideliter præſtare; † Pœnitentia- 91
rius vero, Chriſti fidelium confeſsiones audire, eiſq; pœ-
nitentias ſalutares iniungere; † Lector autem ſacrã ſcri- 92
pturam, iuxta dicti Concilij formam, legere, & interpre-
tari, & vnuſquiſq; ipſorum, ea quæ ad officium ſuum iux
ta eiuſdem Concilij Tridentini diſpoſitionem, ſpectant,
& pertinent facere, & adimplere teneantur, perpetuo
affecti exiſtant. † Quodq; collatio, prouiſio, & omnimo
da diſpoſitio omnium & ſingulorum dignitatum (exce-
pta maiori poſt Pontificalem,) † De qua quotieſcunq; 93
vbicunq; & qualitercunq; illam vacare contigerit per
Romanum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam tantum
diſponi poſsit & debeat, † Ac Canonicatuum, & Præben 94
darum dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtañ occurrente dein-
ceps illorum vacatione, extra Romanam Curiam, in Mar
tij & Septembris, ad Capitulum cum Archiepiſcopo pro
tempore exiſtente ſi Capitulo huiuſmodi interfuerit, † 95
Ita tamen vt ipſe Archiepiſcopus in huiuſmodi & qui-
buſuis alijs actibus capitularibus, vnam dumtaxat vocẽ,
prout cuilibet dictorum Canonicorum eiuſq; ſuffragiũ
non plus iuris, vel momenti, quam vnius cuiuſq; eorum-
dem Canonicorum habeat niſi vocum paritate occurr-

te. Quo caſu iteratum eiuſdem Archiepiſcopi ſuffragium paritatem vocum huiuſmodi dirimat, & pars cui
97 adhærebit maior cenſeatur. † In Iunij vero & Decem-
98 bris menſibus ad ipſum Archiepiſcopum inſolidum; † Dummodo aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata; vel ex generali reſeruatione affecta non fuerint;& cum hoc quod de illis ſic vacantibus nec diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatis, ſeu affectis perſonis idoneis, iuxta ſacrorum Canonum & Tridentini, ac aliorum conciliorum gene-
99 ralium diſpoſitionem, prouidere teneantur, pertineat, † Neq; in collationibus, prouiſionibus, & alijs diſpoſitionibus, dignitatum, ac Canonicatuum & Præbendarũ huiuſmodi, quotieſcunq; & quandocunq; illa in reliquis octo videlicet, Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, & Nouembris menſibus vacare contigerit, vel aliàs dictæ Sedi Apoſtolicæ reſeruati, ſeu affecti fuerint quocunque modo, etiam prętextu cuiuſcunque gratiæ alternatiuæ menſium, tam moderno quàm pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo prædicto, per nos & quoſcunq; alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros conceſſæ & concedendæ nullatenus ſe intromittere poſſint, ſed dignitates, & Canonicatus, ac Prębendæ huiuſmodi in vltimo dictis octo mẽſibus protẽpore vacantes, ſint & eſſe cẽſeãtur noſtrę & dictę Sedis diſpoſitioni perpetuo reſeruati. Ac de illis per eãdẽ Sedẽ dũtaxat diſponi
100 poſſit, & debeat, † Saluo tamen iure patronatus prędicto Philipo Regi in dicto Archidiaconatu de Aliaga ex priuilegio Apoſtolico vel aliàs legitimè competente. Circa quod, ac etiam portionum, & aliorũ beneficiorum eccleſiaſticorũ dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtañ collationẽ
101 fructus, & qualitates, nihil innouare intendimus, † Et exceptis Canonicatibus, & PrębendisMagiſtralibus, & Doctoralibus nec non Pœnitentialibus, & Lectoralibus nũcupatis, de quibus extra Curiam prædictam in quibuſcunque

cunq; menſibus ordinarijs vel Apoſtolicis pręd ictis, pro tempore vacantibus, per Archiepiſcopum ſi pręſens in Capitulo fuerit, vt præfertur, & Capitulum pręd ictos, perſonis vt præfertur qualificatis, per eos in concurſu de ſuper faciendo prout in alijs Canonicatibus & Prę-bendis Magiſtralibus & Doctoralibus Eccleſiarum Ca-thedralium Caſtellę & Legionis Regnorum fieri ſolet; capitulariter eligendis, prouideri debeat; † Ita tamen 102
quod prouiſi de huiuſmodi Canonicatibus & Prębendis Magiſtralibus, & Doctoralibus, nec non pœnitentiali-bus & lectoralibus, ſi ratione vacationis illorum in di-ctis octo menſibus; aut alias quomodolibet ſedis pręd i-ctę diſpoſitioni reſeruati, vel affecti fuerint, intra qua-tuor menſes à die ſuę quiſque prouiſionis huiuſmodi computandos, nouam prouiſionem à Sede prædicta im-petrare, & literas Apoſtolicas deſuper in totũ expedire, ac iura dictę Cameræ propterea debita perſoluere om-nino teneantur. Alioquin prouiſiones huiuſmodi cum in de ſecutis quibuſcunque nullius ſint roboris vel momen ti. Ipſiq; Canonicatus, & Præbẽdæ, Magiſtrales Doctora les, Pœnitẽtiales, & Lectorales, vacare cẽſeãtur, eo ipſo. Ac de illis per Sedem præfatam dumtaxat, diſponi poſ-ſit, eadem auctoritate noſtra ſimiliter perpetuo ſtatuas, & ordines. † Et nihilominus eidẽ Philippo Regi, eiuſq; 103
ſucceſſoribus Aragonum Regibus, tam maſculis, & per lineam fœmeninam deſcendentibus, quam fœminis, vſq; in infinitum, & in perpetuum ius nominandi perſonas ſibi gratas, & acceptas aliàs tamen habiles, & idoneas, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti: tam ad Digni tates † (non tamen maiorem poſt Pontificalem) quam 104
Canonicatus, & Præbendas tantum Eccleſiæ Cæſarau-guſtañ. præterquam Magiſtrales, & Doctorales, necnon Pœnitentiales, & Lectorales huiuſmodi; in Februarij, Maij, Auguſti; & Nouembris, menſibus prædictis, dum

taxat extra dictam Curiã pro tempore vacantes, etiamſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex eo quod illos obtinentes, alicuius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, etiam viuentis, & in dicta Curia præſentis, familiares continui, commenſales, aut Sedis præfatæ, Notarij, Subdiaconi, Acoliti, Capellani cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, literarum Apoſtolicarum Abbreuiatores Scriptores, Cubicularij, Nuntij, Prouentuum & iurium dictæ Cameræ debitorum Collectores, vel Subcollectores, aut quicunq; alij Curiæ, & Sedis prædictarum Officiales, præſentes, & futuri, quocunque nomine nuncupati, ſeu ex quauis alia cauſa ſpecialiter, vel alias (præterquam ex perſonis familiarium, & continuorum Commenſalium noſtrorum, vel aliorum Roman. Pontificum prædeceſſorum, vel ſucceſſorum noſtrorum generaliter reſeruati, ſeu ex generali reſeruatione Apoſtolica affecti fuerint) per Nos, & Romanos Pontifices & ſucceſſores noſtros ad nomina-
105 tionem huiuſmodi conferendos, † Ita vt de illis in eiſdẽ poſterioribus quatuor menſibus, extra dictam Curiam, alias quã ex perſonis familiariũ & continuorũ Cõmenſalium noſtrorum, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum pro tempore vacantibus, abſq; nominatione prædicta, & per Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices ac eandem Sedem pro tempore diſponi minime poſsit. Ac collationes commendæ, & quæuis aliæ diſpoſitiones, aliter pro tempore factæ, & literæ Apoſtolicæ deſuper conficiendæ, cum inde ſecutis quibuſcunquè nullius ſint roboris, vel momenti. Cum hoc tamen quod Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendæ Eccleſiæ Cæſarauguſtañ. huiuſmodi ad quos in dictis quatuor menſibus pro tempore vacantes, Philippus Rex eiuſque ſucceſſores prædicti nominare contigerit, vt præfertur quotieſcunquè deinceps in alijs quam quatuor menſibus eis ſic conceſsis, vacaue

rint:

ſint:nullatenus nominationi huiuſmodi ſubiectæ, & obnoxij,ſed omnino liberę collationis ſint,& eſſe cenſeantur. † Quodquè nominatio ipſa quoad Dignitates,ac Canonicatus,& Præbendas ſub ea comprehenſos, intra ſex, ſi vacatio huiuſmodi vltra: ſi vero citra montes, contingat, intra octo menſes,à die eiuſdem vacationis computandos,Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ſeu dictæ ſedi omnino fieri debeat: alioquin dictis ſex, vel octo menſibus reſpectiuè effluxis,vt diſpendioſę vacationi Dignitatum,ac Canonicatuum,& Præbendarũ Eccleſiæ Cæſarauguſtañ. huiuſmodi celeriter conſulatur, de illis ſic vacantibus per Romanum Pontificem,ſeu ſedem huiuſmodi,nulla dicti Regis præcedeute,ſeu vlterius expectata nominatione,libere prouideri poſsit;dicta auctoritate noſtra perpetuo concedas,& reſerues; † Poſtremo prædictisCapitulo,pro dictę Eccleſię Cæſarauguſtañ, ac illius Dignitatum,Officiorum Canonicatuum,& Præbẽdarum,Portionum,aliorumq; beneficiorũ Eccleſiaſticorum,& illa pro tẽpore obtinentiũ:necnon Miniſtrorũ,rerum & bonorum,tàm ſpiritualiũ,quàm tẽporaliũ proſpero,& fęlici ſtatu,regimine,gubernio,directione,& adminiſtratione,ac onerum illis incũbentium ſupportatione, domorum Canonicalium ad vſum & habitationem perſonarũ Capitularium deputatione, Miſſarum, Horarum Canonicarum,& diuinorũ officiorum, tàm Diurnorum, quàm Nocturnorum celebratione.Illorũ quibus in poſterum de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis,Portionibus,& Beneficijs huiuſmodi Apoſtolica,vel ordinaria auctoritatibus prædictis prouideri contigerit; receptione,admiſsione,& reſidentia.Diſtributionum etiã quotidianarum Aniuerſariorum, Elæmoſynarum obligationum, & aliorum emolumentorum perceptione, diuiſione,repartitione, & admiſsione,ac pœnarum & mulctarũ per abſentes, & diuinis non intereſſentes incurſu ſin...

lorum pœnitentijs & abſentijs notandis, cæremonijs, & ritibus, in Eccleſia, Choro, Capitulo, Proceſsionibus, & alijs actibus prædictis ſeruandis, Capitulis generalibus, & particularibus celebrandis, & tenendis, officialibus & miniſtris neceſſarijs deputandis, & amouendis. Seruitijſque & miniſterijs per ipſos obeundis, & agendis, eorumque necnon Portionariorum, Capellanorum & Beneficiatorum habitu, à Canonicis, ac obtinentibus Dignitates & officia huiuſmodi diſtincto ibidē geſtando, & deferendo, iuribus & quindennijs dictæ Cameræ per Capitulum huiuſmodi debito tempore vt præfertur perſoluēdis: ac pecunijs ad id neceſſarijs annuatim & anticipatē parandis, & interim penes perſonam fide, & facultate idoneam deponendis, necnon ſingulis Canonicatibus, & Præbendis prædictis, quibus quiſque ordo, ex ſacris annexus eſſe debeat diſtinguendis, ac quibuslibet alijs rebus in præmiſſis, vel circa ea quomodolibet neceſſarijs, & opportunis, quæcunque ſtatuta, ordinationes, & decreta licita, tamen & honeſta, ac ſacris Canonibus dictique Concilij Tridentini decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria, à te, ſeu pro tempore exiſtente, & ſedis prædictæ in illis partibus Nuntio, vel dicto Archiepiſcopo examinanda, & approbanda con-
108 dendi, & edendi † ac edita, & condita pro temporum, rerumque varietate, & qualitate, ac quoties expediens & opportunum eſſe videbitur, immutandi, corrigendi, declarandi & interpretandi, atque in meliorem formam redigendi, ſeu alia; vt præfertur examinanda, & approbanda de nouo etiam ex integro fa-
109 ciendi, † ac per eos ad quos pro tempore ſpectabit, ſub pœnis in contrauenientes apponendis, obſeruari faciendi, & debitę executioni demandandi plenam, & liberam licentiam, & facultatem, dicta auctoritate noſtra elargiaris, † Ac præmiſſa omnia, necnon eaſdem præ-

ſentes

ſentes nullo vnquam tempore, etiam ex eo, quod cauſæ propter quas emanarunt coram loci ordinario, etiam tanquam dictæ Sedis Delegato, vel alibi examinatæ, verificatæ, & approbatæ non fuerint, aut quouis alio capite, vel prætextu, & ex quacunque alia quantumuis legitima, & iuridica cauſa, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, inualidari, retractari in ius, vel controuerſiam reuocari, † 111
ad terminos iuris reduci, aut aduerſus ea quodcunque iuris facti, vel gratiæ remedium impetrari, & motu proprio concedi poſſe; † Neque ſub quibuſuis vnio- 112
num, diſmembrationum, ſeparationum etiam effectum non ſortitarum, aliarumque ſimilium gratiarum, reuocationibus, limitationibus, modificationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus per quoſcunque Romanos Pontifices, ac etiam Nos & Sedem prædictam, etiam in craſtinum aſſumptionis ad ſummi Apoſtolatus apicem, quorumcunque ſucceſſorum noſtrorum, vel alias etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, etiam conſiſtorialiter, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficatioribus & in ſolitis clauſulis, nec non irritãtibus & alijs decretis, ac ex quibuſuis cauſis, & alijs quandocunq; pro tempore emanatis, etiam ſi de eiſdẽ præſentibus earumq; toto tenore, & datis ſpecialis ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, cõprehendi; † Sed tanquam in diuini cultus fauorem, ac 113
executionem Decretorum dicti Concilij Tridentini conceſſa, ſemper & omnino ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt toties, in priſtinum, & validiſſimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum, reſtituta, repoſita, & plenariè reintegrata, ac

de nouo etiam ſubquacunq; poſteriori,& noua data per Philippum Regem eiuſque ſucceſſores, necnon pro tem pore exiſtentes Archiepiſcopum & Capitulum prædi-ctos conceſſa,validaque,& efficacia fore,& eſſe, ac ſuos
114 plenarios & integros effectus ſortiri,& obtinere, † atq; ab omnibus ad quos ſpectat,& pro tempore ſpectabit,in-
115 uiolabiliter obſeruari, † Sicque per quoſcumque Iudi-ces Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales,etiam de latere legatos,dictæque Sedis Nun tios,(ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis,aliter iudicā di,& interpretandi,facultate,& auctoritate) vbique iu-
116 dicari,& diffiniri debere: † Necnon quidquid ſecus ſu-per his,à quoquam,quauis auctoritate,ſcienter vel igno
117 ranter,contigerit attentari,irritum,& inane decernas: † Non obſtantibus priori voluntate, & alijs præmiſsis, ac Lateraneñ. Concil.nouiſsimè celebrati, vniones perpe-tuas,niſi in caſibus à iure permiſsis, fieri prohibentis,at-que Apoſtolicis, ac in Synodalibus, Prouincialibus, & Generalibus Concilijs editis,ſpecialibus, vel generali-bus Conſtitutionibus,& Ordinationibus editis, & eden
118 dis: † Necnon Cæſaraugustañ. aliarumque Eccleſiarũ, & Ordinis Prædictorum,etiam iuramento,confiamatio-ne Apoſtolica,vel quauis firmitate alia,roboratis, ſtatu-tis,& conſuetudinibus,priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis,illis,earumque Præſulibus, Superio-ribus,Capitulis,Conuentibus,& perſonis,ac etiam loco
119 rum Ordinarijs: † Necnon Officij ſanctiſsimæ Inquiſi-tionis huiuſmodi, ſub quibuſcumque tenoribus, & for-mis,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogato-rijs,alijſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis: necnon irritantibus,& alijs decretis,per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos & dictam Sedē, illiuſque legatos,etiam ad Imperatoris,Regum, Regina rum,

rum, Ducum, & aliorum Principum, inſtantiam, ſeu eorum intuitu, & contemplatione, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam conſiſtorialiter, ac alias, quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſsis, approbatis, & innouatis. † Quibus omnibus etiam, ſi pro illorum ſuf 120
ficienti derogatione, alias, de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importante, mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenores 1
huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſeruata, inſerti eſſent, præſentibus, pro ſufficienter expreſsis & inſertis habentes, illis alias, in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cõtrarijs quibuſcumque. † Aut 121
ſi aliqui, ſuper prouiſionibus, ſibi faciendis, de Dignitatibus, ſeu officijs ipſius Eccleſiæ Cæſaraugustan. ſpeciales, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis, in illis partibus, generales, dictæ Sedis, aut legatorum eius, literas impetrarint, etiã ſi, per eas, ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidẽ literas, & proceſſus habitos, per eaſdem, ac inde ſecuta quæcumque, ad Camerariam, operariam, Charitateriam, Fabriceriam, & Capellaniam de la Infanta huiuſmodi volumus, nõ extẽdi: ſed nullũ per hoc, eis, quoad aſſecutionẽ Dignitatũ, & officiorũ, vel beneficiorũ aliorũ præiudiciũ generari, & quibuslibet alijs, priuilegijs, & indulgentijs, generalibus, vel ſpecialibus quorũcũq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus, nõ expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earũ, impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorũq; totis tenoribus, de verbo ad verbũ, habẽda ſit in noſtris literis, mentio ſpecialis. Dat. Romæ apud S. Marcũ anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo quarto, idus Iulij, Pontificatus noſtri, anno tertio decimo.

R. P. D. SACRATO

Cæſarauguſtana iuriſdictionis

Mercurij 5. Februarij. 1609.

1 FOElicis recordationis Clemens Papa VIII. † per ſuas literas directas Nuntio Apoſtolico in partibus Hiſpaniarũ iuſſit Eccleſiam Cæſarauguſtanam, quę erat Regularis Ordinis Sancti Auguſtini, ad ſtatum regularem reduci mandando inter cætera, quod Archiepiſcopus ſuper quibuſcumque criminibus, exceſſibus, & delictis perſonarum Capitularum eiuſdem Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, non niſi adiunctis ſibi duobus de gremio Capituli, & à Capitulo dumtaxat quoties opus fuerit nominandis, & aliàs iuxta formam à Concilio Trident. cap. 6. ſeſſ. 25. traditam, etiamſi forſan ipſe Archiepiſcopus, antea in dictas perſonas Capitulares maiorem, & omnimodam haberet iuriſdictionem procedere poſſit, & debeat. Hæc ſunt verba formalia. Quibus quidem literis per Nuntium Apoſtolicum executioni demandatis, & dicta Eccleſia iam in ſtatu ſæculari exiſtente Dominus Archiepiſcopus prætendit dignitatem Archiepiſcopalem in multis grauatam, & præcipue circa cognitionem cauſarum criminalium in perſonas Capitulares, & obſtare regulam de iure quæſit. non tollen.

tollen. cui nō reperitur in literis Apoſtolicis expreſſe derogatum, & ſuper hoc orta controuerſia inter Dominum Archiepiſcopum ex vna, & Capitulum ex altera de conſenſu vtriuſquè partis dedi dubium: An obſtaret Capitulo Cæſarauguſtano regula de iure quæſito non tollen. Et Domini reſtringendo diſputationem ad Coniudices non obſtare reſoluerunt.

1 Primo, quia licet ardua fuerit ſemper quæſtio in Rota per quem modum cenſeatur derogatum Regulæ de iure quæſito non tollen. attamen Domini in eo reſidere viſi fuerunt, quod † in gratijs de ſui natura præiudicialibus, vt ſunt exemptiones, & ſimilia non requiratur formalis derogatio, idquè ex eo quod ex quo Papa intelligit gratiam non niſi cum præiudicio iuris tertij poſſe verificari, & nihilominus illam concedit, cenſeatur per neceſſarium antecedens illi iuri velle derogare. Rota in cauſa Nullius de Stepa. 19. Nouemb. 1586. & in Burgen. Quindenniorum 5. Decembris 1601. coram Illuſtriſſimo Seraphino. In Oſceñ. Indulti 10. Decembris 1599. coram Illuſtriſſimo Mellino, & in Illerdeñ. preeminentiarum 26. Iunij. 1602. coram Illuſtriſſimo Seraphino, ad idem tēdit *deciſio Caſſad. 1. de priuileg. Caputaq. deciſ. 265. incipit priuilegium lib. 1. in manuſcript. Rota in cauſa Fancn. Penſionis coram Aldobrandino relat. inter diuerſ. impreß. deciſ. 240. n. 22. par. 1. bene Dec. conſ. 113. n. 17. verſ. non obſtat Corn. conſ. 83. num. 16. verſ. tertio reſpondetur. lib. 4.* 2

3 Non obſtat † quod non ſufficiat ſcientia Papæ, ſed vt

terius requiratur derogatio regulæ, *Cæſar de Graſsis deciſ.3.de reſcrip.Rota in Cæſaraugustana iuriſdictionis 13. Iunij 1594. coram Illuſtriſsimo Seraphino cum alijs quæ allegantur*, quia non loquuntur de ſcientia quæ oritur ex natura ipſius rei quę geritur, ſed ex ſcientia deſumpta ex narratis circa quę Papa facilius poterit decipi ob inuolucrum verborum; Item gratia, quę de ſui natura non eſt pręiudicialis, non habet tantam repugnantiã cum regula ſicut ipſamet gratia pręiudicialis, cũ enim pręiudicium in illa ſit accidentale ſtante proteſtatione de qua in regula, poteſt dici quod Papa intellexerit facere gratiam, ſi & quatenus ceſſet pręiuditium tertij verum in gratia de ſui natura pręiuditiali, non poteſt cadere iſta interpretatio quia ſublato pręiuditio ceſſat omnino gratia, & conſequenter cum veniant in con-
4 curſum proteſtatio, & factum neceſſe eſt, † vt proteſtatio cedat facto omnino contrario *ad tradita per Bar. & alios in l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nun. & per canon. in cap. M. Ferrarien. de conſtitu. Corbul. de cauſ. priua. ob. aliena. amplia.* 30. Quod autem gratia in hoc caſu ſit de ſui natura pręiudicialis patet, quia per neceſſe aufert poteſtatem quam alias habebat Archiepiſcopus in procedendo ſine adiunctis quę quidem poteſtas illi competebat de iure communi cum eſſet loco Abbatis illius Capituli Regularis, *vt late fuit dictum in cauſa Montis Regalis iuriſdictionis 27. Iuni 1607. coram R. P. D. Coccino.* Et † Papa qui habet omnia iura in Scrinio pectoris non pręſumitur tale ius ignoraſſe,

cap.

cap. 1.*cum ibi notat per ſcriben.de conſtitu.in 6.*

Non obſtat, quod iſta non ſit totalis exemptio à iuriſdictione Epiſcopi † in quibus terminis videntur 6
procedere allegatæ deciſiones, ſed tantum quędam limitatio, quia valet argumentum de parte ad totum, *l.quæ de tota cum ſua materia. ff. de rei vendica.* Imo facilius limitatur iuriſdictio quoad partem quàm tollatur in totum *Balb.de præſcript.5.par principa.par.1.q.8.nu.7.* & *in terminis regulæ Mandoſ.ſuper dicta regula quæſt. 12. verſ.contraria.*

Prędicta eo magis viſa fuerunt admittenda ſtantibus verbis importantibus † derogationem iuris Ar- 7
chiepiſcopalis, ibi, etiam ſi forſan ipſe Archiepiſcopus antea in dictas perſonas Capitulares maiorem, & omnimodam haberet iuriſdictionem, quę verba idem ſonant, ac ſi Papa dixiſſet. Non obſtan.maiori, & omnimoda iuriſdictione quam Archiepiſcopus haberet *Gemin.conſ.120.num.8.verſ.litis pendentia non obſtan.*

Secundo, fuit dictum non obſtare regulam, quia Papa fecit ſęcularizationem ob bonum publicum, & reformationem Eccleſię Cęſarauguſtanę, vt legitur in prohemio ſecularizationis ex quo colligitur cauſa finalis, *l.fin.vbi DD. ff. de hæred. inſtitu.* in diſpoſitione autem, quę fit ad publicam vtilitatem non eſt † neceſ- 8
ſaria derogatio regulę, quia per dictam regulam non cenſetur pręſeruatum ius particulare in concurſu publici, cui cedere debet *late Gabr. tit. de iure quæſito non tollendo concl.2.nu.1.* & *in terminis regulæ Sarnen.ſuper d.*

ſta regula quæſt. 19.*Rebuff.ſuper dicta regula verbo etiam ſi motuproprio num.*30.*Rota in dicta Nullius de Stepa. coram Illuſtriſsimo Seraphino, & in Salman. obſerua. coram Cantuccio relat. inter diuerſ.impreſſ. deciſ.*759.*nu.*1.*par.* 1. Non obſtat,quod Archiepiſcopus non impugnet ſæcularizationem,ſed partes ſibi præiuditiales, quia Papa voluit facere vnum negotium,non plura,& motus fuit ex vnica cauſa ad facieñ. omnia de quibus in ſuis literis,nempè ex bono publico,& reformatione Eccleſiæ Cęſarauguſtanę.

Non obſtat, quod per ſæcularizationem non im-
9 mutetur † ſubiectio Eccleſię ſæcularizatæ *Innoc. & alij in cap.* 2. *verbo Monialium de Capell. Monachi* quia hoc procedit in dubio,ſed ſi Papa hoc expreſſe facit non applicantur illę doctrinę.

10 Tertio, principaliter † viſum fuit non obſtare regulam quia reſpectu moderni Capituli contra quod modo vellet Archiepiſcopus procedere ſine adiunctis, ipſe nullam vnquam habuit iuriſdictionem, & conſequenter non poteſt dicere quod Papa dando iuriſdictionem limitatam ſuper dicto Capitulo aliquid ſibi de ſuo iure abſtulerit, certum autem eſt regulam non habere locum,niſi in iure pleno quæſito, & radicato, vt ſonant verba regulæ, & *tradit Sarnen ſuper illa quæſt.*4.*Put. deciſ.* 264.*lib.*2. *Rota in dicta Salmantin.coram Cantuccio nu.* 4. Quod autem Archiepiſcopus nullam vnquam ſuper hoc Capitulo habuerit poteſtatem,apparet ex eo, quod Papa non ſimpliciter

ter ſæculariʒauerit antiquum Capitulum, ſed nouum conſtituit, ibi, *Nec non in dicta Eccleſia viginti quatuor Canonicatus, & totidem Prabendas pro viginti quatuor Clericis ſacularibus futuris illius Canonicis, qui omnes Capitulum ſaculare ipſius Eccleſia faciant, & conſtituant auctoritate pra dicta, &c. erigas & inſtituas.* Non obſtat † quod hoc 11
nouum Capitulum ſit ſubrogatum in locum antiqui, quia aut deducitur ad hoc, quod ſubrogatio cenſeatur facta cum eiſdem qualitatibus, & ſic cum omnimoda ſubiectione Archiepiſcopo, & obiectum tollitur ex verbis Summi Pontificis, qui voluit Archiepiſcopum, non niſi cum adiunctis contra iſtos nouos Capitulares procedere poſſe. Aut deducitur ad hoc quod ſubrogatio debuerit fieri cum eiſdem qualitatibus, & ſic cum omnimoda iuriſdictione Archiepiſcopi, & non propterea ſequitur, quod ſi non fuerit facta, fuerit ſublatum aliquod ius iam quęſitum Archiepiſcopo ſuper hoc nouo Capitulo. Quod ſi pręten-deret Archiepiſcopus extinctionem antiqui Capituli fuiſſe nullam ob non factam ſubrogationẽ iſtius noui Capituli in locum antiqui eſſet alterius, & fortę nullius indaginis propter multa, quę in contrarium dici poſſent, interim verum eſt, quod ſuper hoc nouo Capitulo Archiepiſcopus nunquam habuit omnimodam iuriſdictionem, & conſequenter, quod Capitulo dicenti ipſum contra perſonas Capitulares, non niſi cum adiunctis procedere poſſe, non obſtat regula de iure quęſito non tollen. & ita fuit concluſum. Hęc de

ciſsio reperitur apud *Marches. de ſanat. nul. p. 3. §. 4. deciſ. 1. & p. 1. Recentis deciſ. 174.*

Summaria Quæſtionis. 2æ.

CAp. 4. Seſſ. 6. declaratur num. 1. 2. 9.
Libellus R. P. P. de Toſſantos contra Adiunctos n. 3.
Criminum diſtinctio num. 4.
Adiuncti etiam in leuibus procedunt num. 5. 6. & 10.
Epiſcopalis iuriſdictio extenſa non limitata num. 7.
Adiunctorum iuriſdictio reſtringitur in tribus. num. 8.

Quæſtio. II.

An Tridentina Synodus de nouo aliquam iuriſdictionem tribuerit?

VIdetur ſanè dicendum iuriſdictionem Capitulis Cathedralium de nouo competere ex cap. 6. Seſſ. 25. de reforma. in ca. enim
1 4. Seſſ. 6. de refor. † Solus Epiſcopus vel cum his quibus ſibi videbatur Adiunctis corrigere & emendare Cathedralium Capitula poterat & valebat iuxta canonicas ſanctiones. Sed in hoc cap. 6. tàm in viſitatione quàm extra Epiſcopus vel eius Vicarius non poſſunt procedere ſine conſilio & aſſenſu duorum de Capitulo: ergo tribuit Concilium Tridentinum aliam iuriſdictionem de nouo.

Con-

Confirmatur ex deciſ. 743. num. 5. par. 1. diuerſ. vbi de ordine Sanctiſsimi Domini de Rota dictum cap. 6. declarantes † ſenſerunt quod Capitulum iſtud venit ampliatiuè & limitatiuè ad dictum cap. 4. ampliatiuè quatenus ampliat dictum cap. 4. vt procedat etiam quando Epiſcopus extra viſitationem proceſſerit, limitatiuè vero quatenus limitat hanc ampliationem, dummodo Epiſcopus, vel eius Vicarius de conſilio, & aſſenſu duorum de gremio Capituli procedat: † quę declaratio anſam dedit ſeu leuem occaſionē Fr. Placido a Toſantos viro religioſiſsimo primū Epiſcopo Accitano poſtea Zamoren porrigendi S. D. N. Paulo V. libellum anno 1617. continentem in prima clauſula. Capitularibus viuendi impie, libidinosè, & libere licentiam fuiſſe connatam, poſtquam Tridentina Synodus Adiunctorum poteſtatem Capitulis permiſsit. 2 3

Secundò pro eadem ſentētia ponderatur, nam hodierna die tàm in leuibus quàm grauibus, ſeu atrocioribus delictis, *quorum † diſtinctionem declarat Sahagum præceptor meus in cap. 4. §. 1. num. 18. de iudic. Farina, de acuſat. quæſt. 18. num. 61. & quæſt. 137. num. 16. Scacia de appella. q. 17. limita. 4. à num. 76.* Epiſcopus non procedit niſi de conſilio & aſſenſu duorum de Capitulo † vt probatur ex d. c. 6. ibi in omnibus autem caſibus, & probatur quia alias eluſoria redderetur Tridentini diſpoſitio, & magna incommoda reſultarent ex cōtraria obſeruatione, *vt argumentatur Seraph* 4 5

deciſ.710.Sacram ſic Tridentini Congregationem declaraſſe atteſtans,& probatur ex eo quia eadem Congregatio declarauit procedere Capitulũ iſtud *6.* in caſibus in quibus opus non eſt tela iudiciaria,*vt Riccius comprobat deciſ.ſua.566.n.5.in praxi,vt ſunt leues cauſæ ad tradita per Bartholum & Alexan.in l. leuia ff. de accuſa.Signo-*
6 *rolum conſ.* 88. *num.* 5. Sed Epiſcopus † poterat ſolus procedere contra Capitulares in leuibus *cap.* 1. *c.licet çap. irrefragabili* §. *exceſſus, de off. ord. notat Riccius deciſ.ſua dicta 566.num.*4. Ergo Cathedralium Capitula aliquam nouam indulgentiam, ſeu facultatem, ſeu iuriſdictionem fuerunt aſſecuta ex Tridentino.

Contraria tamen ſententia,quę verior eſt probatur ex allegatis *in q.1.fundam.*8.quibus probatur hanc Capitulorum præheminentiam aſſiſtentia iuris communis corroborari: probatur & ſimiliter ex deciſ. Rotę 321.n. 2.p. 2. diuerſ. decidenti in Tridentino Seſſ.*6.*
7 c.4.& c.6.Seſſ.25.de reforma.† potius extendi quam minui Epiſcoporum iuriſdictionem in Cathedralium Capitula,quod euincitur apertè ex verbis. d. c. *6.* in fine, vbi hæc verba: Hęc autem omnia & ſingula in his Eccleſijs locum non habeant in quibus Epiſcopi maiorem habent poteſtatem, authoritatem, ac iuriſdictionem conſtitutionibus, priuilegijs, concordijs, ac alio iure quęſitam, quibus ſancta Synodus derogare non intendit.

Rurſus & iuriſdictio † Capituli à Tridentina Synodo in hoc cap. *6.* relicta, magna cum limitatione

eſt

eſt permiſſa, Primò in eo quia ſi Epiſcopus diſcordat in iudicio, Adiuncti concordant, non prefertur iudicium maioris partis cum regula ſit vt potius credatur duobus concordantibus quam vni ſoli. *l. item ſi vnus. §. fin. de recep. arbitr. cap. 2. eod. tit. in 6. l. aliud §. refertur ff. de reg. iur. notat Rota apud Farinacium deciſ. 746. num. 2. Panor. in cap. irrefragabili num. 2. Butrius. 29. Immola in §. exceſſus num. 6. de offi. ord. Martha in deciſionibus ſuis voto 251.*

Secundò, & limitatur prędicta iuriſdictio, & in hoc vt hi duo adiuncti pro vno connumerentur contra ſupradicta, *& contra regulam legis ſi intres ff. de recept. arbitr. l. duo ex tribus ff. de re iud.* Limitatur & tertio in eo quod in paritate eſſet præferenda ſententia cuius cauſa eſſet fauorabilior, vel res minus noceret *cap. vlt. de ſent. & re iud. vt in Curia Piſana lib. 2. cap. 18. n. 20.* & tamẽ in dicto c. 6. nulla qualitas ex ſupradictis obſeruari permittitur, *vt et aduertit Gutierrez li. 1. qq. ciuil. c. 94. n. 4*

9 Non obſtant † contrariæ ſententię argumenta, nõ primum quia reſpondeo cum diſtinctione, quod aut loquimur de iuriſdictione Capitulis competenti poſt cap. 4. Seſſ. 6. de reforma. & tunc verum eſt, quod in dicto cap. 6. aliqua de nouo eſt tributa iuriſdictio Capitulis; nam ampla viſitandi, corrigendi, & emendandi cõceſſa poteſtas Epiſcopis cõtra Capitula Cathedraliũ fuit limitata in hoc c. 6. Seſſ. 25. vt ſcilicet hoc fieri valeat duobus ſibi à Capitulo eligẽdis adiũctis & aſſociatis. Aut loquimur de iuriſdictione Cathedraliũ

ante dictum cap. 4. Seſſ. 6. & tunc potius ablata quam de nouo eſſe conceſſa Capitulis iuriſdictio intelligitur *id quod clariſſimè ſignificauit deciſ. 743. num. 5. par. 1. diuerſ. & deciſ. 321. n. 2 p. 2. diuerſ. & Mantica deciſ. 180. n. 6. & aliquos refert & ſequitur Auguſtinus Barboſa in paſtorali. p. 3. alleg. 73. n. 5.*

10 Non ſecundum quia falſiſſimum eſt dicere quod in leuibus ſolus Epiſcopus poterat procedere cum nec ex cap. 1. nec ex cap. licet nec ex cap. irrefragabili. §. exceſſus de off. ord. colligatur; quia potius contrarium, vt declarauimus quæſt. 1. ad ſolutionem ſecũdi, quando vero minima, ſeu leuia veniant, vel non in conſiderationem Anton. Corſetus longiorem ſermonem habet, *inter tractatus vol. 18. fol. 169.*

Illud certiſſimum eſt, quod de minimis curatur in his quę competunt de iure communi *l. ſcio vbi Bart. ff. de reſtitu. in integr.*

Summaria quæſtionis tertiæ.

Forma concipiendi ſententiam in iuditio Adiunctorũ, n. 1.
Aſſeſor iuriſdictione caret num. 2. & 18.
Epiſcopi Aſtoricen. argum. proponitur n. 3. diluitur n. 22.
Felini argumentum diluitur & proponitur n. 4. & 24.
Adiuncti iuriſdictionem habent num. 5.
Iuriſdictio quid ſit num. 6.
Capitulo eſt iuriſdictio ciuilis & criminalis in ſuos Capitulares num. 7.

Loquendi

Loquendi communis vſus ius facit num. 8.
*Adiuncti coniudices ſolent appellari num.*9.
Adiunctum ſequitur naturam eius cui adiungitur n. 10.
Cannexum habet principalis honorem num. 11.
Additamentum participat de principali n. 12.
*Adiunctorum aſſenſus neceſſarius eos facit principales cum Epiſcopo n.*13. 14. & 16.
*Adiuncti iuramentum præſtant ſicut alij Iudices n.*15.
*Triden.Seſſ.*25.*c.*6.*verſ.ne inditiũ eludatur declaratur n.*16
*Adiũctus & Iudex ordinarius,& delegatus iure dicitur n.*17
Adiunctorum & conſilium,& aſſenſus ſpectatur n. 19.
*Funiculus triplex difficilè rumpitur n.*20.*&* 24.
*Forma pronunciandi ſententiam criminalem contra Capitularem in Eccleſijs Tiraſon.& Terulen. n.*21.
*Sententia datur nomine vnius ergo cæteri iuriſdictione carent non valet n.*21.
*Suffraganei Iudices ſunt in Coucilio Prouinciali n.*22.
*Trid.Seſ.*25.*c.*6.*verſ.Cæteris autẽ in rebus explicatur n.*22.
Exceptio debet eſſe de regula n. 23.
*Expreſſum plus operatur quam taciturni n.*25.

Quæſtio III.

An Adiunctis ſit aliqua iuriſdictio?

NEgatiua videtur probari ex deciſ. Seraphini. 1213.*vol.*2.*confirmata per eundem in deciſ.* 1437. *quam commemorat & Gratianus vol.*1. *diſcepta.Forenſ.c.*100.*n.*64. vbi † tenuit Rota ſententiã

Epiſ

Epiſcopi & Adiunctorum in cauſis criminalibus cõtra Capitulares eſſe cõcipiendam ſub hac forma. Ego N. Epiſcopus de conſilio, & aſſenſu N. vel N. & N. Adiunctorum ita pronuntio; quod ſic Sacram Congregationem declaraſſe in cauſa Gadicen. iuriſdictionis ipſemet Cardinalis refert, cuius relatio quanti ponderis ſit, & momenti ex his colligitur, quæ de teſtimonio Cardinalium circa conceſsiones Pontificum ipſemet *ex Staphileo de literis iuſtitiæ. §. imprimis n. 97.* adſtruit *in deciſ. ſua 493. in fine, & tradit Nauar. conſ. 6. n. 8. & 9. de teſtamentis.*

Poteſt ſuaderi ea ratione quia iure non conſtat prędictos Adiunctos habere iuriſdictionem, non enim eſt bona conſequentia, Epiſcopus procedit in pręſentia, vel de conſenſu Capituli ergo habet iuriſdictionem,
2 quia & iudex procedit de conſilio Aſſeſſoris, † & tamen Aſſeſſor iuriſdictione caret. *argum. tex. in l. 1. vbi gloſ. fin. de off. Aſſeſſor. quam rationem conſiderauit Bellamera in cap. Epiſcopus 15. q. 7. num. 2.*

3 Secundò, adducitur fundamẽtum ex domino † Petro de Caceres Epiſcopo Aſtoricen. in relatione cõtra Capitulum fol. 17. a §. eſto ſe vè, vbi Epiſcopus Aſtoricen. argumentatur ex verbis dicti Capituli. 6. ibi. Capitulum in initio cuiuslibet anni eligat duos de quorum conſilio, & aſſenſu procedere teneatur, nullum enim verbum in hoc decreto reperitur iuriſdictionem denotans in Adiunctis, quippe cum omnia verba iſta ad Epiſcopum dirigãtur nõ Adiunctos.

Con-

Confirmat ſententiã ſuam ex eodem cap.6.ibi. Cæteris autem in rebus Capituli iuriſdictio, ſi qua eis competit ſalua & intacta omnino eis relinquatur. Quę verba ſignificare videntur iuriſdictionem non competere Adiunctis in cauſis criminalibus, competere tamen Capitulis in cauſis ciuilibus.

Tertiò, & ponderatur † pro hac parte deciſio Rotæ 10. de præbend. in antiquioribus *Dominicus in cap. in illis. § fin. n.4. in fine, Felin. in cap. non poteſt num.* 11. *de re iudic.* vbi cum docuiſſet Felinus aſſiſtentes Epiſcopi non poſſe vocari coniudices quorum conſilium duntaxat requiritur, ſubiungit, idem eſſe ſi Epiſcopus teneretur requirere conſenſum. 4

Contraria tamen ſententia, † quę verior eſt probatur, Primo ex eodem cap.6. in illis verbis iuxta eã partem cũ qua tertius cõueniet, articulus in quo erat diſcordia terminetur, nã ſi apud Adiũctos nõ eſſet iuriſdictio, quomodo poſſent ipſi articulũ ſuper quo erat diſcordia terminare quando tertius cum eis cõſenſit. 5

Secũdò, quia iuriſdictio † eſt poteſtas de publico introducta cũ neceſſitate iuris dicẽdi & æquitatis ſtatuẽdę *gloſ. in l.* 1. *vbi Bar. de iuriſd. omn. iud. gloſ. magna in § ius iurãdũ in authen. de defenſ. ciuit. col.* 3. *plurib⁹ exornat Camillus Borrellus tit.* 41. *n.* 3. 27. *&* 28. Siue eſt facultas adminiſtrãdę iuſtitię & ęquitatis ſtatuẽdę. *l.* 1. *§. damus. ff. de ſuſpect. tutor. vt declarat Martha de iuriſdict.* 1. *p. c.* 8. *in principio.* Quodcumq; iſtorum iuriſdictio ſit. Adiuncti iſti de iure interloquuntur, & definiunt cum Epiſcopo, 6

vt in d. c. 6. verſ. quod ſi ambo; ergo iuriſdictionem exercent.

7 Tertio,quia † tàm in cauſis ciuilibus quàm crimi-
nalibus iuriſdictio competit Capitulo contra Capitu
larem, & talis vt non poſſit tanquam ſuſpectum recu
cari *Moheda.deciſ.242.quod diſputabitur infra q.8.*

8 Quartò,quia † communis loquendi vſus facit ius.
l.librorum.§.quod tamen Caſsius de lega.lib.3. & communi-
niter iſti de quorũ conſilio,& aſſenſu Epiſcopus pro-
9 cedere tenetur, vocantur † vel Adiuncti, *vt in cap.4.*
Seſſ.6.de refor. vel coniudices vt *in declaratione Cardinal.*
ad d.c.4.Seſs.6.& c.6.Seſſ.25.& in vna Illerden. coram
Dño Iuſto de anno 1601.die 3.Nouembris cuius copia eſt
par.1.recent.deciſ.57.& 168. Si coniudices vocantur,
vt in dictis iuribus res eſt in tuto,vt illis competat iu-
10 riſdictio,ſi adiuncti, Adiunctum † ſumit naturam eius
cui adiungitur. *l.ſed & ſi adiunctus.ff.pro ſocio.l.fin.ff.de*
vino, & triti. notat Albericus in l. ex hoc iure col.penult.
verſ. ad contraria de iuſt.& iur. & connexum † partici-
pat eundem honorem, ac principale,vt exornat Caſ-
ſaneus *in Catalogo glor.mund.4.par.conſid.32.§.3.verſ.*
12 *ſed ratione*, Sicut † & additamentũ participat de prin-
cipali *Panor. in c. cum olim n.2.q.10. de maior. & obed.*
Ergo aut Epiſcopus iuriſdictione caret,aut quod Adiuncti Epiſcopalis iuriſdictionis participes fiant neceſſe eſt.

Confirmatur ex eo,quia negari non poteſt Adiunctorum † conſenſum requiri, vt Epiſcopus criminaliter

liter cõtra Capitulares procedat, vt in d.c.6. Sed vbi
† requiritur conſenſus alicuius æque principalẽ facit 14
requiſitio eum qui conſentire debet *Achilles de Graſ-*
ſis deciſ.2.de offi.ord.n.8.Mandoſius de ſignat.inſt.commiſ.
*30.§.Adiunctum q.2.*Ergò, ſicut Epiſcopus iuriſdictio-
nem,ſic & Adiuncti,ſiue Coniudices habent.

Quintò, quod Adiuncti † iuramentũ præſtare de- 15
bent ſicut & alij Iudices de bene & fideliter ſe haben-
do *Rebuff.de nomina.q.11.n.4.quem refert & ſequitur Bor-*
rellus in ſumma deciſionum tit.60.n.fin.

Sextò, nam in d.c.6.Triden. † cum dicitur Epiſco- 16
pum ſolum poſſe procedere ad capturam Capitula-
rium in criminibus incontinentiæ, vbi de fuga time-
tur, ratio redditur his verbis.Ne iudicium eluſorium
reddatur, non dixit eius iudicium, ſed iudicium in
genere, quia non ſolus Epiſcopus in illa cauſa eſt iu-
dex,ſed & Capitulares Adiuncti *argumento eorũ,quæ tra-*
dit gloſ.in c.Epiſcopus 15.q.7.per tex.in c.Scitote.6.q.3.

Septimò,quia quoties iudex † datur adiunctus ali- 17
cui Tribunali, ſi nominatur à Principe talis nomina-
tus appellatur Iudex delegatus, ſi à lege ordinarius
Iudex vocatur *Felin.in c.cum ex officij n.31.de præſump.*
& alij quos refert, & ſequitur Caſtillo deciſ.Sicula.87.num.
1. & plures quos, & ſequitur Gratianus diſcepta. Forenſ.c.
100.num.49.

Vltimò,quia Iudex controuerſiã, ſeu litẽ ſuper in-
quiſitionibus ab Adiuua nõ ſignatis(ſic vocatur adiũ-
ctus)dirimere nõ debet *Paponius lib.9. tit. 1.arreſto 3*

Non obſtat primum argumentum, quia verius eſt Capitularibus Adiunctis iuriſdictionem competere ad procedendum criminaliter contra Capitulares, vt videntur voluiſſe Archid.& Turrecrema. *in cap. Epiſcopus* 15. *q.* 7. *& probauimus ſatis ſupra.* Et argumentum
18 ab Aſſeſſoribus nihil præſtat quorum † conſiliũ ſpectabatur in iure non aſſenſus, *vt in l.* 5. *ff. de off. Aſſeſſoris*, in cuius paratitla hoc ipſum obſeruat Vbeſembechius auctor damnatus, ſed propter iuris ſcientiã permiſſus, vnde Aſſeſſores non immeritò iudicũ nomine carent, *ad tradita per Felin. in cap. non poteſt. n.* 11. *de re iud.*
19 Adiunctorum † vero non ſolum ſpectatur conſilium, ſed & aſſenſus, vt in d.c.6. Et ideo iudices appellantur
20 *ad tradita ſupra, & ex Moheda. deciſ.* 242. & merito † quia duplex vinculũ, & funiculus maiori radice nititur *Achiles de Graſsis deciſ.* 3. *de pactis n.* 4. & geminatio plus operatur. *l. Ballixta ff. ad Trebel. Salizetus in l. ſi ſeruũ verſ. exemplum. ff. de noua. Alex. conſ.* 118. *n.* 5. *in fin. vol.* 5. *Gozadinus conſ.* 14. *n.* 22. & triplex funiculus difficilius rumpitur, iuxta illud Eccleſiaſtici c.4. quæ non improbat Seraphinus *d. deciſ.* 1213. Sed nititur probare efficaciſſimè maiorem & præcipuam iuriſdictionem, & auctoritatem penes Epiſcopum eſſe, & ideo ſententias, & decreta concipienda eſſe ſub eius nomine maximè in Eccleſia Carthagineñ. de qua decidebat Seraphinus, vbi ſecundum vltimum ſtatum Epiſcopus erat in poſſeſſione pronunciandi ſententias contra Capitulares delinquentes non ſimultaneè, ſed de con

ſilio,

ſilio, & aſſenſu Adiunɑ̃ri, qui vltimus ſtatus plurimum iuuat in quaſi poſſeſſione *cap. cum Eccleſia de cauſ. poſſeſ. cap. conſultatia. de iure patr. Oldra. conſ. 312. Abbas conſ. 54. lib. 1. Roland. conſ. 47. n. 26. lib. 1.* Sicut in Eccleſia † 21 Tiraſon. Capitulum eſt in poſſeſſione pronunciandi ſententias contra Capitulares ſimultaneè cum Epiſcopo, ita ſcilicet Nos N. Epiſcopus, & N. N. Adiuncti ſic practicantes concordiam ſuper iuriſdictione celebratam inter Epiſcopum, & Capitulum, initamque anno Domini 1446. die 22. Aprilis, ſub Domino D. Georgio Bardaxino Epiſcopo, & in Eccleſia Turolen. vbi D. Epiſcopus D. Martinus Terrer Theologus & elemoſinator magnificus in cauſa criminali tunc contingenti de anno 1610. Menſe Auguſto ſimultaneè à principio, vſque ad finem cum Adiunctis ad vſum Tiraſonen. Eccleſiæ pronunciauit & definijt, & de Eccleſia Conchenſi atteſtatur Mantica *deciſ.* 180. & 207.

Rurſus, & reſpondetur prædictam † priorem pro- 22 nunciandi formam, nec trahere, nec detrahere Adiunctorum iuriſdictioni, quia & Archiepiſcopus pronunciat de conſilio, & aſſenſu ſuffraganeorum in Concilio Prouinciali, *vt Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & alij relati & ſecuti à Quaranta de Concilio Prouinciali quæſt.* 26. & tamen † ipſos Epiſcopos eſſe iudices, & iuriſdictionem habere nemo poteſt ambigere qui Panormitanum legat *in cap. 1. num. 14. de iudicijs, Nauarrum conſ. 1. de his quæ fiunt à maio-*

Capituli, & alios quos refert, & ſequitur Quaranta ſupra quæſt. 24. Sed in puncto iuris negari non poteſt ſententiam eſſe pronunciandam ſimultaneè, nomine Epiſcopi & Adiunctorum, pondero ad hoc quod Adiuncti cum Epiſcopo ordinariam iuriſdictionem exercent, vt latiſſimè q. 32. & hanc poteſtatem à Sede Apoſtolica accipiunt in hoc cap. 6. Ergo, vel erat concipienda nomine ipſius Sedis Apoſtolicę ſolius *ad tradita per Couar. pract. c.* 4.*n.* 6. §. 2. *verſic. qua ratione*, vel nomine ſimultaneo Epiſcopi, & Adiunctorum cum & iuriſdictio Adiunctorum ſimultanea ſit, vt infra q.4. num.8.

Non obſtat ſecundum, primò dum ait, verba dirigi ad Epiſcopum in d. c. 6. quia reſpondeo eo ipſo, quod Conciliũ prohibet contra Capitulares procedi ſine Adiunctis loqui de iuriſdictione, nam proceſſus nomine intelligitur prima citatio, vt infra quęſt. 16. & primum iudicij fundamentum eſt citatio *gloſ. verbo citationes in Clemen.* 1. *de iudic. tex. in* §. *fi. inſt. de pæna temere litigan.* ibi. Initium inſtituendarum actionum ab ea parte proficiſcitur, qua Prætor edicit de in ius vocando. Iũctis his quę tradit Faber *in Codice li.* 2. *tit.* 2. *definit.* 3. ſcilicet citationẽ ſucceſſiſſe loco vocationis in ius.

Secundò, non obſtat argumentum dum ait, ex verſ. Cæteris autem in rebus iuriſdictio Capituli ſalua relinquatur. Quæ verba potius infirmant quam confirmant ſententiam Domini Epiſcopi Aſtoricenſi ſi in principio illius capit. 6. actum non

fuiſſet

fuiſſet de iuriſdictione Adiunctorum pro cauſis crimi nalibus Capitularium inepta eſſet exceptio, ſcilicet quod cæteris in rebus ſalua Capituli iuriſdictio conſernetur, cum † exceptio debeat eſſe de regula, *l.* 1. 23 *de regul. iur. quam doctrinam declarant Couar.* 2. *var. cap.* 5. *num.* 4. *& Gonzalez reg.* 8. *gloſ.* 51. *à num.* 1. & voluit ſignificare Synodus Triden. quod in criminalibus limitate, in cæteris rebus omnimode ſuam iuriſdictionem ſi quæ Capitulo competeret, exerceret.

Non obſtat tertium fundamentum nam Felynus & reliqui conuincuntur ex traditis in omnibus illis fundamentis in huius quæſtionis proſecutione diſcuſſis. Deinde illi loquuntur in caſu quo requiritur vel conſilium vel aſſenſus, nos loquimur caſu quo co pulatiue vtrumque requiritur & † geminatio maximam habet vim vt ſupra ſatis ad ſolutionem primi ar gumenti. Quod ſi replices conſenſum ineſſe conſilio, 24 reſpondeo plus operari † expreſſam conſenſus requi 25 ſitionem quàm tacitam, *Bart. & cæteri in l.* 3. *de lega.* 1. *Alex. conſ.* 2. *vol.* 3. *quos refert & ſequitur Martha clauſ.* 69. *num.* 2. ideo vero requiritur conſilium, vt ſignificetur eſſe neceſſarium expreſſum non ſufficere tacitum conſenſum; vt infra q. 8. num. 9. an vero iſta iuriſdictio ſit ordinaria, vel delegata infra q. 32.

Summaria Quæſtionis. 4^{x.}

N *Ominis quæſtio inutilis num.* 1.

Iuriſdictio in dubio conceſſa intelligitur cumulatiue

Iuriſdictio cumulata facit locum præuentioni n. 3.
Decanorum & Archidiaconorum iuriſdictio eſt ſimultanea cum Epiſcopi iuriſdictione. n. 4.
Abbatis iuriſdictio eſt ſimultanea cũ Generali iuriſdictione. n. 5
Iuriſdictionis conceſſionis forma maximè debet attendi. n. 6.
Iuriſdictio priuatiua quæ? n. 7.
Adiunctorum iuriſdictio dicitur ſimultanea, ſiue aggregatiua num. 8.
Collatio vbi eſt ſimultanea, & vni ſit ab vno, & alteri ab altero; neutra valet n. 9.
Epiſcopus, & Capitulum non ſe confundunt in ſimultanea collatione. n. 10.
Epiſcopus & Capitulum vt diuerſa corpora cenſentur in collatione ſimultanea. num. 11.
Adiunctorum iuriſdictio an ſit ordinaria, vel delegata. n. 12.

Quæſtio IIII.

An iuriſdictio iſta ſit appellanda cumulatiua, vel priuatiua, vel ſimultanea, vel aggregatiua.

Conueniunt rebus nomina quæque ſuis. §. *eſt & alíud inſt. de dona. diſputat Socin. in c. 1. n. 1. de libelli oblatione*, ſed quia nominis quæſtio
1 inutilis † *ad tradita per Iaſon. in §. ſic itaq; diſcretis nu. 8. inſt. de action.* breuiter hanc queſtionem expediemus in qua D. Petrus de Caceres Epiſcopus Aſtoricẽ, qui iuriſdictionem Adiunctis competere negauit, vt q. 3. ſupra

ſupra retulimus eam iuriſdictionem in relatione contra Capitulum ſuum cumulatam vocat, & ſanè † in 2
dubio iuriſdictio cenſetur potius conceſſa cumulatiuè quam priuatiuè; *vt late Decius conſ. 3. num. 3. quem refert, & ſequitur Rota deciſ. 385. num. 8. par. 1. diuerſ. & plures alij, quos refert, & ſequitur Riccius collectanea deciſ. 1545. melius omnibus Mareſcotus var. 1. c. 54. late Cabedo deciſ. 13. p. 2.*

Sed nomen iſtud non poſſet conuenire huiuſmodi iuriſdictioni, quæ ſi eſſet † cumulata, eſſet & locus 3
præuentioni, & Epiſcopus ſine Adiunctis, & Adiuncti ſine Epiſcopo iuriſdictionem poſſent ſinguli, vel Epiſcopus, vel Adiuncti præueniendo exercere *cap. per hoc 17. de haret. in 6. l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. tradit Panor. in cap. Paſtoralis n. 6. de offic. ord. quem ſequitur Rota authore Orano in vna Salmantina iuriſdictionis: cuius copia eſt apud Farinacium in recollectis deciſ. 717. num. 4. docet, & Couar. in cap. alma mater 1. p. §. 12. num. 3. de ſent. excommu. Martha de iuriſdictione 2. p. cap. 2. num. 3.* & tamen, nec Epiſcopus ſine Adiunctis, nec Adiuncti ſine Epiſcopo procedere poſſunt, aliàs nihil reputabuntur egiſſe, *vt in cap. prudentiam 21. de off. delega.* & proceſſus nullos habebit effectus ſine interuentione vtrorumque *d. c. 6. Seſſ. 25.*

Neque obſtat, quod ſi Abbas, † Decanus, vel Archidiaconus iuriſdictionẽ habeant viſitandi, corrigẽdi, vel emendandi ſubditos Epiſcopi, iuriſdictio in- 4
cenſetur cumulatiua, idest vt Epiſcopo non p

F

copus & Adiuncti miniſtrant. Pro qua ſententia ponderari debet tex. *in cap. prudentiam* 21. *c. cum cauſa.* 22. *cap. cauſam matrimonij.* 26. *de offi. deleg. vbi DD. & nos infra q.* 5. *fund.* 1. *confirmatione* 3. & confirmatur exẽplo collationis beneficiorum ſimultaneè Epiſcopo & Capitulo competẽtis, nam ſicut in † illa ſi Epiſ 9
copus vni, Capitulum alteri conferat, neutra collatio demandatur executioni quia neutra valet, *Nauar. cõſ.* 1. *num.* 3. *de his quæ fiunt à Præla. & conſ.* 36. *num.* 2. *de regular. & facit deciſio Rotæ.* 134. *n.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* ſic & ſententia diuersè concepta ab Epiſcopo, & ab Adiunctis, neutra valet.

Rurſus † ſicut in ſimultanea collatione, nec Epiſ- 10
copus Capitulum confundit, vel ſupprimit eius conferendi ius; ſic nec ius Epiſcopi ab Adiunctis Capituli confunditur, ſiue ſupprimitur *ad late tradita per Gonzalez reg.* 8. *gloſ.* 45. *à num.* 52.

Rurſus ſicut † Epiſcopus conſideratur vnum cor- 11
pus, Adiuncti aliud ſic Epiſcopus & Capitulum in ſimultanea collatione *ad tradita per Seluam de benef.* 2. *p. q.* 17. *quem refert & ſequitur Puteus deciſ.* 117. *lib.* 3.

An vero hæc ſimultanea iuriſdictio ſit delegata, vel ordinaria, vel mixta *colligitur ex deciſ.* 743. *par.* 1. *diuerſ. & ex Gratiano diſcepta. Forens. c.* 100. *num.* 49. *Caſtillo in deciſ. Sicula.* 87. *num.* 1. *Riccio in Collecta.* 1365. *infr. q.* 32.

Quæſtionis quintæ ſummaria.

EPiſcopus, & Capitulũ de iure ſunt iudices in criminalibus contra capitulares, num. 1.

Collega ſuccedit deficienti, num. 2.

Caſus noluntatis & impotentiæ parificantur, num. 3.

Epiſcopus ſolus procedit quando vniuerſum Capitulum deliquit, num. 4.

Superior cognoſcit nolente procedere inferiori, num. 5

Caſus omiſſus ſimilis expreſſo iudicatur vt expreſſus, num. 6.

Epiſcoporum iuriſdictioni plus fauet ius commune & Trident. num. 7.

Simultanea iuriſdictio nõ permittit procedere vnũ ſine alio n. 8

Inferioris negligentiam ſupplet Superior n. 9.

A delegato negligente habetur recurſus, vel ad Superiorem, vel ad Sedem Apoſtolicam n. 10.

Iudex principalis vbi nõ poteſt procedere, nec Adiuncti. n. 11

Noluntas Iudicis duobus modis poteſt conſtare. n. 12.

Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis n. 13.

Cõdominus, vel cõiudex quãdo delinquit an alter puniat. n. 14

Quæſtio. V.

An Epiſcopo, vel nolente, vel non valente contra Capitulares delinquentes procedere, iuriſdictio deuoluatur ad Adiunctos?

AFfirmatiua videtur probari † quia Epiſcopus & Capitulum de iure communi habent iuriſdictionem

nem contra Capitularem delinquentem;adnotata ſupra in q. 1. *maxime ex Mobeda. deciſ.* 242. *&* 244. Sed † quoties eadem res duobus coniunctim pertinet, vno deficiente tota pertinet ad collegam. §.*ſi eadem res.inſtit.delega.optime in l. communi liberto.ff. de bon. libert. ibi, qui extra culpam fuerit ſolus bonorum poſſeſsionem habebit*, ergo renuente, vel impotente Epiſcopo ſoli coniudices iuriſdictionem exercebunt. ſimili argumẽto vtitur Rota *deciſ.*270.*n.*2.*p.*2.*diuerſorum.* 2

Secundò, quia caſus noluntatis † & impotentiæ parificantur. *l. pater. ſeuerinam.* 101. *ff. de cond. & demonſt. l. Gallus* §. *& quid ſi tantum de liber. & poſthu. vbi Coſta* 5.*p.n.*4.*c.cum plures de off. delega. in* 6. maxime in actibus neceſſarijs, *vt ex Panor. Barbatia, & Decio reſoluit Mareſcotus lib.* 1. *var.c.*44. *nu.*3. *&* 9. Sed quoties Adiuncti † non poſſunt procedere, quia vniuerſum Capitulum deliquit tota deuoluitur iuriſdictio ad Epiſcopum *Seraph.deciſ.*1050. *num.*6. *Farina. ad d.c.*6. *Seſſ.*25. *verſ.in dicto, & Marcilla lib.* 4. *tit.*7. *c.* 20. *litera* N. Ergo, & cum Epiſcopus, vel renuit, vel non valet procedere, iuriſdictio deuoluetur ad Adiunctos, *faciunt tradita infra q.*6. *& q.*32. 3 4

Sed contraria ſententia quæ verior eſt † probatur, primo quia ſi cõiudices, ſeu Adiuncti renuãt procedere contra Capitularem non ad Epiſcopũ, ſed ad ſuperiorem deuoluitur iuriſdictio, vt Domini Cardinales Tridẽtinæ declarationi præfecti reſpõderunt ore duorum atteſtanti, ſcilicet *Farina. in d.c.*6. §.*contra alio*… 5

ex contentis & Marcilla d. cap. 20. litera K. hoc expreſſius docet Marches. *de ſigna. gra. tom. 1. c. 2. num. 265. ex Velino in c. fin. n. 4.* vbi ait, dato adiuncto ordinario, ſi diſcordes in pronunciando fuerint ad ſuperiorem, perinde ac ſi ambo delegati forent recurrendum: ergo nec iuriſdictio Epiſcopi recuſantis procedere, deuoluetur ad Coniudices.

6 Confirmatur conſequentia † primò, quia vbi caſus omiſſus eſt ſimilis expreſſo ex coniecturata mente fit extenſio de expreſſo ad omiſſum; *vt reſoluit Rota cum Dec. Tiraq. & Aymone deciſ. 141. num. 6. p. 1. diuerſorum.*

7 Secundo, quia † magis aſſiſtit Tridentinum in fauore iuriſdictionis Epiſcopalis contra Capitulares delinquentes, quam in fauorem iuriſdictionis Adiunctorū, *vt in deciſ. 321. n. 2. p. 2. diuerſ. & diximus ſupra q. 2.* Sed & ipſum ius commune plus fauoris tribuit Epiſcopis *d. c. irrefragabili. §. exceſſus de off. ord.* quippe cum de iure habeat intentionem fundatam reſpectu iuriſdictionis, ſiue ciuilis, ſiue criminalis in tota ſua Diœceſi, cuius dicti intelligentia petenda eſt à deciſione Orani *in cauſa Burgen. iuriſdictionis cuius copiam refert Farina. in recollectis criminalibus deciſ. 105. n. 2.* Tertio con-

8 firmatur, quia quoties † ſimultaneè conceditur iuriſdictio vnus ſinè altero procedere non poteſt *c. prudentiam 21. vbi glo. verbo teneatur cap. cum cauſa 22. cap. cauſam matrimonij 26. de offi. delega. docet Hoſtien. in d. c. irrefragabili. §. exceſſus in verſ. & habent hæc locum.* Quarto confirmatur, † quia exiſtente negligentia inferioris nolen-

nolentis iuſtitiam partibus miniſtrare, deuoluitur iuriſdictio ad ſuperiorem *cap. cum ſimus 9.q. 3. cap. Romana de ſupplen.negli. in 6. c. Romana de appella. eod. lib. 6.* docet *Martha de iuriſdictione 4. par. caſu. 146. num. 1.& 12. & infra & Felin. in cap. paſtoralis num. 6.de offi.ord.* dixit vniuerſum mundum tenere vt per negligentiam Epiſcopi deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum, *eum ſequitur,& alios refert Gratianus diſcepta. forens. cap. 169. num. 6.* vel coguntur concordare de Baiulo aſſeſſore & ſcriba *ad cumulata per Peguer. deciſ.* 8.

Quintò, confirmatur † quia ſi Epiſcopus teneatur aliquid facere tanquam delegatus & non faciat, Tridentinę Synodo præfecti declararunt quod poteſt ab eo appellari,vel ad Sedem Apoſtolicam *ad diſputata per Cenedo q.34.& per Ricciùm reſol.pract.* 449.vel ad alium ſuperiorem recurſus haberi *Farina. ad Triden.ſeſſ. 21. de reforma. cap. 4. verſ. quando & Marcilla lib. 2. tit. 7. c. 1. lib. 6.* Sed Epiſcopus in huiuſmodi cauſis non ſolum ordinarius ſed iudex delegatus reputatur *deciſ.Rotæ 743. p. 1.diuerſ.* ergo iam cautum eſt quid agendum ſit caſu quo Epiſcopus vel non poſsit vel recuſet procedere,& non erit neceſſarium deuolutionis ad Adiunctos remedium. 10

Secundò,† probatur ſententia noſtra quia ſi principalis id eſt,Epiſcopus non procedit,quomodo acceſſorij hoc eſt adiuncti procedent? *Iuxta regulam legis final. §. cum mihi* ibi. Quia niſi à me vim accipiat obligatio adiectio nihil poterit valere. De verbo. *obliga* 11

in l. nam cùm. 12. ibi non inuenimus quis adiunctus ſit quia non eſt qui petere poſsit *ff. de ſtipula. ſeruor.* ſicut nec valet ſententia data in fauorem Adiunctorum, ſi principale hoc eſt exemptio non apparet *Seraphi. deciſ.* 493. Ex quibus hanc ſentētiam nouiſsimè & expreſsè tenet Auguſt. Barboſa *in ſuo aureo Paſtorali allegat.* 73. *num.* 9. *p.* 3.

12 Non obſtant † argumenta in contrarium adducta. Ante quorum reſolutionem ſciendum eſt, duobus mo dis conſtare poſſe de noluntate Epiſcopi, vel Adiunctorum procedere recuſantium vel triplici requiſitione iudici vel iudicibus facta quæ neceſſaria eſt, *vt notat Baldus in cap.* 1. *tit. ſi inter dominum & vaſallum lis oriatur & in cap.* 1. *de milit. vaſall. in vſib. feud. docet Martha ſupra d. caſu* 146. *num.* 22. Secundo ſi Epiſcopus neget expreſsè velle procedere, vt in electione ſimultanea ab Epiſcopo & Capitulo facienda *probat Seraphi. deciſ.* 1091. *num.* 3. *& latiſsimè proſequitur Gonçalez reg.* 8. *gloſ.* 47. *num.* 37. *& gloſ.* 48. *num.* 42. Deinde animaduertendum eſt quod tunc intelligitur aliquis nolle quid facere quando requiſitus & interpellatus declara uerit nolle ſe facere vel recuſauerit *R uin. conſ* 184. *nu.* 5. *vol.* 2. *Beroius conſ.* 101. *num.* 7. *vol.* 2. *quos ſequitur Martha* 3. *p. clauſ.* 98. Sic & in noſtro Aragonum Regno vt dominus Rex poſsit exercere iuriſdictionem in locis ordinum propter Dominorum negligentiam ip- incitatiuis litteris requirere debet, *vt multorum teſti comprobat Plebanus noſter verbo Domini num.* 53.

Neque

Neque obſtant ſupra poſitæ dubitandi rationes † qui 13
bus reſpondetur, caſſum omiſſum, qualis eſt præſens remanere in diſpoſitione ius communis, *l. commodiſsime ff. de liber. & poſth. docet Serafinus d. deciſ.* 1050. *n.* 3. De iure autem cõmuni quoties inferior nõ poteſt, vel non vult procedere ſuperioris ſpectatur iuditium, vt ſupra
quod magis confirmatur † ex his quæ docet Bart. *in* 14
l. qui iuriſdictioni 10. 2. *lectu. num.* 5. *de iuriſd. omn. iud.* de duobus condominis vel ſocijs, ex quibus alter delictum perpetrauit ſecum afferens priuationem iuriſdictionis, nam tunc ſuperior iuriſdictionem exercet, qui eſt loco illius vel ſubſtitutus qui ſimul iuriſdictionem exercebit *argum. tex. in l. vnica §. ſi autem C. de cadu tollend. ibi. niſi hic vel ſubſtitutus relictum accipiat vel coniunctus*, ex quibus ceſſant prædictæ difficultates.

Pro hac quæſtione videri etiã poſſunt quæ de duobus condominis aut coniudicibus diſputant, *Natta conſ.* 87. *lib.* 1. *Rolan. conſ.* 16. *lib.* 2. *& de duobus Alcaldis Bouad lib.* 5. *poli. cap.* 10. *num.* 38. *& generaliter Iacobus de ſancto Georgio de feud. to.* 10. *p.* 1. *num.* 4. *fol.* 181. *Borrell. in ſumma deciſ. tit.* 41. *num.* 208. *& tit.* 43. *num.* 1. *cum ſeptem ſequen.*

Summaria Quæſtionis. 6^æ.

C*Aſus voluntatis & impotentiæ parificantur, nu.* 1. *declaratur, num.* 10.

Iuris & facti impedimentum pro vno habentur, num

Capitulum in cauſa amici ſui non eſt iudex, num. 3.
Carnem ſuam nemo odio habuit, num. 4.
Epiſcopus non eſt iudex in cauſa ſua contra Capitulum, nu. 5.
Vicarius generalis iudex eſſe non poteſt vbi nec Epiſcopus, num. 6.
Capitulo non nocet delictum particularis, num. 7.
Capitularis vnus qui nõ delinquit erit adiunctus Epiſcopi, n. 8.
Electio deuoluitur ad minorẽ partem ſi maior deliquit, n. 9.
Capitulum quando delinquat, num. 11.

Quæſtio. VI.

An ſolus Epiſcopus contra vniuerſum Capitulum delinquens procedat?

1 ET quod non poſſit procedere videtur probari ex eo † nam caſus noluntatis, & impotẽtiæ parificantur *in iure l. gallus* §. *& quod ſi tãtum de liber. & poſt. l. pater ſeuerinam.* 101. *de cond. & de monſtra. cap. cum plures de offic. de leg. in* 6. *diximus ſupra q.* 5. Sed quoties adiuncti ſiue coniudices renuunt procedere contra Capitulares non ad Epiſcopum ſed ad ſuperiorem deuoluitur iuriſdictio, vt domini Cardinales Tridentinæ declarationi præſidentes reſponderunt teſtimonio Farinacij *in d. cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *verſ. contra aliquiem ex contentis & Marcillæ lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 20. *litera K.* ergo cum adiuncti ex Capitulo aſſumi non [illegible] ad ſuperiorem erit recurrendum.

Quod

Quod confirmatur ex cap. vno delegatorum 42. † 2
vbi gloſ. magna de offic. delega. docens impedimentum iuris & facti in ſimultaneè iuriſdictionem exercẽtibus pro vno iudicari, *idem latius obſeruat Decius in cap. ex ratione n. 2. de appella.* Pro qua ſententia eſt tex. in cap. Sciſcitatus de reſcriptis.

Nihilominus tamen contraria † ſententia, quæ verior eſt, probatur imprimis de iure communi, ſecundũ quod, ſi Epiſcopus proceſſurus fuiſſet contra amicum, vel conſanguineum aliquorum de Capitulo, in quibus eſſet maior pars, eo caſu Epiſcopus, non requirebat, nec conſenſum, nec conſilium Capituli, ne fortè Capitulum amico, vel conſanguineo reuelaret, quia nemo † carnem ſuam odio habuit *cap. non æſtimemus* 13. *q.* 2. imo trahit, & excœcat etiã ſuperiores *cap. graue nimis* 29. *de præbend. & dignita. docet Panor. in cap. nouit n.* 6. *de his quæ fiunt à Præla. vbi Hoſtien. §. aliorum & Cardinalis.* 3. *Guido Papa deciſ.* 96. *n.* 11. 3 4

Secundò probatur iure nouiori eiuſdem Concilij Tridẽtini cuius declaratores Illuſtriſſimi Cardinales reſcripſerunt ſuper d. c. 6. quod ſi † vniuerſum Capitulum deliquerit, modo delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, vel in cõtemptũ eius, vel vbi Epiſcopus habet intereſſe, tũc ſolus Epiſcopus abſq; adiunctis poſſit procedere, *vt atteſtatur Farina ad d. c.* 6. *verſ. in d. decreto procedat Marcilla d. lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20. *lit.* N. & ſecundũ hanc ſententiã Cõgregationis Seraphinus iu[...] uit deciſ. 1050. nu. 6. Requiritur in hac decl[...] 5

quod Epiſcopus non habeat intereſſe, vt poſſit ſolus procedere, quia in cauſa propria nullus iudex cẽſetur idoneus. *l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud. Inno. in d. c. irrefragabili n. 1. Cardinal. n. 4. de offi. ord. Seraph. d. deciſ. 1050. n. 6. & facit tex. in c. gratum de poſtula. præla.* quod
6 ampliatur † vt nec eius Vicarius generalis iudex eſſe poſſit *ad Doctorum multitudinẽ cumulatam per Marches. de appella. extra Romanam Curiam 1. par. c. 6. num. 122. & 123.*

Superior tamen ſententia erit accipienda caſu quo vniuerſum Capitulum deliquerit, non enim innocentes pro nocentibus damnũ pati debent, nec delictum
7 † particularis Canonici debet præiudicium generare iuri Capituli, cum aliud ſit quod quid fiat veluti à particulari, aut veluti à Capitulo *Alexan. conſ. 119. n. 12. lib. 4. quem refert & ſequitur Seraph. deciſ.* 1022. *n.* 4. nec conterraneus ſit puniendus pro aliquo delicto conterranei *gloſ. verbo vices* §. *quoniam vero in authen. vt nulli iudicum collatione 9. Oldra. conſ. 65. in fine, Aymon conſ. 21.*
8 *n.* 8. Vnde ſi ſit † vel vnus in Capitulo qui non deliquerit, iſte procedet ſimul cũ Epiſcopo, quia ius Collegij conſeruatur in vno, *l. ſicut municipij. ff. quod quiſque iuris c. ſi fortè diſt. 63. Hoſtien. in d.* §. *exceſſus, & plures alij quos refert & ſequitur Seraphinus deciſ.* 1050. *n.* 4. *Pro qua ſententia eſt tex. in l. 3. ff. de interdictis & relega. l. filiam. ff. de ſena.* quibus iuribus docemur ſingularis contra-tionem non tollere ius communitatis *à Panormi- cap. accedentibus num.* 5. *de priuileg. & ab eodem*

in d. cap. cum acceßiſſent num. 8. *vbi Felinus num.* 29. *verſ.* 3. *limita. & Decius num.* 24. *de conſtitu.*

Quod confirmatur † exemplo ſumpto ab electio- 9
ne, quę deuoluitur ad partem minimã Capituli propter delictum maioris partis, *vt argumento tex. in c. gratũ de poſtula. prała. docet Panormitanus in cap. cum nobis n.* 9. *verſ. vltimo, de electione.*

Neque obſtat † ſupra poſita dubitãdi ratio ſcilicet 10
ęquiparatio caſus noluntatis, & impotẽtię & impedimenti iuris & facti, quę ita demũ pariformiter determinantur, ſi voluntas diſpoſitoris acceſſerit, *vt Emanuel Coſta probat in d.* § . *& quid ſi tamen* 5. *par. n.* 4. *per tex. in l. cum proponas. C. de hared. inſtitu. & per tex. in d. l. ſi pater Seuerinam,* & non ſemper idem operatur noluntas, ac impotentia. *l. vnus.* 34. *l. & Attilicinus.* 35. *ff. de ſeru. ruſt. notat Dec. in d. c. ex ratione num.* 2. *de appella.* proſecuti ſumus ſupra q. 5.

Pro complemento obſeruandum eſt quando dicatur vniuerſum Capitulum delinquere † *& in hoc pũcto* 11
quicquid dici poßit optimè congerit Curia Piſana lib. 4. *cap.* 3. *n.* 1. *ad* 6. *Tuſchus litera V. concl.* 349. *optime Magonius deciſ. Lucen.* 72. vbi diſtinguit tripliciter vniuerſitatem delinquere committendo, ratum habendo, & omittendo. Sed quid ſit faciendum quando vnus ex Adiũctis deliquit, conſule Doctores *Borrel. in ſumma deciſ. p.* 1. *tit.* 43 *num.* 2. *Iacob. de S. Georgio de feud. tom.* 10. *par.* 1. *num.* 4. *fol.* 181. *optime Gaſpar Valaſc. in l. ?rium de iuriſd. num.* 282. *vol.* 1.

Quæſtionis ſeptimæ ſummaria.

Renunciatio valet gratiæ cum decreto irritanti n. 1.
Immunitas Eccleſiæ renunciari poteſt n. 2. *declara, vt n.* 10. *&* 12.
Renunciatio in dubio non præſumitur. n. 3.
Ordinarij iuriſdictio prorogari poteſt ab exempto. n. 4.
Renunciatio tenet ſine præiuditio alterius quam renunciantis. n. 5. *&* 10.
Vniuerſitas non læditur ab incolis qui pœnam ſoluunt. n. 6.
Prima inſtantia renuntiari non poteſt. n. 7.
Diſpoſitio contra decretum irritans nulla eſt. n. 8.
Domus Epiſcopi an gaudeat immunitate. n. 11.
Priuilegium facilius renunciatur. n. 13.
Renunciatio quibus caſibus valeat, vel non. n. 14.

Quæſtio VII.

An ſinguli de Capitulo renunciare poſſint Adiunctorum fauori?

1 ET poſſe videtur per Capitulares huiuſmodi gratię renunciari, nam quilibet † poteſt renunciare gratiæ pro ſe introductæ etiam irritanti decreto confirmatæ *Sarnen. reg. de triennal. q.* 49. *n.* 11. *Caſſad. deciſ.* 2. *de decreto in reſeruatione, quos re-⁊ ſequitur Seraphinus deciſ.* 341. *num.* 4. quæ ſententur ex multis iuribus, quibus cauetur iuris ſui renun-

renunciationem valere,& tenere *l. paciſci* 31. *l. pactum inter hæredem* 46. *ff. de pactis l.* 1. *ff. de ferijs l. ſi iudex ff. de minoribus l. vltima* §. *penult. ff. ad Beleia.*

Corroboratur & hæc ſententia, nam immunitas † conceſſa Eccleſiæ in cap.ſicut antiquitus in cap.frater. c. miror. c. quiſquis 17.q. 4.c. inter alia. cap. fin. de immu. Eccleſ. per delinquentem renunciari poteſt,qui ita demum immunitate gaudet ſi noluit ab Eccleſijs extrahi, *vt in dictis iuribus*, *& latius comprobant Decianus in praxi criminali lib. 6. p. 2. cap. 25. Ambroſinus de immunita. cap.* 1.*num.*2.& tamen certum eſt huiuſmodi immunitatem concedi loco ſacro ob reuerentiam religionis *Decian. in cap.* 1. *num.* 14.*in d. praxi*, *nouiſſimè Gambacurta de immunitat. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 32. 2

Contraria ſententia,quæ verior eſt, probatur ex ſequentibus,primo nam quęlibet interpretatio ſumenda eſt potius,quam admittatur † renunciatio iuris ſui *ad tradita per Decium conſ.* 308. *num.* 8. *Tiraq. in rectractu linagier.* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 50. *quos ſequitur Seraphinus deciſ.* 324. *num.* 5. 3

Secundò,quia hi qui † ſunt immediate ſubiecti Sedi Apoſtolicæ poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis ordinarij,& ei ſe ſubmittere *ad tradita per Federicum conſ.* 14. *Felynum in cap. cum omnes nu.* 8. *de conſti. Iaſ. in l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret nu.* 9. *ff. de pactis.* Taliter † tamen qualiter huiuſmodi renunciatio non redundet in præiudicium alterius quam proroga 4

Geminianus conſ. 83. *num.* 9. *Corneus conſ.* 21.

lib.2.Ferretus conſ.102.n.18.quos ſequitur Seraphinus deciſ. 595.n.7. Ergo, cum Capitulares habeant hoc ius à Papa, vt ſine conſilio & aſſenſu nominandorum ab ipſis contra Capitulares Epiſcopus procedere nequeat, in Capitulorum præiudicium renunciatio facta à Capitularibus non valebit *ad tradita per Mandellum conſil. 74. num. 3. quem ſequitur Seraphin. deciſ. 324. num. 5. Pro qua ſententia eſt textus in cap. cum tempore. §. fina. de recept. arbitr. plures congerit in eandem ſententiam auctores Valenzuela conſ. 43. num. 86.* maxime quia generalis regula eſt renunciationem non valere, quæ reſultat in alterius præiudicium *Barth. in l. penultim. num. 3. verſic. 2. caſus C. de pactis, Seraphinus deciſ. 341. num. 7.* vt de renunciatione vſusfructus in præiudicium creditoris. *Dominus Reg. Seſſe deciſ. 127. num. 26.*
6 *par. 2.* docet & incolæ † pœnam ſoluendo non præiudicant Vniuerſitati, *l. ſicut §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. deciſ. Rotæ cuius copia eſt in collectis ciuil. apud Farina. deciſ. 712. num. 5.*

Tertiò, quia ius ordinariorum, vt in prima inſtan-
7 tia † procedant non obſtante etiam legatorum de latere inhibitione nullo modo à partibus poteſt in eorum præiudicium renunciari, *iuxta declarationem à Sacra Cardinalium Congregatione latam ad cap. 20. Seſſ. 24. de reforma. vbi Farina. refert verſic. ſunt tractanda tradiderat & Paz in praxi tomo. 2. prælud. vltimo n. 18. ... Marcilla lib. 4. tit. 5. cap. 6. litera S. Barboſa ad d. ... 4.*

Quartò,

Quartò, quia decretum iſtud habet clauſulam annullantem proceſſum aliter factum contra Capitularem delinquentem quam cum conſilio, & aſſenſu Adiunctorum, vt conſtat ibi. Alias inde ſecuta nulla ſint, nulloſquè iuris producant effectus. Sed priuilegium, ſeu decretum clauſula irritanti munitum renunciari non poteſt *gloſ. in cap. ſtatutum §. in nullo quoque ver. expreſſas de reſcrip. in 6. quam ſequitur Creſc. deciſ. 4. num. 3. de priuileg. Mand. de ſigna. gratiæ de exemptis ab Epiſcopo. §. exemptio.*

Quintò, quia Abbas non poteſt renunciare exemptionem ab ordinario ſine ſui Conuentus licentia *deciſ. 22. num. 8. par. 2. diuerſ. quam refert Cened. q. 12. num. 10.*

Non obſtant † ſupra conſiderata, quibus reſpondetur ex traditis à Doctoribus d. cap. ſi diligenti non poſſe renunciari priuilegio in fauorem renunciantis, & alterius introducto quale præſens inſpicitur *ad tradita per gloſſam verbo pacto in dict. cap. ſi diligenti, vbi Panormitan. num. 7. & Felin. à num. 2.* pluribus exemplis confirmat Azor. *inſtitu. moral. lib. 5. cap. 22. de priuileg. quæſt.* 10. maximè ſi non eſt ſeparabile tertij præiudicium quoniam ſubiectio eorum ad dolorem noſtrum iniuriamque noſtram porrigitur, *l. 1. & 2. & 3. ff. de lib. cau. hoc ipſum clarius docet Fuſchius de viſitatione lib. 2. cap. 20. num. 21.* 8

Neque obſtat id quod † dè immunitate Ecc' delinquētibus renūciabili proponebā, nam

Voluntas non ſignificatur magis verbis quam factis, num. 2.
Verba præter intentionem proferuntur, num. 3.
Conſenſus vbi requiritur pro forma eſt neceſſarius expreſſus, num. 4.
Forma quando requiritur ad conſenſum, num. 5.
Clauſula non aliter inducit formam, num. 6.
Conſenſus vbi requiritur neceſſe eſt vt præcedat, num. 7.
Parrochi licentia ad matrimonium debet præcedere, num. 8.
Intellectus cap. 6. ſeſſ. 25. ibi conſilio & aſſenſu, num. 9.
Silentium in arduis non inducit conſenſum, num. 10.
Forma vbi requiritur per æquipollens non impletur, num. 11.

Quæſtio. VIII.

An tacitus Adiunctorum conſenſus ſufficiat, vel requiritur expreſſus?

NAm tacitum ſufficere Adiunctorum conſenſum videtur, cum † tacitus conſenſus ſit qui reſultat ex factis, expreſſus qui reſultat ex verbis *gloſ. verbo non contradicentibus verſ. 2. nota caſum in Clement. ſæpe de verb. ſignifi. Caſtrenſ. in l. ſi conuenerit num. 6. verſ. ego limito de iuriſd. omn. iud. Dec. in cap. dilecti 52. de appella. num. 2. verſ. nota tamen Gonzal. reg. 8. gloſ. 47. num 32.* Sed voluntas † plus demonſtratur factis quam verbis *d. cap. dilecti l. de quibus ff. de legibus l. non vult 8. ff. de reg. iur. vbi Decius num. facit tex. in cap. gratum de offi. delega. & ...* 1 2

quæſt. 1. *maxime fundamento* 14. *&* 15. & cùm mandet non procedi ſine conſenſu, & non caueat proceſſum aliter factum nullos producere effectus, ſequitur vt conſenſus expreſſus ſit neceſſarius, nec ſufficiat tacitus.

Imò in ipſo actu erit neceſſarius cõſenſus † & ſubſequens, vel ratificans non ſufficiet, *argumento eorum quæ tradit Rebuf. in compend. aliena num.* 15. *& plures alij quos ſequitur Gonzal. d. gloſ.* 47. *num.* 34. quia eſt neceſſaria expreſſio, vt ſubſequens conſenſus ſufficiat *cap. cura* 11. *de iure patr.* §. *tutor inſt. de auctor. tutor.* 7

Superius dicta eo exemplo confirmantur, nam licentia † Parochi pro contrahendo matrimonio requiſita in Trident. Seſſ. 24. de reforma. matr. cap. 1. cùm vim habeat expreſſi conſenſus *ad tradita per Lapum allega.* 86. *num.* 3. *Alex. in l.* 2. §. *voluntatem num.* 4. *ff. ſolu. matr. Franc. in cap.* 1. §. *vbi vero num.* 6. *Ne ſede vacan. in* 6. non aliter interpoſita cenſetur, quam ſi expreſſis verbis fiat, nec ſufficit tacita licentia, quæ reſultat ex tollerantia, ſed requiritur, vel commiſſio generalis ad adminiſtranda ſacramenta, vel expreſſa, ſeu ſpecialis licentia, vt Sacram Congregationem declaraſſe declarationis copiam receſentes atteſtantur *Gonzalez d. gloſ.* 47. *n.* 51. *Farina. ad d. cap.* 1. §. *ſeu Ordinarij, Marc. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 4. 8

Et confirmatur ex eodem cap. 6. dum requirit † conſilium & aſſenſum Adiunctorum, ad ſignificandum, quod licet conſentire videatur is qui

cap. 1. de offic. ord. c. miror diſt. 50. nihilominus debet hoc expreſsis verbis ſignificare *ad obſeruata ſupra quæſt. 3. ad ſolutionem 3.* Quæ ſententia confirmatur ex traditis à Ioanne Andr. & Cardin. *in cap. nobis de iure patr.* quos ſequitur *Lambert. in eodem tit. lib. 1. par. 1. q. 2. art. 6. num. 2. prope finem*, ſcilicet quod minus eſt tacitus conſenſus quam conſilium, quia iſtud petitur ſecundum frequentiorem vſum, facit & ſimiliter † vulgaris doctrina ſcilicet taciturnitatem nō inducere conſenſum in arduis, *Abbas in cap. in cauſis n. 3. de elect. quem ſequitur Grillenzo. conſ. 153. n. 53.*

11 Non obſtat ſupra poſita dubitandi ratio, cui reſpōdetur, quod cum requiratur conſenſus † pro forma, vt ſupra diximus non ſufficit adimpleri per æquipollens. *l. qui per ſalutem. ff. de iure iuran. Germonius in tractatu de indul. §. Hieronymo n. 31. Hugolinus de irregular. c. 6. §. 8. Bardaxi in commentar. ad titul. coram quibus Dominus Rex in prin. num. 2.*

Quæſtio. IX. Sumaria.

Capitulum repreſentatur ab Adiunctis n. 1.
Cauſæ ſuſpitionis. n. 2.
Adiuncti poſſunt recuſari partis iuramento. n. 3.
Concilium Prouinciale recuſari poteſt. n. 4.
Intellectus cap. 1. de iud. n. 5.
...ſitas ſine magna cauſa non poteſt recuſari. n. 6.
... generat diſcordiam. num. 7.

Recu-

Recuſatio poteſt dari propter leuem cauſam. n.8.
Doctor eſt intelligendus iuxta allegata ab illo. n.9.
Vniuerſitas non eſt iudex ſuſpectus in cauſa Collegialis.n.10.
Canonicus in cauſa Canonici eſt iudex ſuſpectus.n.11.
Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ iudex eſſe quãdo poßit.n.12.

Quæſtio IX.

An Adiuncti, vt ſuſpecti poßint recuſari?

Videtur non poſſe recuſari, quia Ancharra. in cap.irrefragabili notab. 7. n. 5.de offic. ord. quem refert & ſequitur Moheda. deciſ. 242.ait Capitulum non poſſe iudicem ſuſpectum recuſari: ergo nec Adiuncti † à Capitulo electi qui 1
Capitulum repreſentant *argum.tex.in l.ſed ſi hac* 10. §. *qui manumittitur ff. de in ius vocan.*

Nihilominus contraria ſententia verior eſt ſcilicet, quod † concurrentibus cauſis ob quas Iudices tan- 2
quam ſuſpecti recuſantur,*de quibus in gloſſa* 1.*in cap.cau ſam* 18.*de iud.per Cæſarem de Graßis deciſ.* 4. *n.* 5. *de except.Zeuallos quæſt.communi* 347.*to.*1.*Maceraten.*1.*var. reſolu.cap.*84. præomnibus cauſas 84. recenſet Nouarius *collectanea deciſio.*214.*n.*8. poſſint & Adiuncti † re- 3
cuſari à parte & ſolo iuramẽto *Bart in l.duo iudices.*28. *ff.de re iud.Annania ſingulari.*15.*quos refert & ſequitur Gratianus diſcepta.Forenſ.c.*100.*n.*49. Pro qua ſentẽtia
quod & Concilium † Prouinciale recuſari p...

quod ſuſpecti 15. §. *veniamus* 3. *quæſt.* 5. Sicut & Ciuitas & Vniuerſitas *Clement. Paſtoralis de re iud. cap. ſtatutum. §. cum vero de reſcrip. in 6. cap. licet ex ſuſcepto de for. compet. Rolandus à Valle conſ. 6. num.* 110. *vol.* 3. *& plures congregauit Quaranta de Concilio Prouinciali q.*
5 35. *num.* 12. Pro qua † ſententia eſt tex. in cap. 1. de iud. vbi ea de cauſa interrogatus fuit Epiſcopus an vellet experiri, ne poſtea audiretur allegans ſuſpectum Concilium ſi ſemel illud approbaſſet *ad tradita per Stapileum de ſigna. cap.* 22. *de proceſſu contra intruſum num.* 2. *Lanfrancum in cap. quoniam contra. §. recuſationes num.* 1. *de proba. Mandoſium commiſſ.* 8. *§. Adiunctum.*

6 Verum eſt † magnam recuſationis cauſam deſiderari ad recuſandam vniuerſitatem *d. cap. fin.* 3. *quæſt.* 5. *Rebuſ. de recuſa. art.* 9. *num.* 47. *tomo.* 3. *& plures quos refert & ſequitur Quaranta de Concilio Prouinciali quæſt.* 35. *num.* 12.

Secundò, & pro eadem ſententia facit quia diſ-
7 cordia † oriri ſolet excommunione rerum. *l. cum pater §. dulciſſimis de leg. lib.* 2. *docet Ariſtoteles* 2. *polit. Sanct. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 66. *artic.* 2. *Caſſaneus in Catalog. glor. mund. par.* 12. *conſidera.* 36. *Ang. conſil.* 179. *in princ. Magon deciſ. Floren.* 64. *& facit illud Ouid.* 1. *Metamor. Fratrum quoque gratia rara eſt*, & eſſet æqui-
-ati & rationi contrarium non poſſe ſuſpectos recu-
-diunctos, quibus cum diſcordiæ ſic proxima
-c poteſt, cum nihil formidoloſius ſit quam
coram

coram ſuſpecto iudice litigare *dict. cap. quod ſuſpecti* 15. 3. *quæſt.* 5. Et cum propter † leuem iniuriam, in 8
iudicem quis poſſit recuſari *Gratianus diſcepta. Forens. cap.* 284. *num.* 27. & 28. & Princeps ſuſpecti iudicis impedire non debeat recuſationem *Panorm. in cap. Secundo requiris num.* 3. *de appella.* iniquum eſſet talem recuſandi facultatem Capitularibus eſſe ademptam.

Non obſtat ſupra poſita dubitandi ratio quia Doctor † eſt intelligendus ſecundum auctoritatem quã 9
allegauerit *Couar.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 4. *Menoch. de retinend. remed.* 3. *num.* 270. *deciſ.* 52. *num.* 36. *p.* 2. *diuerſ.*

Ex iuribus † autem allegatis ab Ancharrano *dicto* 10
notabili 7. *cuius doctrinam ſequitur Moheda. d. deciſ.* 242. colligitur, non negare, Vniuerſitatem poſſe recuſari ſuſpectam à particulari membro ipſius Vniuerſitatis, ſed quod non debeat haberi ſuſpectum Capitulum ex eo quod iudicet in cauſa fratris nam videbatur dicendum † contrarium cum Canonicus in cauſa Canoni- 11
ci iudex ſuſpectus ſit *ex notatis in cap. cum R. Canonicus* 35. *de offi. delega. per Abbatem in cap. cum veniſſent nu.* 10. *de iud. per Vbameſium de reſcrip. conſ.* 4. *num.* 4. & *de appella. conſ.* 181. *num.* 5. *Farina.* 2. *vol. quæſt.* 60. *num.* 460. & dum Anchar. allegat pro hac ſententia textum in l. ſed ſi hac 10. §. qui manumitur ff. de in ius vocand. & l. ſicut municipi ff. quod cuiuſcu[illegible] uerſita. nomi. vult ſignificare hoc ipſum q[illegible]

legibus continetur ſcilicet quod cauſa particularis non eſt cauſa Vniuerſitatis, vnde Vniuerſitas non erit
12 iudex in cauſa propria, & ſicut Epiſcopus † in cauſa ſuæ Eccleſiæ iudex non cenſetur ſuſpectus *Tuſchus litera E. conclu.* 257. *latiſſime Riccius deciſ.* 144. *par.* 1. & Rex litigans cum ſubdito, *ad digeſta per Cabedo deciſ.* 76. *Portug. p.* 2. ſic nec Capitulum in cauſa Capitularis, adhibita ſemper diſtinctione, an ſit cauſa Eccleſiæ, an ſit perſonalis vt *Riccius d. deciſ.* 144. *num.* 2. illud pro coronide obſerua quod vno ex coniudicibus recuſato vt ſuſpecto alij de ſuſpicionis cauſa cognoſcunt *Nouarius collectan.* 214. quid ſi præſes recuſetur ſuſpectus, An reliqui cognoſcent? decidit Marius *Gyurba dec.* 27.

Summaria quæſtionis decimæ.

R*Elatum eſt in referente. num.* 1.
Canonicorum appellatio in fauorabilibus ſignificat Cathedrales. num. 2.
Adiunctorum decretum comprehendit & Collegiatas Eccleſias. num. 3.
Intellectus cap. 4. *Seſſ.* 6. *in prin. n.* 4.
Dictio etiam eſt continuatiua. num. 5.

Quæ-

Quæſtio X.

An decretum hoc habeat locum in Cathedralibus dumtaxat?

AFfirmatiua videtur probari ex eo nam tex. in hoc cap. 6. ſeſſ. 25. de reforma. in genere ſe ſe refert ad tex. in cap. 4. ſeſſ. 6. de reforma. vt patet ex eius principio iuncta regula quod relatum † eſt in referente *de qua in l. aſſetoto ff. de hæred. inſt.* 1
Authen. ſi quis C. de edendo deciſ. 27. num. 3. & deciſ. 40. num. 2. p. 2. diuerſ. Sed tex in d. cap. 4. loquitur de Cathedralibus Eccleſijs & de his quæ ſupra Cathedrales ſunt, ait enim Capitula Cathedralium & aliarum maiorum Eccleſiarum: ergo in his tantum locum habebit diſpoſitio iſtius capituli 6. quæ eſt fauorabilis, ſicut & in iſtis tantum locum habet prædicta diſpoſitio capituli 4. quæ eſt odioſa *argum. l. ſecundum naturam ff. de reg. iur. cap. qui ſentit eodem titulo in 6.* Corroboratur ex eo nam † quoties ſermo habetur de fauore & prærogatiuis Canonicorum, intelligetur de Canonicis Cathedralium *Burſat. lib. 3. conſ. 289. num. 7.* & quando 2
Capitulum dicitur poſſe ſtatuere, intelligitur & ſimiliter de Cathedrali *gloſ. verbo ſtatutum in cap. 2. §. 1. de verb. ſignifi. in 6. Abb. in cap. cum omnes num. 4. Felyn. n. 9. & 10. de conſtitu. deciſ. Rotæ auctore Orano, cui habetur apud Farin. deciſ. 638. num. 6.* & ſi Dr

ſerit dicemus latius in Canonicali 2. par.c.57.Interim quomodo hoc intelligatur vide lector amantiſsime apud Franciſcum Suarez *de legibus lib. 4. c. 6. à n. 11.*
3 Contraria ſententia, quæ verior eſt † probatur ex eodem Concilio d. cap. 6. vbi maior iuriſdictio Capitulo competens quam expreſſa in d. cap. 6. limitatur & reducitur ad formam in eodem decreto præſcriptam, vbi non diſtinguitur inter Cathedrale & Collegiale Capitulum, nec nos diſtinguere debemus *l. de pretio ff. de public. in rem act.* Rurſus ex verſ. ij vero vbi caue-
1 tur quod exceptis dignitatibus & Capitularibus, reliquos Epiſcopi iuriſdictioni omnimode eſſe ſubiectos. Quis neget Dignitates & Capitulares eſſe in Eccleſijs Collegiatis *cap. 12. in pri. & in verſ. hortatur ſeſſ. 24. de reforma. in genere.* Rurſus & hæc dubitatio radicitus eſt ſtirpata in declaratione Card. ad d. cap. 6. *vbi Farina. verſ. Capitula & Marc. lib. 4. tit. 7. cap. 20. littera K.* ſi verum narrant, ſic interpretes reſcripſerunt. Capitula vniuſcuiuſque Eccleſiæ Collegiatæ ea omnia obſeruare debent quæ decreta ſunt in hoc Capitulo à Conci-
ſ lio Trident. & ſub nomine proceſſus intelligitur prima citatio. *id à perte. docet Auguſti. Barboſa in paſtorali. p. 3, alleg. 73. num.* 5. Confirmantur ſupra dicta ex deciſ. Tiraſon. coram Illuſtriſsimo Melino *quam ſpecifice refert Farina in recollectis deciſ.* 709. vbi in cauſa iuriſdictionis Eccleſiæ Collegiatæ de Tudela declaratio ...mè adducta roboratur ex traditis ibi, num. 3. & ...d etiam Eccleſiæ Collegiales præſcriptione
H acquirunt

acquirunt iuriſdictionem *ad late tradita in deciſ. 2. de præſcrip. in nouis.*

Non obſtant in contrarium adducta † quibus reſpondetur ſpecialem factam fuiſſe mentionem Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum maiorum non quia Cõcilium excludere voluit Eccleſias inferiores, quod eſſet abſurdum vt inferior eſſet melioris conditionis quam ſuperior *cap. cum inferior de maior. & Obed. l. 4. ff. quod vi aut clam* ſed quia lex ſemper reſpicit difficiliorem caſum *l. quod labeo ff. de carbon. edi. Monter. deciſ. 50. nu. 2. & 3. vbi plura cumulat*, & adaptatur ad ea quæ frequentius accidunt *l. nam ad ea ff. de legib.* reddit rationem Salas *de legibus diſputa. 1. ſect. 7. à num.* 43. In Cathedralibus autem maior ſolet eſſe iuriſdictio, vt colligitur ex fundamentis q. 5. ideo ſermo Concilij principaliter meminit illarum, gratia exempli, quod legem non arctat *ad tradita per Salas de legib. diſputa. 21. ſect. 5. num.* 21. & in Concilio Triden. ſeſſ. 24. cap. 20. §. præterea vbi loquitur cum Epiſcopis, quos Synodus nominauit ob frequentiſſimum vſum, ſed intelligitur, & de quibus cumque alijs iudicibus, *vt Rota declarauit in deciſsione quam commemorat Mareſ. 2. var. cap. 43. num. 2.* & quando lex loquitur in aliquo, ratione frequentioris vſus, non per hoc negat, quin idem ſit in alio caſu omiſſo *Mareſc. 2. var. cap.* 136. *nu.* 5. Si eadem militat ratio *late Floreſ. vari. 1. cap. 4. num.* 15. & contrarium non probatur ex declaratione Cardinal. ad cap. 4. *vbi Farin. verſ. Eccleſiarum & Marc. lib.* 4

5 7. *cap.* 2. quia ibi dictio † *etiam* includit & continuat *l. nec quicquam* 9. *ff. de offic. pro conſ.l. pupillus.* 54. *ff. de obliga. & action. not. à Alber. ſuper eadem dict.*

Summaria quæſtionis vndecimæ.

IVs reſiſtere quando dicatur, num. 1.
Epiſcopus prætendens omnimodam probare tenetur, nu. 2.
Nauarrus hanc quæſtionem affirmatiue tuetur, num. 3.
Formula erigendi Cathedralem, num. 4.
Nouum Capitulum nunquã omnimode ſubſuit Epiſcopo.n. 5
Erecta Eccleſia, incompatibilia cum nouo ſtatu omnino excludit, num. 6.
Conditione mutata perſonæ extinguitur diſpoſitio prima, n. 7.
Sæculariƺationis Bulla num. 35. *declaratur, num.* 8.
Cathedralis Collegiatam Eccleſiam in multis præſtat. nu. 9.
Clauſula ſine præiuditio declaratur, num. 10.
Ius commune qui habet pro ſe agit de damno vitando, nu. 11.
Subiectio Eccleſiæ non mutatur, mutato ſtatu Eccleſiæ.n. 12.
Iuriſdictio Adiunctorum eſt limitata exemptio, num. 13.
Exemptio non præſumitur, num. 14.
Sacræ Congregationis declaratio in hoc dubio, num. 18.
Tridentinum ſeſſ. 25. *capit.* 6. *verſ. hæc autem omnia declaratur, num.* 15.
Dignitas de nouo erecta intelligitur ſine præiuditio, num. 16.
*Regula de iure quæſito adeſt Epiſco. qui plenũ ius habebat, n.*17
[illegible]ſtionis reſolutio, num. 19.
[illegible]dia Barbaſtren. & Turolen. num. 20.

QVÆSTIO

Quæſtio XI.

An Eccleſia poſt Tridentinum in Cathedralem erecta gaudeat Adiunctis?

VIdetur, quod ſic quia in dubio præſumitur pro auctoritate, poteſtate, & iuriſdictione Adiunctorum, quibus ius aſſiſtit, & reſiſtit omnimodę & independenti Epiſcoporum ſubiectioni vt ſupra quæſt. 1. latiſſime probaui. Tunc autem † 1
ius dicitur reſiſtere quando aliquid eſt contra legem ſcriptam, vel contra rationem ipſius legis, ſiue expreſſam, ſiue deſumptam *ad tradita per Felinum in cap. ſtatuimus n. 3. de maior. & obed. quem in propoſita ſpecie ſic ſequuntur & declarant Puteus in vna Cæſarauguſtana* 241. *lib.* 3. *& Seraphin. deciſ.* 802. *n.* 2.

Item, quia Epiſcopus prætendens omnimodam † 2
iuriſdictionem eam probare tenetur, quia habens cõtra ſe aſſiſtentiam iuris ad probandũ obligatur, *l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba.* & qui habet pro ſe iuris aſſiſtentiam liquida probatione lætatur, & ſine onere. *Rebuf in tract. de congr. n.* 107. *vbi multos congerit.* Vnde Epiſcopus non eſt manutenendus in poſſeſſione maioris iuriſdictionis quam probauerit exercuiſſe *Verallus deciſ.* 212. *lib.* 2. quia communis eſt Epiſcopo & Capitulo iuriſdictio *Mantica in vna Conchen. deciſ.* 207. *n.* 2. *cap. Epiſcopus vbi gloſ.* 15. *q.* 7. *c.* 3. *de conſuet. in* 6. *& infra n.* 15. Doctiſſimus Nauarrus † ſpecialius hãc c

tuetur *conſ.3.num.6.de offic. ordina.* exiſtimat enim decretum huius cap.6. ſeſſ. 25. comprehendere Eccleſias tam exemptas quam non exemptas,ſiue iam Cathedrales,ſiue de recenti in Cathedrales erectas.

4 Formula † qua concipitur erectio Eccleſiæ in Cathedralem hanc partem ſimiliter & ſuadet,nam talis eſt. Ac Epiſcopalem dignitatem, in Sede Epiſcopali omnibus & ſingulis Cathedralibus & Pontificalibus inſignijs præeminentijs,honoribus,priuilegijs,fauoribus & gratijs quibus aliæ dicti Regni Eccleſiæ Cathedrales de iure vel conſuetudine vtuntur,potiuntur,& gaudent,& vti poterunt & gaudere poſſunt quomodolibet in futurum tenore præſentium erigimus. Hac formula erecta fuit Eccleſia Barbaſtrẽ. de anno 1571. formulam erectionis Terulen. de anno 1577. videre non licuit. Similis tamen clauſula omni erectioni eſt communis,niſi maior exemptio concedatur,qualis eſt illa, quæ fuit conceſſa Eccleſiæ Montis alti in Cathedralem erectæ à Santiſsimo Sixto V. *vt in eius conſtitu. 48.p. 2.*

5 Deinde pondero & † pro hac parte , id quod ponderauit & R. P. D. Sacratus, *in d. deciſ. Cæſaraug. num.* 10. *quæ habetur ſupra poſt quæſtionem* 1.ſcilicet Capitulum de nouo in Cathedrale promotum nunquã omnimodæ iuriſdictioni huiuſmodi Epiſcopi qui de nouo erigitur fuiſſe ſuppoſitum. Vnde ſi procedere mittatur Epiſcopus cum adiunctis contra ſuos lares nullam iuris quæſiti patitur diminutionem,

Digitized by Google

nem, quia Eccleſia in Cathedralem erecta, nouum corpus naſcitur *capit. cum inferior de maior. & obed. vbi Hoſtien. & Ioan. Andr. num. 12. Cardi. num. 1. oppoſit. 8. Panormitan. ſuper gloſ. 3. in fine & infra num. ſequent.*

Firmior redditur & hęc pars animaduertendo inferiorem † Eccleſiam erectam in ſuperiorem, omnia 6
iura illa primęua, quę compatibilia ſunt cum recenti ſtatu, conſeruare illæſa, quæ vero de iure non compatiuntur variato ſtatu, variari & ipſa *Oldra. conſ. 267. num. 3. Rota deciſ. 1. num. 3. in fine de ſepultur. in antiquis Geminianus conſ. 125. in fine Petrus de Peruſſo de muta. Eccleſ. capi. 3. num. 3. Rota deciſ. 21. de præben. in nouis*, & generale eſt † quod mutata perſonæ con- 7
ditione, mutetur & extinguatur ius & diſpoſitio prima *Anchar. conſ. 143. num. 5.* Vnde ex ſtudio † in Bul- 8
la noſtræ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ erectionis de regulari in ſæcularem *num.* 35. ſalua, firma, & illæſa remanent omnia & ſingula priuilegia, indulta exemptiones, & libertates dictæ Eccleſiæ, quando erat regularis competentes, prouida ſanctiſsimi diſpoſitione præuenienti, nam aliàs mutato ſtatu omnia muta cenſerentur, & ideo cum de iure Capitulum Collegiatæ in exercitio iuriſdictionis non habeat aliquã participationem cum Epiſcopo pro vt habet Capitulum Cathedralis, vt toto titulo de his quę fiunt à Prela. ſtatim ac Eccleſia trãsfertur ad Cathedralẽ, mutantur ex neceſſario antecedenti omnia illa quæ

mune diuerſo modo ſtatuit in Collegiata, ac in Ca-
9 thedrali Eccleſia; nam poſterior † ſtatus Cathedralis priori in multis præſtat, vt ſi Deus permiſſerit dicemus in Canonicale *par. 6. cap. 6. & part 2. cap. 57. & diximus ſupra quæſt.* 10. *num.* 2. *& probat expreſſe tex. in cap. requiſiſti ad finem, verſ. quoniam, de teſtam.* Præcedens conſideratio fulcitur ex deciſſione Barbaſtren. iuriſdictionis coram D. Illuſtriſsimo Lancel. *de anno* 1585. *die 7. Iunij* vbi diffinijt ius ſtatuendi & exercendi iuriſdictionem poſt nouam erectionem eſſe regulandum pro vt in Cathedrali, & non pro vt in Collegiata, *& ex deciſsione Seraphini.* 1445. *per totam, maxime tamen ex cap. cum inferior.* 20. *de maior. & obedien.*

Vt plenius roborata ſententia iſta permaneat animaduerto quod in omni erectione apponi ſolet clau-
10 ſula ſine prçiudicio, quę eſt prçſeruatiua iurium † *Mareſcotus 2. var. cap.* 137. ſed non operatur in his quę ſui natura præiudicialia ſunt, & in his quę exprimuntur *Mohed. deciſ.* 263. *deciſ.* 785. *num.* 4. *p.* 1. *diuer. Nauar. conſ.* 1. *de maior. & obed. & de regula.* 3. *in princip. num.* 10. *Gratian. diſcepta. cap.* 558. *num.* 7. & 14. & in his quæ iam ſunt conceſſa *Cenedo ſingulari.* 100. *num.* 2. *& optimè apud Caſadorum deciſ.* 1. *de priuile.* niſi cauſa eſſet ignorata à Papa *deciſ.* 240. *num.* 20. *p.* 1. *diuerſ.* ignorantia autem non præſumitur in cauſis ſui natura præiudicium afferentibus *Gratianus ſupra à d. n.* 7.

...itur denique † & iſta pars quia is qui habet pro

pro ſe ius commune agit, de damno vitando, & maiori fauore dignus eſt, ad cumulata *per D. Monter. ex Zepha. Dec. Gom. Lanz. deciſ.* 17. *num.* 26. ergo Capitula Cathedralium, quæ de nouo eriguntur in dubio Adiunctorum prærogatiua gaudebunt.

Sed non multa deſunt pro contraria ſententia fundamenta, illud † imprimis, quia etiam ſi mutetur ſtatus Eccleſiæ, non tamen mutatur ſubiectio Eccleſiæ 12
Innoc. & alij in c. 2. verſ. monialium de capel. mona. celebris tex. in extrauaganti 2. de conceſſ. præben. apud Ioan. 22. Vitalinis in clem. 1. *n.* 31. *de elect. magis in ſpecie Panor. in cap. dilectus n.* 9. *de cap. monachorum. Oldra conſ.* 267. *n.* 3. *expreſſe Rebuffus in praxi de erectione in colleg. verſ. & in hac erectione.*

Huic fundamento reſpondit R. P. D. Sacratus *in vna Cæſaraug. de qua ſupra poſt quæſtionem* 1. *n.* 9. non habere locum Innocentij doctrinam quando Papa expreſſe mutat.

Sed confirmatur ex eadem deciſione Sacrati *cuius copia eſt apud Marcheſa. de commis. nullit. deciſ.* 1. *n.* 2. *verſ. non obſtat par.* 3. §. 4. ſcilicet † huiuſmodi modum procedendi de Adiunctorũ conſilio, & aſſenſu eſſe quoddam exemptionis genus licet limitatũ. At exemptio † non præſumitur niſi probetur *Veral. deciſ.* 328. *n.* 2. *lib. ſeu par.* 1. *Lancel. deciſ.* 631. *n.* 3. *in recollec. ciui. Farin.* quippe cum ſemper ſtandum ſit pro iuriſdictione Epiſcopi donec contrarium probetur. *Roland. conſ.* 89. *n.* [illegible] *vol.* 2. *Seraph. deciſ.* 1449. *n.* 1. & Epiſcopus 13 14

iure ſua iuriſdictione, etiam ſi non ſit in poſſeſſione ſubiectionis contra eum qui allegat exemptionem do nec contrarium probetur conſuetudine, vel præſcriptione acquiſitum *Francus in cap. cum perſonæ* §. *ſi vero notab. 2. vbi Ancharra. num. 6. & notab. 12. de priuileg. in 6. quos refert & ſequitur Rota deciſ. 145. num. 6. par. 2. diuerſ. plures congerit Riccius reſolu. practicabil. c. 54. n. 4. limita. 5. & deciſ. 211. par. 1.*

15 Similiter, & ex Concilio † Trident. d. c. 6. Seſſ. 25. verſ. hæc autem omnia vbi proteſtatur Concilium ſuæ intentionis non eſſe detrahere auctoritati, & iuriſdictioni Epiſcopis acquiſitę, *idem definijt Rota deciſ. 743. p. 1. diuerſ. & deciſ. 305. & 321. par. 2. & apud Seraphinum deciſ.* 493. detraheretur autem ſi Eccleſia prius omnimodè ſubiecta, Cathedralitatis iure limitatè Epiſ
16 copo ſuo ſubiaceret, cum dignitas data † intelligatur ſine alterius præiudicio, *l. 2.* §. *ſi quid à Principe, &* §. *merito ff. ne quid in loco publico, l. nec auus. C. de emancipa.*
17 *lib.* Epiſcopus autem † in non procedendo contra Capitulares ſuos omnimodè, magnum præiudicium accipit, *vt in deciſ. Coccini 770. par. 1. ciuil. Farin.*

Sed omnia adhuc ponderata fundamenta facile diluuntur, conſiderando Eccleſiam erectam in Cathedralem nouam eſſe, Epiſcopum ſimiliter & nouũ qui nullo modo poteſt dicere accipere pręiudicium in iuriſdictione, quam dignitas Epiſcopalis, quę non fuit quam habuit *ad dicta ſupra n. 5.*

ergo vis huius ſententię conſiſtit in declaratione

tione

tione Congregationis Sacrę Cardinalium † *cuius teſti* 18
monium eſt apud Farina. verſic. Capitula, Marzilla lib. 4. tit. 7. c. 20. litera K. huiuſmodi tenoris: Hoc decretum non pertinet ad Eccleſiam Cathedralem tanquam Cathedralem, ſed tanquam exemptam, vnde Eccleſia Collegiata erecta in Cathedralem non comprehenditur hoc decreto. Quantum deferendum ſit declarationibus Sacrę Congregationis infra latius *ad diſolutionẽ primæ dubitãdi rationis q. 17. §. contra quã. n. 30. & Barboſ. in paſt. p. 3. alleg. 73. n. 5. ponit eandẽ declarationẽ.*

In huius quæſtionis reſolutione illud diſcrimen † 19
adhibebo, quod clariſſimi Aduocati Romani Merenda & Andreas poſtea Sacrę Rotę Auditor interpoſuerunt conſulti de veritate à Barbaſtreñ. iuris prudentiſſimo Epiſcopo, vt prima opinio ſit obſeruanda, niſi in erectionis indulto aliter caueatur, quia tunc Eccleſia de nouo erecta non comprehenditur ſub hoc decreto. Quod ſi interroges cur ſi ius commune eſt ſeruandum, Capitulum procedit cum Epiſcopo per Adiunctos ab illo nominatos? Reſpõdeo cũ Hoſtienſi *in c. penult. §. fin. col. 2. in fine de conceſſ. præben.* cuius doctrinam fertur cõmuniter ſecutã fuiſſe à Tridentino in hoc c. 6. verſ. poſſitque alter Epiſcopo accedere *Iunctis his quæ docuimus ſupra q. 2. n. 7. &* 8. ſcilicet maiorem partem Capituli cenſeri, quando eſt communis iuriſdictio Epiſcopo tanquã Prælato, & Capitulo, ſi vnus ex duobus nominatis ab iſto, illi acc[illegible]
Ex quib⁹ † dubitationis reſecãdæ cauſa ſuper [illegible]

D. D. Martinus Terrer huius Sedis olim Canonicus, Epiſcopus Terulen. vnanimi ſui Capituli conſenſu Adiunctorum confirmationem à Sanctiſsimo Paulo Papa V. *die* 28. *Iulij anno* 1614. impetrarunt eo modo quo huic Metropolitanæ Sedi Clemens Papa VIII. conceſſerat, non obſtanti Sacræ Congregationis reſponſo eiuſdem Sedis D. Iacobo Ximeno Epiſcopo miſſo *anno* 1580. *die* 6. *Octob.* & de eiuſdem mandato Capitulo Terulen. intimato *die* 23. *Octobr. anno* 1584. Notario Ioanne Vicente. Ab eodem Sanctiſsimo aliã concordiam circa Adiunctos obtinuit prudẽtiſſimus D. D. Ioannes Moriz de Salazar tunc Epiſcopus Barbaſtrenſis *de quâ infra q.* 25.

Summaria Quæſtionis. 12.

Canonici ſæculares & regulares pariſicantur in multis n. 1. 2. 3. 4. 5. 8.

Canonici regulares proprium habebant. n 6.

Epiſcopis & Canonicis regularibus bona erant communia. num. 7.

Canonici regulares cenſentur minores Cathedralibus, maiores tamen Collegiatis. n. 9.

Canonicus regularis ideſt bis. n. 10.

Canonicus regularis vulgaris eſt appellatio. n. 11.

Abbas maior eſt Epiſcopo in punitione regularis. n. 12. 20. 28. & 29.

...um regularium laudes n. 13.

Petrus

B. Petrus de Arbues laudatur, num. 14.
Canonici regularis veniunt in prohibitiuis appellatione Monachorum, num. 15. & 31.
In uno grauatus in alio debet releuari, num. 16.
Exemptio regularium quomodo procedat, num. 17.
Epiſcopus eſt loco Abbatis in Eccleſijs regularibus num. 18.
tã in Collegiatis quã in Cathedralibus Eccleſijs, n. 19.
Regulariũ obediẽ. eſt omnimoda ſic et ſuperioritas, n. 21. *et* 22
Exemptio Canonicorum regularium glorioſiſſimæ Virginis del Pilar, num. 23.
Adiuncti in Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 24.
Beneficiati Eccleſiæ Sanctæ Maria del Pilar an comprehendantur in Canonicorum exemptione, num. 25.
Canonici regulares & ſaculares differunt, num. 26.
Canonicorum ſubiectio filialis non ſeruilis, num. 27.
Epiſcopus contra Canonicos regulares & exemptos quando procedat, num. 30.
Canonici nouitij an admitti poſſint de gratia ad electionem actiuam, num. 32.
Intellectus cap. ex eo 32. §. 1. *de electio. in* 6. *n.* 33. & 36.
Vox in Capitulo computatur inter fructus Canonicales, n. 34.
Electionibus interſunt hi quibus de iure non competit intereſſe propter admiſſionem num. 35. *propter eligentium paruum numerum, num.* 37.
Canonici nouitij expertes ſunt electionis paſſiuæ, num. 38.
Nullum non indicitur ex lege pure prohibenti, num. 39.
Prohibita fieri facta tenent, num. 40.
Nouitij gaudent priuilegijs religionum, num. 41.

Quæſtio XII.

An de iure competat Epiſcopo iuriſdictio omnimoda & independens à Capitulo, vel nominandis ab illo contra Canonicos regulares?

VIdetur talem iuriſdictionem Epiſcopis non competere de iure, nam contra Canonicos non competit ſæculares, vt probauimus ſu
1 pra queſt. 1. & Canonici † regulares ſaltim Cathedra lium videntur gaudere eiſdem prærogatiuis, ac Cano nici ſeculares quibus cum in multis æquiparantur *Anton. Faber in praxi beneſ. lib. 3. tit. 6. de beneſ. Cathedra. n.*
2 20. Nam cauſæ † Sedis Apoſtolicæ delegantur iſtis, ac illis, *de quibus in cap. ſtatutum de reſcript. in 6. vbi Frãcus n. 5. Panorm. in cap. cauſam quæ el 1. n. 9. & Decius n. 4. de iud. & plures congerit Riccius collectanea. 1545.* Ca-
3 nonicus regularis occupatus in ſeruitio † Cardinalis fructus groſos lucratur *Borrellus in ſumma deciſ. tit.* 10.
4 *nu.* 5. Canonicus regularis † poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi *iuxta diſtinctionem Guidonis Papæ deciſ.* 563. *Sbro-*
5 *tius de off. Vicar. lib.* 1. *q.* 37. Contra † Canonicos regu lares proceditur cum ſtrepitu & figura iudicij, *vt in deciſ. Montis Regalis coram R. P. D. Coccino, vt in nouiter eiuſdem impreſſis deciſ.* 157. *& eius copia eſt apud Faria. deciſ.* 770. *in recollectis ciuilibus, & plura in propoſito con-*[illegible] *Gratianus diſcepta. Forenſ. c.* 270. *n.* 25. *&* 26. cum [ſi]mplices regulares ſimpliciter, & de plano proce-

procedatur *Rodericus in quæſt.regular. tomo. 1.q.3.art.1. Ghiliſerius de iudic. regular.c.13.num.3.Spatharius de modo cor. regulares tract.3. c. 16.* Olim etiam Canouici † 6
regulares proprium habebant, *vt conſtat ex Spondano in Epitome ad Baronium anno Domini 1063.n. 6.* & proprio renunciare cœperunt temporeConcilij Magontiaci, *vt refert Langhecrutius in ſpeculo Canonicorum. cap. 21.§.verum lib.1.* & cuncta † inter Epiſcopum,& Ca 7
nonicos erant communia tanquam inter cœnobitas, ideſt communis vitæ rerumque conſortes *Coppinus de ſacr.polit. lib.1.tit.8.n.4.*Non minus Canonici † regu- 8
lares quam ſæculares ad fidei profeſſionem tenentur *de qua in Triden.Seſſ.24. de reforma.c.12.vt Sacram Congregationem declaraſſe teſtantur Garcia de benef.par. 3.c.3. n.16.Barb. ad d c.12.n.10.*Regulares † Canonici Ca- 9
thedralibus Canonicis cenſentur minores, Collegiatis vero maiores, iuxta ordinum literæ *de qua in cap. quia ſæpe 40. de elect.in 6.*

Argumentum & ſimiliter nomen † præſtat, quod 10
rebus conuenire frequentius ſolet. §. *eſt & aliud inſtit. de dona.*eo enim ipſo quod Canonicos appellamus & regulares dicimus, quippe cum canon à quo Canonici nomen deriuatur *Panor. in d. cap. cauſam num. 9. optime in libro ſpeculi vitæ humanæ,quod propoſuit prudentiſſime Rodericus Zamoren. Epiſcopus cap. 19.* potiori iure competat Canonicis regularibus quam ſecularib[us] nam idem bis dicunt, qui Canonicos regulares [...] nant, *vt aduertit eminentiſsimus noſter Antonius*

11 *nus Dialogo* 1. *& lib.* 1. Licet † vulgarem iſtam intro-
ductionem in laudem conuertat Canonicorum regu-
larium P. Cenedo *q.* 20. *num.* 19. ergo non aſsiſtit ius
Epiſcopis in omnimoda poteſtate procedendi con-
tra Canonicos regulares.

12 Secundò, quia in punitione † Regularium potius
adeudum eſt ad Abbatem quam ad Epiſcopum, etiã
ſi procedatur in figura iudicij *Panor. in cap. quanto* 7.
num. 4. *de offic. ordin. Romanus conſ.* 375.

Tertiò, quia in Tridentino *ſeſs.* 21. *de reforma. cap.*
8. non aliter permittitur Epiſcopis regularium puni-
tio, quam ſi in eis nulla regularis obſeruantia reperia-
tur. Sed in Canonicis Regularibus † obſeruantia re-
gularis viget, vt multis encomijs celebrat iuriſpruden-
tia, & modeſtia inſignis *Cenedo collectan. ad Decretum*
165. *idem poſthumus q.*20.*n.*22. *Nauar. commentar.*3. *de*
14 *regular.n.*25. vbi B. Magiſtrũ Epila, alio nomine † Pe-
trum de Arbues religionis exemplar proponit, eumq;
inter Canonicos S. Mariæ del Pilar refert, ſed vir iu-
riſprudentiæ ſumma cũ laude Gnarus, facti huius fuit
ignarus, nam erat Canonicus huius almæ Metropoli-
tanæ Eccleſię Cæſarauguſtañ, illiuſq; pauimentũ me-
dia nocte cum ad Matutinum ſurgeret ſanguine ſuo
decorauit. Hiſtoriam perlege cõſtantia & pietate ple-
nam apud Çuritam noſtrum *lib.* 20. *cap.* 65. & apud
Concanonicum meum D. Martinum Carrillo Mon-
tis aragonum Archimandritam in ſuo Catalogo an-
... cuius laudes multa ab eo monumenta man-
data

data typis, atteſtantur. Ergo Epiſcopis non competit iuriſdictio propoſita in quæſtione.

Quartò, quia in prohibitiuis † appellatione Monachorum veniunt Canonici regulares, vt in prohibitione poſtulandi, *probat tex. in c. 2. & ibi gloſſa. verbo. Item in dicium de poſtulando, notat Ghiliſerius de iudic. regul. c. 13. n. 5.* Item in prohibitione de accedendo ad curiã ſæcularem, de quo *in Clem. 1. §. quia vero de ſtatu monach. & obſeruat Nauar. conſ. 18. n. 1. ſub illo tit. plures alios caſus proſequitur Azor. inſtitu. moral. par. 3. lib. 12. c. 22. q. 5.* & per conſequens in fauorabilibus Monachorum appellatione comprehẽdi debent, vt in vno † grauati in alio releuentur *ad tradita per Speculatorem lib. 1. par. 4. tit. de teſtam. n. 68. facit regula, quæ ſentit. de regulis iuris in 6.* Sed regulares † directè, ſiue per communicationem ſunt exempti *deciſ. 54. n. 14. par. 2. diuerſ. latâ Mandaſius de ſignatura tit. de exemptis ab Epiſcop. §. rurſum ſuccedente tempore Nauar. commentar. 2. de regular. num. 63. Rodericus in eodem tracta. tomo 2. q. 2. artic. 6.* Ergo Epiſcopus contra Canonicos regulares dependentem non omnimodam habet iuriſdictionem. Patet conſequentia, quia Adiunctorum decretum habet locum in Capitulis exemptis *iuxta Congregationis declarationem ad hoc cap. 6. de qua teſtimonium perhibet Farina. ver. Capitula, & Marcilla lib. 4. tit. 7. c. 20. litera K. Rot. dec. 743. nu. 8. & 9.* 15 16 17

Sed contraria ſententia, quæ verior eſt probatur ex eo, quia quando agitur de Eccleſia Cathedrali: gu

18 lari † Epiſcopus eſt caput & loco Abbatis,& ipſi Monachi ſunt loco Canonicorum, *vt late explicat Panor. in c.cauſam quæ in 1.n.8.de iud. Sacratus in vna Cæſaraug. iuriſd.cuius copia eſt apud Marcheſanum de commiſſ. nullita.tomo. 3. dec.1.n.2. Coccinus in vna iuriſdictionis Montis Regalis, cuius copia eſt apud Farina. in recollectis ciuil. deciſ. 770.& in nouiſſime recollectis apud eundem Farinacium par.1. deciſ. 15. 17. & 20. Guido Papæ deciſ. 559. proſequuntur Gratianus diſcepta.forenſ. cap. 270. Riccius collectanea. deciſ. 1545.*

19 Nec in hoc verſatur diſcrimen † an Regulares ſint Canonici Eccleſiæ Collegiatæ, vel Cathedralis,omnibus enim eadem eſt regula, vnus habitus non ſericus,ſed lineus decet,vnum & idem nomẽ imponitur, & æqua lance de omnibus in iure ſcribitur *c.inmotum c. cum V inonien.de elect.c.preterea 14.de præbẽdis. c.ſane 10. de reg. Trullus de Canonicis regular. lib.1.c.2. Cenedo dicta collectanea 165. Ruder. ſupra tomo 1.q.1.art.3.*

20 Vnde Epiſcopus † Eccleſię regularis etiã Cathedralis,exceptis his quę concernunt regulam, in illos habet omnimodam iuriſdictionẽ *gloſ.verbo regular.in cap. nullus 28.de elect.in 6.quam ſequitur ibi Francus n.3. Geminianus n.7.Guid.Papæ d.deciſ.559.& plures ibi relati ſupra à Gratiano d. c. 270. n.4.*

21 Amplius neq; requiritur † pro exercitio huius iuriſdictionis,aut aſſenſus, aut conſilium monachorum,cũ enim talis Eccleſia ſit regularis & ſuperiori regulariũ ſt ... diendum nullo ſpectato ſubditorum conſilio, vel

vel aſſenſu *Roder. ſupra tomo* 1. *q.* 10. *ar.* 1. *&* 2. & Epiſcopus reſpectu monachorũ non dicatur Epiſcopus, ſed Abbas *Panor. in d. c. cauſam quæ n.* 9. ſequitur vt nullum conſilium requiratur, vel aſſenſus, quia nec Abbas requirit *gloſ. ver. tota in cap. nullam* 18. *q.* 2. *Roman. conſ.* 375. *num.* 1. *& alij quos refert & ſequitur Gratianus d. cap.* 270. *num.* 20. *pro qua ſententia facit Concilium Toleta.* 4. *c.* 20.

Hoc ipſum † firmatur ex eo nã ſi Epiſcopus qui eſt 22 vt Abbas libere non poſſet & omnimodè procedere contra Canonicos regulares, id repugnaret inſtituto regularium, qui ſuſcipiendo religionem, perpetuam obedientiam ſpoponderunt *ad tradita per Syluestrum verbo religio* 6. *q.* 6. *Nauar. & ab eo citatos commentar.* 1. *de regular. n.* 8. §. 6. *&* 7. & qui ſic ſe alterius imperio & poteſtati ſubmiſſerunt, vt omnem ſuam voluntatẽ & noluntatem in eum tranſtulerint *c. non dicatis.* 12. *q.* 1. *c.* 2. *de teſtam. in* 6. *Panor. in cap. ex reſcripto* 9. *de iureiu. n.* 1. *& alij quos ſequitur Gratianus dicto cap.* 270. *n.* 22. *&* 23. *melius omnibus ponderat Illuſ. admodum Coccin. Rotæ Decan. deciſ.* 360. *n.* 4. *in ſuis.*

Prædicta intelligo ſemota exemptione, conſuetudine, prẹſcriptione, aut priuilegio munita, quibus ſtandum eſt, *vt aduertit Guido Papæ d. deciſ.* 559. *Coccinus in d. deciſ.* 770. *apud Farina. num.* 2. *Corneus lib.* 2. *conſ.* 93. *num.* 5. *Rodericus ſupra tomo* 2. *quæſt.* 63. *artic.* 1. *&* 2. *Ghiliſerius de iudic. regul. cap.* 9. *num.* 6. *& facit aliquantulum deciſ. Rotæ* 36. *n.* 11. §. 5. *par.* 2. *diuerſ.*

Digitized by Google

23 Exemplum † eſt ſupra poſitæ doctrinæ in hac vrbe in Eccleſia Sanctæ Mariæ, huius nominis, Maioris, ſeu del Pilar, cuius Prior & Canonici à Clemente VII. *anno* 1529. *die xj. Februarij*, durante vita D.D. Ioannis ab Aragonia Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, cum quo litigabant, & ſic ratione litis *ad tradita ſupra q.* 1. *fundam.* 14. *conuenientia.* 5. *& per Mandoſ. de ſigna. gratiæ tit. de exemptione ab Epiſcop. §. aliquando vero*, & anno 1581. die 24. Decembris à Gregorio XIII. non facta mentione litis intercedentis inter ordinarium, & ipſos, quod priuilegium reddit inefficax, *vt in eadem cauſa fuit iudicatum coram R. P. D. Cantuccio* 27. *Martij* 1585. *ad tradita per Mareſcot.* 2. *var. cap.* 85. *num.* 8. *Menoch. de arbitr. caſu* 202. *lib.* 2. *centur.* 3. *num.* 7. *Theſaur. deciſ. Pedemon.* 255. *num.* 9. quando autem dicatur lis pendere ad hoc optimè diſtinguit Gratianus *deciſ.* 209. & tandem à Sixto V. anno 1590. die 24. Maij Sede vacante, exemptionem plenā liberam & prægnantiſſimis clauſulis roboratam impetrarunt. In huius exemptionis fauorem latę fuerunt in Rota plures deciſiones, quas referunt Seraphinus *deciſ.* 1082. *Farin. in recollectis ciuilibus deciſ.* 710. *&* 711. *Marcheſa. de commiſſ appella. in cauſ. Dec. p.* 1. *deciſ.* 13. *& par.* 2. *de perit. dec.* 7. *& d. par.* 2. *de reſtitu. in integ.* §. 1. *deciſ.* 9.
24 An vero eorum Prior † contra Canonicos extra regulam de Adiunctorum conſilio, & aſſenſu procedat, Ioannes Baptiſta Valenz. radicitus diſcuſſum relinquit *conſ.* 43. *maxime num.* 69. *&* 104.

An

An eſſet amplianda † hæc exemptio ad illius Ec- 25
cleſiæ Præbendarios extra clauſtrũ degentes? Sæpius
fuit dubitatũ, quid in hoc tenendum videatur ex reſ-
ponſo à me poſtulato die 31. Auguſti anno 1619. *&*
corã Illuſtri. D. Mũzan. in Caſ. Iuriſd. anno 1623. 28. *Iun.*

Non obſtat primũ † argumentum, cui reſpondetur 26
ex traditis ſupra per Gratianum d. c. 270. *n.* 21. 22. *&* 23.
longe diuerſam rationẽ militare in Canonicis regula-
ribus, ac ſæcularibus, nã illi ſe ſe ſpeciali obedientiæ
voto obſtrinxerunt, & ſerui remanſerunt *ad tradita per*
Angelum in l. creditor 28. *n.* 1. *ff. de appella. per Anchar. in*
clem. 2. *n.* 10. *de reſcript. Cenedo q.* 20. *n.* 27. licet † prędi- 27
ctorũ ſubiectio magis filialis quam ſeruilis debeat ap-
pellari, *vt pluribus confirmat Valenzuela conſ.* 43. *n.* 121.
Scacia de appella. q. 5. *par.* 1. *n.* 54. & ſicut quidquid ac-
quirit ſeruus acquirit Dño, *l. placet ff. de acquir. hæred.* ſic
quicquid acquirit Monachus acquirit Monaſterio, e-
tiam cõtradicente Monacho *ad tradita per Ricciũ col-*
lect. deciſ. 1938. & pro mortuo habetur, *l. Deo nobis in fi-*
ne, C. de Epiſcop. & Cler. notat Guido Papæ deciſ. 563. *in*
principio, & licet ſæcularis dicatur habere beneficium
ſuum *cap. ſi tibi abſenti de præben. in* 6. Religioſus autem
non, quia cũ ipſe ab alio poſſideatur, nihil poteſt poſ-
ſidere *arg. l. ſic eueniet, ff. de adulter. Staphileus de varijs mo-*
dis vacat. §. ſextus n. 2. & licet ſæculares Canonici emo-
lumenta Sedis vacãtis ex priuilegio Apoſtolico poſ-
ſint inter ſe diuidere, non tamen Canonici regulares
Farina d. deciſ. 126. 4. *p. diuer.* non idem militat in ſæ-

laribus,ideo mirum non eſt, ſi maiorem iuriſdictionem Epiſcopus exerceat in regulares, quam in ſæculares,licet & regulares & ſæculares in multis eodẽ iure cenſeantur.

28 Non obſtat ſecundum quia verior eſt ſententia † quod quando agitur in figura iuditij, & his quæ ſunt delicta quo ad omnes, ad ſolum Epiſcopum ſpectat cognitio & correctio, *vt tradit Guido Papæ d.deciſ.*559. *deciſio Rotæ*.78.*par*.1.*diuerſ. vbi teſtatur de magis communi opinione, & plures quos refert, & ſequitur Gratianus d.c.* 270.*à n*.27.*copioſe Mareſcot* 2.*variar.c*.35.*n*.125.*&*134.

29 vel poteſt reſponderi † cum diſtinctione prædicta ex Concilio Toleta. *quod refertur in Can. hoc tantum* 18. *quæſt*.2.vt ea quę ad religionis regulam pertinen Abbatis caſtigationi relinquantur, quæ vero extra regulam committuntur ad Epiſcopi correctionem, & iuriſdictionem ſpectent, nec eſt nouum vnum eundemquè hominem diuerſas ob cauſas poſſe duorum iuriſdictioni ſubiacere, *l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. proſequitur Vetuar. friſ. de iuribus Epiſcopi. c*.6.*num*. 29. *vide omnino deciſ*. 15.*par*.1.*recentis*.

Non obſtat tertium cui reſpondetur ex d. deciſ.

30 Montis Regalis iuriſd.*n*.5.quod loquitur † Cõcilium de Monachis exiſtentibus in locis exemptis ab ordinario, *vt & reſpondet Gratianus diſcepta.forenſ. d. c*. 270. *n*.8.quorũ locorũ exẽptionẽ reuocat Trid.Sinodus fauore ordinariorũ quo ad eos,qui ſine regulari diſcipli & extra Septa Monaſterij viuunt, *vt in d. deciſ*. 78. *n*.1.2.

n.2.vbi Rota hoc modo declarat Conc.Trid.c.11.Seſs.24. de reforma.in genere.

Non obſtat quartum, cui reſpondetur † appellatione monachorum venire Canonicos regulares, ſiue in fauorabilibus, ſiue in odioſis, dummodo eadem ſit ratio *Domin. in c. 1. de temporib. ordina. in 6. fallentia 6. quem ſequitur Rodericus de regular.tomo.1.quæſt. 1. art. 3. idemq; tenuit Nauar. in cap. nullam 18.quæſt.2.à num.40.* vbi probat monachos diſtingui à Canonicis regularibus, nam iſtorum vita laxior eſt, *cap.quod Dei timorem de ſtatu monach. S. Thom. 2.2.q. 189. art. 8. ad 2. Decius in c. Nicolao. n.20.de appella.Nauar.commentar.4.de regular.n.1.Valenzuela conſ.43.n.40.* licet leges diſponentes de monachis habeât locũ in Canonicis regularib⁹ circa cõcernentia religionẽ in genere, dum nõ contineant aliqua verba excludentia Canonicos, & iuxta hunc ſenſum Canonici regulares patrini eſſe prohibentur *in cap.non liceat 103. de conſecra. diſt.4.& poſtulare in cap.2. de poſtula.Nauarr. lib.3.conſil. 10.de ſtatu monachorum.* 31

Quod ſi prædicta lector obſeruandi tibi ſatis nõ fecerint copioſius tã argumenta, quã fundamẽta fortaſſe inuenies *in deciſ. Cæſaraug. exemptionis de anno* 1587. & 1588. *par.1.recentiſſim.Farin.deciſ.15.& 17.& deciſ.20*

Ex diſputatione huius quæſtionis naſcuntur coniecturę ad reſolutionem illius, quę mota fuit in Monaſterio Canonicorum regularium ciuitatis Bilbilitanæ de Menſe Auguſti, & de anno CIↃ.IↃ.C.XX

32 An nouitij † à Capitulo admiſſi ad actiuam vocem ibidem præſtandam, ſic debeant ad nouam Canonicorum electionem vocari, vt facta electio, ipſis non vocatis, ſit nulla?

Vocationis omiſſione, electionem irritam non manere videbatur dicendum iuxta ſententiam D. D. Gaſparis Arias de Reynoſo Capitularis in hac alma Sede Cæſaraugustañ Orthodoxæ fidei conſulti, viri omniū bonarum artium cognitione, & maxime iuriſprudentia inſignis, iudicandi munere expertiſſimi & ingenij perſpicacitate, & fœcunditate celeberrimi, cui ſubſcripſerunt, & alij peritiſſimi Doctores. Moueri potue-
33 runt † præfati auctoritate textus *in cap. indemnitatibus 43. & maxime in cap. ex eo 32. §. 1. de elect. in 6. vbi hæc verba*, In Eccleſijs quoque regularibus, vel Monaſterijs hi qui non ſunt tacite, vel expreſſe profeſſi non debent cum profeſſis electionibus intereſſe. Confirmatur fundamētum & hoc exemplo, nam ſtatu liber medio tempore liber non eſt, *l. ſtatu liberum 9. ff. de ſta. liber. l. qui de libertate 29. ff. de liberal. cauſ.*

Sed eis non vocatis, electionem aliorum factam nullam eſſe argumento ſint tradita ſupra num. 2. cum 9. ſequentibus, quatenus docuimus, ibi regulares Canonicos eiſdem regulis, ac ſeculares cenſeri, & diuerſis à ceteris Monachis, vt num. 31. *& probat nouiſſime Campanil in diuerſorio iuris Canonici rub. 12. cap. 1. num.* 3. Hæc ſententia probatur & ex ſequentibus, quia ſi-[illegible]t Canonici nouitij de diſtributionibus, Veſtuario,

& alijs

& alijs fructibus profeſſorum participant, nulla eis obſtãte in capacitate, ſic & vocis † ad eligendum par 34
ticipes eſſe poſſunt, cum & inter fructus Canonicales vox computetur *gloſ. verſ. Capitulo in cap. cum olim de maior. & obed. Fabrit. in praxi de iure pat. lib. 1. tit. 11. num. 2. Grego. Tholoſa. de inſtitu. rei beneſ. cap. 15. num. fin. Campanil ſupra rub. 12. cap. 3. num. 8.*

Secundò quia † non eſt nouum, vt ſi perſonæ qui- 35
bus de iure non competit, intereſſe electionibus ad interueniendum fuerint admiſſæ & poſtea non vocentur, irrita maneat electio, *tex. optimus in capit. Cumana 50. cap. in geneſi 55. extra de elect. cap. cum Eccleſ. Sutrina de cauſ. poſſeſ. pondero ad hoc tex. in cap. cum cauſam 27. de elect.* vbi cum quidam non profeſſus in Prælatum regularem fuiſſet electus à Rom. Pont. quoad electum, irritatur electio ob non profeſſionem, de electoribus vero, qui nec erant profeſſi nihil dicitur, ſed in futurum cauetur, vt aut profiteantur, aut Eccleſiam dimittant.

Tertiò quia in d. cap. ex eo §. in Eccleſijs de elect. in 6. Doctores † noſtri diſpoſitionem illius textus in- 36
telligunt, niſi Nouitij admittantur de gratia *Archidiaconus ibidem verſ. cum profeſſis Anchar. n. 3. vbi Franc. n. 4. & Gemin. n. 1.* Sed limitanti modo Nouitij ſint in ſacris ordinibus conſtituti, ab illorum opinione non diſcedit Innoc. *in c. 2. de æta. & qual. ſchol. 1.* docens pueros non poſſe admitti ad vocẽ in Capitulo prius quã profiteantur, vel veniant ad tẽpus quo profiteri poſſ-

quaſi inſinuet non tàm profeſſionem, quàm maturitatem iudicij attendi ad vocem in Capitulo. Nec diſcedit *Panor. in cap. in Geneſi n. 5. de elect.* notans ſolam Canonicatus poſſeſſionem tribuere facultatē dandi vocem in Capitulo ei qui non habet Canonicatus proprietatem. *Prædictorum intelligentiam & ſequitur, & exornat latius Mandagotus de elect. Prælat. cap. 8. tom. 15. par. 1. tract. fol. 411. vbi caſum noſtrum omnino reſoluit.* Poteſt & ad hoc ponderari præter ponderatos *ſupra & tex. in cap. cauſam. 8. de elect. in antiq.* vbi non nouitius, ſed ſæcularis Epiſcopus & ſolus Monialibus quibuſdam Præpoſitam elegit ex gratia ab illis ipſi Epiſcopo conceſſa.

Quartò, quia in hoc Monaſterio Bilbilitano eligentium numerus ad eam paucitatem peruenit, vt
37 Nouitij † ab vno dumtaxat fuerint electi, ſed profeſſo Canonico, cui adiectus eſt Prior eiuſdem Monaſterij ſæcularis. Vt ſincerius eligentium iudicium procedat plurimorum ſententijs confirmatum *cap. prudentiam 21. de offic. deleg.* non admittendi admittuntur in electionibus regularium *atteſtanti Panormitano conſ. 25. 2. p. num. 2. quem ſequitur Tuſchus in conclu. pract. litera E. concl. 69. num. 11.*

Quintò, hoc exemplo fulcita manet poſterior ſententia, nam coadiutores qui viuis coadiutis, ſic alieni ſunt à Canonicali iure, *vt probabo infra q. 29. à n. 25.* Si tamen ad Canonicatus iura fuerint admiſſi ſemel, redintegrantur, ſi deinde non admittantur, *vt & probabo*

babo in dict. q. 29. num. 6. 9. & 45. Quæ enim fuit ab initio voluntas ex poſt facto redditur neceſſitas, *l. ſicut C. de obliga. & action.*

Non obſtat tex. in d. c. ex eo. §. fin. quia licet ibi præcipiatur Canonicos Nouitios non admitti ad actiuam electionis vocem, non tamen irritatur electio ab eis facta, vt irritatur paſſiua † Nouitiorum electio ad 38
Prælaturam *in cap. nullus. 28. eod. tit. de elect. in 6.* & hoc procedit ſecundum legitimam diſpoſitionem, quia † ex ſola rei natura lex purè prohibens non ir- 39
ritat actum, niſi alio modo talis effectus, ſeu intentio legislatoris ſufficienter declaretur *Innoc. in cap. ſi vere de ſent. excom. Felin. in cap. 2. num. 5. de conſtitu. Suarez de legib. lib. 5. cap. 25. num. 22.*

Vnde licet ſit prohibita admiſſio Nouitiorum ad eligendum actiuè, ſemel tamen facta admiſſio tenet iuxta illud axioma, etiã inter regulares receptũ, quod multa in iure † fieri prohibentur, quæ tamen facta te- 40
nent *cap. ad apoſtolicam de regular. cap. penult. eod. tit. in 6.* vbi is qui vouit in ſtrictiori regula profiteri, ſi in laxiori profiteatur, profeſſio valet, licet teneretur profiteri in ſtrictiori, *cap. vnico de voto in 6.* vbi prohibitus vxorem ducere propter votum ſimplex caſtitatis, ſi ducat, perſeuerare tenetur, *plures caſus proſequitur Porteles ad Molin. 4 par. verbo Rex à n. 85. pag. 309.*

Non obſtat tex. in d. l. ſtatu liberum, & in d. l. qui de libertate, quia reſpondet *Azor par. 1. inſtitu. moral. lib. 12. c. 3. q. 2.* Nouitium † cum eo qui dubiam libert-

habet non eſſe comparandum, nam Nouitius gaudet priuilegijs religionum *cap. religioſo de ſenten. excom. in 6. Campanil. in diuerſ. iuris cano. rub. 12. cap. 3. num. 25.*

Summaria Quæſtionis. 13.

OMiſſio nominationis Adiunctorum in initio anni omnimodam iuriſdictionem non præbet Epiſcopo qui non monuit. num. 1.

Adiunctorum nominatio in Sede Cæſarauguſtana fit toties quoties opus fuerit. num. 2.

Monitio vbi requiritur intelligitur de duplici monitione n. 3.

Quæſtio. XIII.

An Epiſcopus poſsit omnimodè procedere, ſi Capitulum in initio anni Coniudices non elegit?

IN hac quæſtione reſolutiuè affirmãdum eſt, ita demum Epiſcopũ omnimodè poſſe procedere contra Capitulares, ſi Capitulum coniudices non elegit, qui Epiſcopo conſulerent, &
1 aſſiderent, & Epiſcopi monitio † præceſſiſſet pro huiuſmodi nominatione, ſeu electione, ſicq; fuiſſe reſponſum à Sacra Congregatione Triden. Epiſcopo Gerundeñ, his verbis: *Piaſetius in praxi Epiſcopali par. 2. cap. 2. num. 9. ſcriptum reliquit* Congregatio Concilij cẽſuit debuiſſe Canonicos, & debere in principio anni elige-

eligere illos duos, ſi id non fecerint Epiſcopum poſſe procedere, & ita referendum Sanctiſſimo. Sanctiſsimus audita relatione Congregationis dixit reſcribendum Epiſcopo, pro vt Congregatio cenſuit, hoc addito, vt antea Capitulum moneat, ſi à principio anni non eligant ſe ſolum eam iuriſdictionem exerciturum, non admiſſa electione quam poſtea fecerint.

In hac autem Metropolitana Sede † non eſt neceſſaria electio Coniudicum in initio anni, ſed toties quoties opus fuerit, *vt in Bulla Clementis VIII. de qua ſupra q. 1. num. 76.* 2

Circa monitionem † tamen aduertendum eſt, *quod & aduertit Tuſchus littera M. concluſ.* 347. quod vbi lex requirit monitionem, duplex monitio deſideratur, *de hac monitione dicam non nulla infra quæſt.* 16. idem de interpellationibus Iudici faciendis docet Cachera. *deciſ.* 12. *& ſupra quæſtio.* 5. *nume.* 12. 3

Summaria quæſtionis 14.

Vicarius Epiſcopi non procedit cõtra perſonas illuſtres. n. 1

Vicarius & Epiſcopus in multis non cenſentur pro vno, num. 2. 3. 4.

Induſtria electa, cenſetur prohibita delegatio, nu. 5.

Vicarij Epiſcoporum non poſſunt viſitare Capitulum, nu. 6.

Vicarius Epiſcopi procedit contra Capitulares, num. 7.

Vicarius Archiepiſcopi procedebat contra Epiſcopum ſed non ſemper, num. 8.

Vicarij & Epiſcopi vnum eſt Tribunal. num. 9.
Auguſta radijs corruſcat Auguſti, num. 10.
Vicarius venit nomine Epiſcopi, num. 11.
Vicarius non excluditur à competentibus Epiſcopo, niſi exprimatur, num. 12.
Lex non extenditur ad expreſſe prohibita, num. 13.
Intellectus cap. 4. *ſeſſ.* 6. *de reforma. num.* 14.

Quæſtio XIIII.

An Epiſcopus non etiam eius Vicarius poſſit procedere contra Capitulares?

NEgatiua videtur probari ex ſequentibus *ex tex. in cap.* 1. §. *Officiales de offic. ord. in* 6. *cuius tex. auctoritate Iaſſon in l. Prætor. ait num.* 6. *ff. de inius vocando quem ſequitur Sbrozius de offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 2. docet † Epiſcopum non
1 etiam eius Vicarium iuriſdictionem exercere poſſe contra perſonas Illuſtres, ſed Capitulares pro perſonis Illuſtribus reputantur, *vt ſupra ſatis probauimus q.* 1. *fundam.* 13. *& in Canonicali* 6. *p. cap.* 2. ergo Vicarius Epiſcopi contra illos non poterit procedere.

Confirmatur primo nam in his quæ competunt Epiſcopo de iure ſpeciali, Epiſcopus, & eius Vicarius
2 † non cenſentur pro vno & eodem, ſicut nec Epiſcopus & Capitulum, licet alias conſtituant vnum corpus, *in. nouit de his quæ fiunt à Præla.* tamen in cauſis iure priuato

priuato ad Epiſcopum ſpectantibus vnum & idem corpus conſtituere haud cenſentur *Panor. in d. cap. cum olim num. 5. dubitat. 5. de offic. delega.* ſicut nec delegata iuriſdictio Epiſcopo mandata in eius Vicarium generalem tranſit *Felin. in cap. eam te num. 17. de reſcript. Decius in cap. quoniam Abbas nu. 15. de offic. delega. Roland. conſ. 39. num. 18. vol. 1.* ergo & idem erit dicendum, & circa Epiſcopo permiſſa, vt non poſsit procedere cum adiunctorum conſilio & aſſenſu contra Capitulares.

Secundò confirmatur nam poteſtas data à Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 6. de reformatione* eſt indulgentia & præheminentia, vt qui aliàs talem non habebat poteſtatem contra Capitulares auctoritate Concilij cum illa limitatione exercere valeat, *vt conſtat ex d. capit. 6. §. hæc autem omnia*, ſed in præheminentia cum tertij † præiudicio, quoad iudiciaria, & actum iudicandi Vicarius 3
& Epiſcopus vnum & idem Tribunal non conſtituunt, *Rota deciſ. 7. num. 2. de offic. Vicar. in nouis reſoluit Picardus apud Menochiū conſ. 52. num. 108. & 166. & faciunt quæ de tranſmiſsione primogenituræ, diſputat Ioannes Lecirier lib. 3. q. 1.*

Tertiò cōfirmatur, nam Epiſcopo committitur cognitio in criminalibus contra Capitulares, quæ res ardua eſt, & grauiſsima, *vt probauimus ſupra q. 1. funda. 4.* Sed cum grauia † & ardua mandantur cenſetur, electa 4
induſtria perſonæ *Menoch. conſ. 69. num. 58. & lib. 1. de arbitra. q. 68. num. 15. poſt Iaſſon. in l. more num. 65*

limita. 5. *de iuriſdict. omn. iud. & in l. à iudice limita.* 13. *C. de iudic. Dec. in l.* 1. *num.* 28. *de offic. eius Crauet. conſ.* 303. *num.* 3. & per † conſequens electus propter ſuā induſtriam prohibetur mandare id ad quod fuit electus *l. inter artifices* 31. *ff. de ſolution. cap. fin.* §. *penult. de offi. deleg.*

6 Quartò confirmatur, nam hoc videtur deciſſum † à ſacra Congregatione Trident. *vt referunt Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. *Mari. Anto. libr.* 1. *var. cap.* 117. *num.* 5. *pro qua confirmatione facit tex in cap.* 3. *ſeſſ.* 24. *de reforma. in gener.* vbi facultas conceſſa Epiſcopis in viſitando non cenſetur eorum Vicarijs permiſſa, niſi Epiſcopi fuerint impediti. Item quia in *d. cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *qui tex. ſeſe refert ad cap.* 4. *ſeſſ.* 6. *de reforma.* Cardinales declararunt facultatem conceſſam Epiſcopis non etiam eſſe conceſſam eorum Vicarijs, *de qua declaratione teſtimonium perhibent Farin. ibi verſ. à ſuis Epiſcopis & Marcilla lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. *littera K.* ergo negatiue in hac quæſtione eſt procedendum, quia relatum eſt in referente *ad tex. in l. à ſe toto ff. de hæred. inſtitu. Auth. ſi quis in C. de edendo deciſ.* 27. *num.* 3. & *deciſ.* 40. *num.* 2. *p.* 2. *diuerſ.*

7 Contraria tamen ſententia, quæ verior eſt, probatur ex ſequentibus, primo *ex tex.* † *in d. cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *de reforma.* in illis verbis. De quorum conſilium & aſſenſu Epiſcopus vel eius Vicarius tam informando proceſſum, quam in cæteris omnibus actibus procedere teneatur. Qua de re deciſio Rotæ extat *part.* 1. *diuerſ.*

deciſ.

deciſ. 743. n. 5. & deciſ. 321. p. 2. diuerſor. vbi refertur Congregationis Cōcilij declaratio, & per argumentū † ab ſpeciali colligitur ex tex. *in c. 1. §. Officiales de offic.* 8
ord. in 6. vbi Vicarius Archiepiſcopi procedere prohibetur cōtra Epiſcopos, quibus propter reuerentiā Pō tificalis officij deferendum eſt. Et cōfirmatur ſecundo, 1
quia † Epiſcopi, & eius Vicarij Tribunal vnū & idē eſt 9
cap. non putamus de conſuetud. lib. 6. c. Romana de appella. eodem libro l. 2. C. de offic. eius qui vicem alterius gerit. proſequitur Couar. pract. cap. 4. num. 4. Rolandus à Valle cōſ. 86. num. 33. vol. 1. Sbrozius de Vicar. Epiſcopi. lib. 2. q. 57. & ſicut Auguſta † radijs corruſcat Auguſti, ſic & Vicarius Epiſcopi ſui radijs decoratur, *Panormita. in c. quoniam Abbas num. 11. de offic. delega. Cardinalis in Clemen. 2. num. 22. de reſcript. quos refert & ſequitur Sbrozius de Vicario Epiſcopi lib. 2. q. 1. num. 1.* Vnde non immerito hanc ſententiam quaſi certiſſimam præſupponit Ioānes Picardus Canonicus *apud Menochium conſ. 52. lib.*
1. num. 180. Confirmatur † & tertio quia nomine E- 11
piſcopi cenſetur incluſus, & eius Vicarius *cap. 2. de offic. Vicar. in 6. cuius textus auctoritate hoc ipſum docet gloſ. verbo per Epiſcopos in cap. vnico de capell. monach. in 6. Archidiaconus in cap. Reatina 63. diſtinct quem ſequitur Felynus in cap. ſiquis contra num. 5. verſ. ſed caſu de foro compet.* Quartò & confirmatur quia quoties Tridentina Synodus vult excludere Vicarium generalem ab Epiſ copo facultatibus conceſſis id expreſſum relinquit E xemplum ſit in eodem Tridentino *in cap. 6 ſeſſ.*

reforma. & in hoc cap. 6. ſeſſ. 25. de reforma. verſ. Epiſcopis vero, ibi nec ad id Epiſcopi Vicarius admittatur, *& idem eſt de iure communi, vt notat Suarez de cenſur. diſputa. 7. ſect. 3. num. 10. per tex. in cap. vltimo de offic. ordi. in 6. & in l. more maiorum ff. de iuriſ. omn. iud.* Con-
12 firmatur † & Quinto quia Vicarij generales Epiſcoporum ſpecialibus gaudent fauoribus prærogatiuis, & priuilegijs, *de quibus Abbas conſ. 21. num. 3. vol. 1. Caſſan. in catalog. glor. mund. 4. p. conſidera. 50. Hojeda de incompa. beneſi. 2. p. cap. 10. n. 12. Rebu. de Vicar. Epiſ. 1. in praxi. & plures alij quos refert & ſeq. Cenedo q. 18.*

Non obſtat argumentum ſupra cum triplici confirmatione roboratum: cui reſpondetur legem † non extendi de caſu ad caſum quoties contrarium eſt expreſſum, quia expreſſum facit ceſſare tacitum, *vt notant Doctores in l. cum ex filio 39. §. filio de vulg. vbi Bart. & eſt textus in l. expreſſa. ff. de regul. iur. l. nonnunquam 52. in fine de cond. & demonſt. & facit tex. in l. his ſolis*
11 *ibi ſatis tacite cautum C. de reuocan. dona*; quia expreſſio habet vim neceſſariæ interpretationis, & habet vim quoad omnes *ad late tradita per Salas de legibus diſp. 21. Sect. 1. nu. 2.* expreſſio autem bene colligitur ex fundamentis huius quæſtionis.

Non obſtat quarta confirmatio, cui reſpondetur quod ſi Epiſcopus velit viſitare ex decreto conſtituto
14 † in cap. 4. ſeſſ. 6. de reforma. debet id perſonaliter agere, ſecus ſi ex alijs Concilij decretis, nam tunc per ſuũ Vicariũ id agere poterit, aut per alium viſitatorẽ ſi modo

ſi modo legitimè impeditus fuerit, *vt dicitur in d. c. 6. Seſſ.*25.& hoc procedit iuxta declarationẽ Sacræ Cõgregationis de qua teſtimonium perhibet Farin. *in d. c.*4.*verſ.à ſuis Epiſcopis, Marcilla lib.*4 *tit.*7.*c.*2.*litera K.* & iuxta hũc ſenſum eſt accipiẽda reſponſio Dñorum de Rota Sanctiſſimi mandato lata *in deciſ.*743.*n.*5.*p.*1. *diuerſ.& Theſaurus in foro eccleſ.par.*2.*c.*16.*n.*30.

Summaria Quæſtionis. 15.

Excommunicatio ferri non poteſt, niſi ob mortalem culpam cum inobedientia, & contumacia, n. 1.

*Excomunicatio ferri poteſt propter cauſam ciuilẽ n.*2.*propter culpã non mortalẽ, n.*3.*propter actum ſine malitia, n.*4.

*Abſolutio reo diſpoſito negari non poteſt, n.*5.

*Forus eſt triplex conſcientiæ, pænitentiæ, & contentionis, n.*6.

Abſolutio in foro interiori quomodo conſtet, n. 7.

*Abſolutio ab excommunicatione in foro conſcientiæ non requirit ſacramentum pænitentiæ, n.*8.

*Intellectus Concil. Triden. Seſſ.*24.*c.*6.*n.*9.*&* 12.

Abſolutio ſacramentalis dari non poteſt abſenti, n. 10.

Abſolutionis extra ſacramentalis forma, n. 11.

Imperium, aut merum, aut mixtum declaratur, n. 13.

Excommunicatio ferri poteſt pro cauſis meri & mixti imperij, num. 14.

Adiunctorum conſilium, & aſſenſus requiritur in cauſis criminalibus criminaliter intentatis, n. 15.

Delegatus ad cauſas criminales non cognoſcit de cauſis criminalibus ciuiliter intentatis, n. 16.

Intellectus Concilij Tridentini Seſ.25.c.6.verſ. in crim.n.17
Crimen, delictum, peccatum, diſtinguntur. n. 18.
Crimen, delictum, peccatum confunduntur. n. 19.

Quæſtio. XV.

An poteſtas abſoluendi Capitulares à cenſuris competat Epiſcopis independenter?

IN hac quæſtione videtur dicendum Epiſcopum non poſſe procedere ad abſolutionẽ ſine Adiunctis, quod probatur ſic. † Excõmu-
1
nicatio maior ferri non poteſt, niſi ob culpam mortalem, cum inobedientia Eccleſiæ, & cõtumacia Eccleſię commiſſa *cap. ſeruetur, c. nemo Epiſcoporum, c. nullus, c. Epiſcopi.* 11.*q.*3.*c. reſecandæ, cap. corripiantur* 24.*q.*3.*cap. ſacro de ſenten. excom. c. romana eodem tit. in 6.* & ex magna & ardua cauſa, *vt nouiſſime in Triden. Seſſ.* 25. *de reforma. cap.* 3. *latiſſime proſequitur Suarez de cenſur. diſpu.* 18. *ſect.* 3.*n.*2. nec ſufficit peccatum, ſine inobedientia, *vt late idem Suarez diſp.* 4. *ſect.* 5. *n.*6. Sed in criminalibus non poteſt procedere Epiſcopus contra Capitularem ſine Adiunctis, *vt probatur ex hoc c.*6. *Seſſ* 25. *per argumentum ab ſpeciali in verſ. in criminibus tamen*, ergo ſicut non poteſt excommunicare ſine Adiunctis, nec abſoluere poteſt, quia omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur *cap.* 5. *de regul. iur. in anti l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur.*

Sed

Sed cōtraria ſentētia,quę verior eſt probatur, quia
excommunicatio ferri poteſt,non ſolum propter cau
ſam criminalem,ſed † & propter ciuilem;nā imponi- 2
tur propter res deperditas *c.3.Seſſ.25. de refor. iunctis*
his quæ latiſsime ad illius textus declarationē congerit Mar-
tha de iuriſd.p.3.c.4.& plures alij quos refert ad illum textū
*Barboſa n.2.*Itē imponitur propter culpam † quę ex ſe 3
peccatū non inducit, *vt Sylueſter verbo excommunicatio*
in 1.n.11.& clarius Suarez de cenſuris diſpu.20. ſect. 2. per
totum, Auila eodem tractatu 2.p.c.5.diſt.2.dub.3. concl.2.
Martha de iuriſd.p.3.c.4.n.35. Imo † imponitur prop- 4
ter actum in quo nulla eſt malitia *Azor inſtitu. moral.*
lib.1.c.7.verſ.quod ſi obijcias, quem refert & ſequitur Mart.
Ant.lib.3.var.reſolu.c.11.n.5. Auila ſupra diſpu.2.& diſp.
1.dub.3.§.dicimus primo, ſed in cauſis ciuilibus Epiſco-
pus procedit ſine Adiunctis, *vt probatur ſatis in q. 18.*
& in pertinentibus ad forū conſcientiæ,& pœnitētiæ
*deciſio Rotæ 740.n.4.p.1.diuerſ.*Ergo,excōmunicatione
ligatus Capitularis propter cauſam ciuilem, vel per
viam fori pœnitentialis ab Epiſcopo ſolo poterit ab-
ſolui,maxime cū abſolutio † reo diſpoſito,& diſpoſi- 5
tionē offerenti denegari non debeat *c. qua fronte de ap-*
pella. & facilius & generalius detur abſoluendi pote-
ſtas, *vt colligi poteſt ex c.cum illorum de ſenten.excommu.&*
ex his quæ tradit Suarez ſupra diſpu.7.ſect.4.n.7.

Pro plena huius quæſtionis notitia obſeruandū eſt,
triplex forū eſſe † conſcientię pœnitētię,& cōtentio-
nis,illa prima fora conſcientię & pœnitētię pro-

tur à Nauarro *conſ.* 11. *n.* 2. *de priuileg.* omnia iſta fora declarantur à *Præpoſito in c.præterea* 12.*n.*5.*de ſponſalibus Sanchez de matrimonio lib.*8.*diſpu.*34.*n.*29.& prædictam diſtinctionem præalijs declarat Valerius Cartuxianus *de differentijs vtriuſque fori in prælud. n.*2.

Ex qua diſtinctione colligitur primo abſolutũ in foro conſcientię, vel pœnitentię à iudice contẽtioſo nõ haberi pro abſoluto in foro exteriori,ſed abſolutione non obſtanti poſſe procedere ad iniungendã pœnitẽtiam,ſeu pęnam publicam,& ad declarandum abſolutionem interceſſiſſe,licet non ad iterandam abſolutionem,*vt proſequitur Suarez ſupra diſpu.*7.*ſect.*5.*n.*29.*Nauarrus d.conſ.*11.quippe cum fori ſint diuerſi *cap.quicumque* 17.*q.*4. quomodo autem † conſtare debeat de abſolutione data in foro interiori,*idem declarat Suarez d. ſect.* 5. *n.* 25, 26. *&* 27.

7

Secũdo colligitur abſolutionẽ ab excõmunicatione poſſe dari in foro † conſcientię, cum neceſſario non requirat ſacramentum pœnitentię,*vt adſeuerat Nauar. d.n.*2. & probatur primo,quia Vicarius Epiſcopi qui minores duntaxat ordines eſt adeptus poteſt excõmunicare,& abſoluere *gloſ.verbo presbyter in c.canonica* 50. *de ſenten.excom.S.Tho.lib.*4.*ſenten diſt.* 18.*q.*2.*art.*2.*Nauar.d.n.*2.*& in Manuali c.*27.*n.*41.*Auila de cenſur.& plures ab eo relati p.*1.*dub.*6.*concl.*3.Secundo,quia † in Cõcilio Trid.*Seſſ.*24.*c.*6.*de refor.in genere.* Epiſcopis permiſſa eſt facultas abſoluendi cum ea limitatione,vt in dioeceſim abſoluant, quæ facultas extenditur ad abſo-

8

abſolutionem, quę poteſt dari ſubdito extra diœceſim commoranti, vt Sacra Congregatio declarauit, *cuius declarationis copia refertur à Farina ſuper d. c. 6. verſ. diſpenſare, & Marcilla lib. 3. tit. 9 c. 30. & probat Suarez ſupra diſpu. 41. ſect. 2. n. 11.* clarum eſt, quod ibi non agitur de abſolutione † ſacramentali, quia agitur de abſolutione concedenda abſenti, & abſolutio ſacramentalis eſt prohibita dari abſenti, vel per nuntium, vel per epiſtolam, vel per decretum, non ſolum de iure antiquo *cap. quem pænitet. de pæni. diſt. 1.* Sed & de iure nouiori, *vt conſtat ex recentiſſimo decreto Clementis VIII. cuius copia refertur à Piaſetio in praxi epiſc. par. 2. cap. 1. n. 6. caſu 41. & in Bullario par. 3. conſt. 87.* 10

Formã autẽ huiuſmodi † abſolutionis dãdæ in foro conſcientiæ, ſed extra ſacramentalẽ confeſſionẽm, *require apud Cæſarem Madium de ſacris ordinibus c. 9. n. 3.* 11

Aduertendũ tamen eſt quod in d. c. 6. *Seſ. 24.* † *de refor. in genere*, non ſolum conceditur facultas abſoluẽdi in foro conſcientiæ, ſed & in foro pœnitentiæ. Mẽtio autem ideo fit fori conſcientiæ, vt excludatur forus exterior contentioſus, *vt declarat Couar. in cap. alma mater 1. par. §. 11. n. 6. Henriquez in ſumma de irregular. cap. 13. §. 2. litera O. Rodericus in quæſt. regular. tomo 1. q. 61. art. 10. Nauar. d. conſ. 11. num. 2. Valerius in præfatione de differentijs vtriuſque fori n. 2.* 12

Secundò obſeruandũ eſt imperiũ † diuidi in merum & mixtum illud pertinet ad cauſas criminales, iſtud ad cauſas ciuiles, quod etiam iuriſdictio appell-

l. 3. *ff. de iuriſd. omn. iud. quàm optime declarant Quinta-na Dueñas de iuriſdict. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. *Germonius de ſacror. immu. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 1. & 1. *animad. cap.* 19. *Caual. de brachio regio par.* 1. *num.* 151. *Marta de iu-*
14 *riſd. part.* 1. *cap.* 8. *nu.* 6. & 7. Excommunicatio † modo pro cauſis meri imperij modo pro cauſis mixti imperij fulminatur, *vt diximus ſupra in fundamenta huius quæſtionis;* & *tradit Menoch. de arbitra. caſu* 438. *num.* 36. *Abrozius de offic. Vicar. libr.* 2. *quæſt.* 168. *num.* 8. & *eodem lib.* 2. *q.* 56. *nu.* 2. & 6. Verum eſt quod excommunicatio eſt meri imperij regulariter, ſecundum *Innocen. in cap. tranſmiſſam de elect. Spec. de iuriſd. omn. iud. ca. quod ſedes* & *c. paſtoralis* & *vtrobique Panor. de officio ordina. quos refert* & *ſequitur Viuius deciſ.* 93. *num.* 2.

His ſuppoſitis, non obſtat propoſita dubitandi ra-
15 tio † cui reſpondeo, quod in cauſis criminalibus criminaliter intentatis, Epiſcopus debet procedere de conſilio & aſſenſu adiunctorum contra Capitulares vel dignitates, *vt in d. cap.* 6. vnde licet cauſa ciuilis habeat annexam cauſam criminalem incidenter, *vt in caſu propoſito à Mareſcoto var.* 2. *cap.* 35. *num.* 78. Epiſcopus procedit omnimode, ſicut ſi cauſa ſit criminalis, quæ incidenter ſecum trahit cauſam ciuilem, Epiſcopus expectare debet ſuorum adiunctorum conſilium, & aſſenſum, *vt dicemus ſub diuinis auſpicijs infra in q.* 18. Quod ſi huiuſmodi Adiunctorum iuriſdictio delegata cenſe- [illegible] *ad tradita per Gratianum diſcepta. forenſ. cap.* 100. *nu.* [illegible] *ad ea quæ diximus ſupra q.* 4. *in fine,* rectius proce-

dit doctrina iſta, nam delegatus † in cauſis criminalibus non obtinet aliquam poteſtatem, ſi ciuiliter ſunt tractandę, *Rota deciſ. 19. de iudicijs in antiquis, quam ſequitur Felin. in cap. meminimus n. 11. de accuſa. & Rota deciſ. 10. de appella. in antiquioribus, Menoch. de arbitra. lib. 1. caſu* 82. *n. 3. & 4.* Si vero ſit cauſa criminalis criminaliter intentata, ſicut & excommunicandi poteſtas pertinet ad Adiunctos cum Epiſcopo, ſic & poteſtas abſoluendi, *l. 3. ff. de iuriſd. cum latiſſime adductis per Menochium de arbitra. lib. 1. q. 43.* Dixi cauſam criminalem † criminaliter intentatam, primo quia & Concilium in d. c. 6. loquitur de crimine, vt colligitur ex d. c. 6. per argumentum ab ſpeciali, ibi. In criminibus tamen, *& probabo infra q. 18. fundam. 1.* Secundo, vt † diſtinguam crimen à delicto, & peccato, nam delictum eſt boni derelictio, peccatum prauus actus, ſed crimen eſt peccatum accuſatione, & damnatione dignũ, *vt obſeruat ex D. Auguſtino relato in c. 1. diſt. 18. gloſ. ſchol. 1. in c. 1. de reg. iur. in 6. in c. ſi peccatum 82. de pœniten. diſt. 1. Maiolus de irregular. lib. 5. c. 2. n. 4.* Verum eſt quod † hęc quandoq; confunduntur, & promiſcuo nomine ſignificatur *gloſ. verbo nomine in cap. vnum orarium diſt. 25.* & ſic argumento reſpondetur breuiter, quod excommunicatio imponitur, nõ ſolũ propter crimina, ſed & propter alias cauſas, quę ad forum contentioſum, non deducuntur, *vt ſupra ſatis in hac eadem quæſtione. n. 2.* Ex ſupradictis declarata manet conſtitutio Eccleſię Valentiñ. *De iuriſdictione in Canonicos. fol. 15.* in illis verbis. De & ſu-

16 17 18 19

quocunque crimine, vel delicto criminaliter, aut ciuiliter. *latius infra q.24.n.25.& q.25.n.19.*

Omnia hactenus ediſerta intelligo in foro exteriori, nam in interiori arbitror, ſolum Epiſcopum poſſe abſoluere. Quod confirmo hoc exemplo. Inquiſitorum iuriſdictio in abſoluendo ab hæreſi non in quolibet inquiſitore, ſed in toto cõſeſſu eſt, & tamen vnus ſolus in foro interno abſoluere poteſt, *vt latius reſoluit Sanchez in decalogo lib.2.c.12.n.2.& 4. Villalobos in ſum. vol.2.trac.1.dif.12.n.7.* recentiſſime & doctiſſime P. Blaſius de Baylo è Societate Ieſu *ad Bullam Cruciatæ diſputat.9.dub.6.*

Summaria quæſtionis 16.

Proceſſus informatiuus, vel defenſiuus eſt de ſubſtantia iudicij criminalis, n. 1.

Adiunctorum conſilium, & aſſenſus non eſt neceſſarius ad morum emendationem. n. 2.

Citatio ſupponit ſubiectionem, monitio non item, n.3.

Intimatio eſt pars iudicij, n. 4.

Monitio habet vim citationis, n.5.

Præceptum importat monitionem, n.6.

Proceſſus appellatione intelligitur prima citatio, n. 7.

Citatio ſucceſſit in locum vocationis in ius, n.8.

Adiunctio facit iudicium neceſſario communicabile, n.9.

Intellectus cap.14.Seſ.25.Concilij Triden.n.10. 12.13.

[illegible] delictum quando præſumatur, n.11.

Mo-

Monitio eſt facienda in ſpecie non in genere, n. 12.
Monitio poteſt fieri per verba reprehenſiua, n. 13.
Monitio duplex requiritur in diſpoſitionibus negatiuis, n. 14.
Monitio triplex requiritur contra Clericum negociatorem, num. 15.
Monitio quomodo conſtare debeat, n. 16.
Monitio vrbana, num. 17.
Correctio quomodo conſtet, n. 18.
Monitio alia iudicialis, alia denunciatiua, n. 19.
Capituli ſcientia requiritur ad acquirendam quaſi poſſeßionem contra illud in incorporalibus, n. 20.
Capitulo non nocet officialium ſcientia, n. 21.
Monitio ſpecialis, an hodie ſit neceſſaria, n. 22.
Monitio Synodalis habet vim trinæ monitionis, n. 23.
Monitio ſpecialis requiritur in hoc Archiepiſcopatu præter Synodalem monitionem, n. 24.

Quæſtio XVI.

An Epiſcopus ſine Adiunctis poßit monere Capitulares, vt à ſuſpectarum mulierum conſortio abſtineant?

IN qua difficultate videtur dicendum, quod Epiſcopus, non tenetur in monitione, expectare Adiunctorum Conſilium, vel aſſenſum, quia prædicti conſulere, vel aſſentire poſſunt in proceſſu, † vel informatiuo, vel defenſiuo, qui eſ

ſubſtantia iudicij criminalis, *ad late tradita per Caualcanum de brachio regio par.* 1 *num.* 178. *cum plur ibus ab eodem relatis.*

Per monitionem Epiſcopi in hoc caſu nulla ſequitur informatio, nulla defenſio, quia non omnis vox iudicis auctoritatem iudicati continet, *l. ex ſtipulatu* 7. *C. de ſenten. & interlocut. om. iud.* Ergo, ſolus Epiſcopus monere poterit. Confirmatur cõſequentia, quia Epiſ-
2 copus non tenetur † de conſilio, vel aſſenſu Adiunctorum mores emendare Capitularium, ſi modo ad punitionem non procedat, *vt in deciſ.* 740. *num.* 4. *p.* 1. *diuerſ. ſicque Sacram Congregationem declaraſſe refert Farina. ad d. c.* 6. *verſ. quando Epiſcopus.* §. *ad* 2. & §. *ad* 3. *Marcilla lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20. *litera L.* Confirmatur & alio
3 modo. Nã citatio † ſupponit ſubiectionem, monitio, non ita, *Faber in C. lib.* 3. *tit.* 12. *diffinitione* 23. *n.* 5. Con-
4 firmatur † etiam, quia intimatio non eſt pars iudicij, vel actorum, *l. item veniunt* §. *ſi petitam. ff. de pet hæred. Fel. in c. fin. n.* 2. *de foro compet. Zeuallos q.* 898. *n.* 33.

In contrarium vero, quod huiuſmodi monitio prohibeatur ab Epiſcopo fieri independẽter nullius ſpectato, vel conſilio, vel aſſenſu, videtur probari, quia
5 monitio † habet vim citationis, vt de monitionibus cum clauſula, ſi quas cauſas, quæ reſoluuntur in vim ſimplicis citationis, probat Verallus *deciſ.* 219 *p.* 2. *n.* 2 *Tuſchus litera M. concl.* 346. *n.* 7. nam & monitio importat præceptum *c.* 1. *diſt.* 38. *Oldra. conſ.* 80. & præceptũ ortat monitionem † *Federicus conſ.* 109. *n.* 2. *verſ. præterea,*

Præterea, & quando huiuſmodi præceptum eſt alternatiuum mandans aliquid fieri vel doceri factum, aut nō deberi fieri, eſt, ac ſi cōtineret clauſulam, quod ſi quas cauſas, & per comparitionem partis reducitur ad ſimplicem citationem *Imola conſ. 112. num. 3. quem refert & ſequitur Tuſchus d. concluſ. 346. num. 14.*

Sed Epiſcopus prohibetur Capitulares citare criminaliter ſine adiunctis, vt in d. cap. 6. nam prohibetur procedere, † & nomine proceſſus intelligitur prima citatio *Lanfrancus in cap. quoniam contra de proba. §, citationes num. 1. & ſacra Cardinalium Congregatio declarauit teſtibus Farina. ad d. cap. 6. verſ. Capitula Cathedralium & Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 20. littera K. vt infra q. 28.* quippe cum inſtituendarum actionum initiū ab ea proficiſcatur parte, qua Prętor edicit, de *in ius vo cā* *lo. §. omnium inſtitu. de pœna temere litigan.* in cuius locum † ſucceſſit citatio, *gloſ. verbo citationes in clem. 1. de iud. Anton. Faber lib. 2. Codicis, tit. 2. diffinitione 13. diximus ſupra q. 2. ad ſolutionem ſecundi,* ergo Epiſcopus ſine Adiunctis prohibitus eſt etiam monere. 7 8

Confirmatur conſequentia, quia exercitium † iuriſdictionis ſic communicatur Adiuncto, vt vnus ſine altero procedere prohibeatur, nec citatio, nec compa ritio, niſi ab vtroque, & coram vtroque fieri debeat *Ruinus conſ. 5. vol. 5. quem ſequitur Mandoſius de ſigna. iuſt. commiſſ. 8. §. Adiunctum q. 2. diximus ſupra q. 2. fundam. 5.* 9

In hac difficultate priuſquam propoſita controuerſia diſſoluatur animaduertendum eſt, in ſanct-

10 den. Concilio *Seſs.25.* † *c.14. verſ. quod ſi de reforma. in genere.* decerni, clericos concubinarios monendos eſſe à Superiori, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus haberi ſuſpitio poſsit, in domo, vel extra, detineant, aut cum his vllam conſuetudinem habeant, & ſi monitis non paruerint, poterit procedi contra illos ad pœnas *in eodem cap. 14. ſtatutas*, idem ſtatuerat, & D. Ioannes ab Aragonia Archiepiſcopus Cæſaraugustanus *in conſtitutione Synodali in c. fin. de cohabita. cleri. & mulier. fol. 21. proſequitur Nauar. conſ. 1. num. 5. eodem titulo, Monald. conſ. 137. num. 1. 2. & 3. vol. 2. Mareſco-*
11 *tus 2. var. c. 35. à num. 78.* Quæ vero requirantur † vt præſumatur delictum carnis, late Farina *q. 136. num. 14. & 20. vol. 4. Riccius in deciſ. ſuis deciſ. 361. 450. & 451. in praxi.*

Secundo animaduertendum eſt, huiuſmodi moni-
12 tiones † eſſe faciendas in ſpecie non in genere; ideſt per edictum, *vt Sacra Cardinalium Congregatio declarauit teſtibus Farin. in d. c. 14. verſ. quod ſi & Marcilla lib. 4. tit.*
13 *15. c. 1.* Et ſufficit † quod huiuſmodi monitiones fiant per verba reprehenſiua, *Felinus in cap. cum non ab homine num. 12. verſ. Dominicus de iud. quem refert & ſequitur Martha de iuriſdict. par. 2. c. 36. n. 15.*

14 Nec ſufficit vna monitio, ſed triplex monitio † requiritur, nam in diſpoſitionibus negatiuis requiritur monitio, & duplex monitio *Zabarella conſ. 55. & 132 verſ. Item præſuppono, quem refert & ſequitur Tuſchus litera concl. 357.* & eſt neceſſaria triplex monitio † contra

tra

tra Clericum negociatorem, *de quo Borrellus in ſumma deciſ.tit.7.n.70.* & in excommunicationis inflictione, *c.ſacro de ſent.exc.Franciſcus Marcus p.2. deciſ.645.n.2.*

Tertiò animaduertẽdum eſt conſtare † debere de 16
huiuſmodi monitionibus per duos teſtes, vel inſtrumenta, vt de monitione neceſſaria ad ferendam excõmunicationis ſentẽtiam, *de qua in cap.ſacro de ſenten. excom. declarat Martha vbi ſupra.p.3.c.3.n.8.* & de monitione contra Clericos inhoneſtos *cauetur in d. conſtitu. Synodali D. Ioannis ab Aragonia.*

De monitione vero, quam Doctores vocant vrbanam † cui locus eſt maxime in cauſis ciuilibus, *& de* 17
qua tractant Doctores in d.c.ſacro, & in d. c. cum ſit romana de appellationibus, & ſignanter Franciſcus de Aretio conſ.65. & Aſſinius in praxi, §.7.cap.5.limitatione 83.n.11. præ omnibus eſt videndus, Scatia de iud.lib.1.c.9. per totum, & de qua loquitur textus in l.quidam Hiberus. 12. de ſeruitu. verba. ibi. Qua de re volo cum Hibero loquaris, ne rem illicitum faciat. In hac inquam monitione vrbana ad eius probationem ſat eſt partis aſſertio, ſicut † & 18
in correctione ſecreta intercedenti inter corrigentem & correctum, *Barth. in extrauag. ad reprimendum verbo denunciationem num. 17. collatione xj. Baldus in authent. ad hæc. C. de vſur. & generaliter Scacia lib. 1. de iud. cap. 9. num. 3.*

His ſuppoſitis, diſtinctionis fœdere propoſita controuerſia † diſſoluitur, aut agimus de monitione iudiciali, quæ eſt principium iudicij, *de qua ſup-*

contrarium vero, aut agimus de monitione denunciatiua, quæ tendit ad correctionem non ad punitionem criminum, quam denunciationem Euangelicam vocat
19 Barth. *in d. §. denunciationem n. 5. & 17.* primam monitionem Epiſcopus de Adiunctorum conſilio, & aſſenſu facere tenetur, quod ſi non fecerit, reintegrari, ſeu confirmari non poteſt, quæ non eſt iuſtificata, & eſt nulla ex defectu iuriſdictionis *Anchar. conſ. 192. n. 2. & 3. verſ. & quarto, quem ſequitur Tuſchus d. concl. 346. in principio, & n. 4.* Nec acquirit Epiſcopus poſſeſſionē, vt ſolus deinde poſſit monere, quia ad acquirendam
20 † quaſi poſſeſſionē in incorporalibus, requiritur ſciētia Capituli *Caſar de Graſſis deciſ. 7. de teſtib. n. 9. Mantica deciſ. 207. n. 6.* vel ſaltim ſcientia deputati pro Capitulo, ſeu Adiuncti *Seraphinus deciſ. 1213 n. 5. & deciſ.*
21 *1437 n. 3.* quia cum † ſimus in Vniuerſitate non ſufficit ſcientia aliquorum etiam ſi fuiſſent citati officiales, quia ipſa & Vniuerſitas eſt citanda *deciſ. 530. lib. 3. par. 3. Afflictis deciſ. 376. n. 1. Aymon conſ. 196. n. 2. quos ſe-*
22 *quitur Seraphinus deciſ. 1046. n. 5.* Hodie & † eſt neceſſaria monitio, vt poſſit procedi contra concubinarios, licet frequenter in conſtitutionibus Synodalibus moneantur, & licet lex hominem interpellet *cap. potuit de*
23 *locato*, & licet monitio † Synodalis habeat vim trinæ monitionis, *vt voluit gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus diſt. 18. quam ſequuntur Ottero, & ab eo relati par. 5. q. 7. n. 7.* In Synodali enim Cæſaraug. *de vita & honeſt. c. fin. fol.* [illegible]r Synodalem † & ſpecialis alia monitio requi-

quiritur,& conſtitutionem noſtram magis iuri, & rationi arridere exiſtimo *ad tradita per Nauar. conſ.* 1. *de cohab. Cler. Grillenzo.conſ.* 9. Et iuxta ſupradictam doctrinam practicandam eſſe cenſeo conſtitutionem Albarrazineñ. *in Synodal. tit.* 13.§. 7.vt monitio præcedere debeat.

Summaria Quæſtionis.17.

Capitulum non ſuccedit in ſpecialiter Epiſcopo reſeruatis, num. 1.*&* 27.

Capitulum non ſuccedit in poteſtate confirmandi Abbates, num. 2.

Capitulum an ſuccedat in poteſtate viſitādi Moniales exemptas, num. 3.

Canonici non poſſunt incarcerari à Capitulo Sede vacante, num. 4.*&* 28.

Capitulum Sede vacante non poteſt indicere clauſuram monialibus etiam exemptis, n. 5.

*Capitulum Sede vacante non poteſt corrigere regulares exemptos extra clauſtra degentes, n.*6.*& n.*29.

Capitulum an ſuccedat in poteſtate c. 6. *Seſſ.*24. *de reforma. n.*7.*&* 11.*& ſequen.&* 30.

Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in ſpecialiter delegatis, n. 8.

*Relatum eſt in referente, n.*9.

Clauſula, auctoritate noſtra, ſignificat iuriſdictionem delegatam, num. 10.

Capitulū ſuccedit in augmentis iuriſdictionis ordinar

Capitulum ſuccedit in iuriſdictione ordinaria.n.13.

Iuriſdictio ordinaria eſt, quæ ex ſpeciali priuilegio perpetuo datur, n.14.

Vicarius Capituli Sede vacante eandem, ſi non maiorem habet iuriſdictionem, ac Vicarius Epiſcopi, n.15.& 16.

Argumentum de Cardinalibus ad Canonicos valet, n. 17.

Cardinalium Collegium Sede vacante diſpenſat in reſeruatis Pontifici, n. 18.

Capitulum Sede vacante diſpenſat in neceſſarijs, n.19.& in iuriſdictione neceſſaria, n.20.

Iuriſdictio contentioſa habetur pro neceſſaria, n. 21.

Prælati inferiores non excluduntur à delegatis Epiſcopo, quæ de iure competebant, n. 22.

Epiſcopis cur delegentur, quæ de iure communi competunt, num. 23.

Capitulum ſuccedit in poteſtate exequendi pias voluntates, num. 24.

Dictio, etiam, addit. n. 25.

Ordinarij appellatione venit Capitulum Sede vacante, num. 26. & 33.

Cardinalium declarationes magnam habent auctoritatem, num. 31.

Prælati inferioris appellatione non comprehenditur Capitulum Sede vacante, n.32.nec Sede plena, n.34.

Capitulum ſuccedit in iuriſdictione procedendi cum Adiunctis, num. 35.

Quæſ-

Quæſtio XVII.

An diſcordibus Epiſcopo, & Adiunctis in electione tertij ad Capitulum Cathedrale vicinius, & paſtore vacans, tertij electio deuoluatur?

ET non ſuccedere videtur probari, quia in his † quæ priuilegio ſpeciali competunt 1
Epiſcopis, non ſuccedit Capitulum Sede vacante, *vt ex Ioanne Andrea in cap. publicato de electione, Pauino de poteſta. Capituli Sede vacante quæſt.* 4. *par.* 2. *princip. num.* 5. *docet Cucus inſtitu. maior. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 55. verbi gratia, ſi Epiſcopus habeat ſpeciale Indultum † confirmandi Abbates, vel Miniſtros generales, 2
vt in cap. ſi poſtquam. 33. *de elect. in* 6. aliud exemplum eſt *in Clemen. attendentes de ſta. monachor.* vbi Epiſcopo † competit iure ſpeciali, viſitare illas moniales 3
exemptas, quam poteſtatem ad Capitulum Sede vacante non extendi opinatur Quaranta *in ſumma Bullarij verbo Capitulum Sede vacante.* §. *quibus ſit prælibatū quæſt.* 1. *& pro ſua opinione citat Zabarellam in d. Clemen. attendentes q.* 4. *Federicum conſ.* 291. *Francum in c. vnica n.* 5. *de maior. & obed. in* 6. *eandem opinionem tenet Riccius collecta.* 880. *limita.* 6. *ex Balbo deciſ.* 522. *Franciſco Marco deciſ.* 92. *par.* 1. *vbi ponit exēplum in iuriſdictione feudali, ex Cæſare de Graſſis deciſ.* 3. *de offi. Vicar. Mariſco.* 2. *varia* 15. *n.* 16. *in fine.* Aliud exemplum *ponit idem Riccius deciſ.* 880. *limita.* 2. *ex Ioanne Paponio lib.* 1. *tit.* 3. *ar-*

4 Scilicet † in iure incarcerandi Canonicum, quod nõ tranſit ad Capitulum Sede vacante, cum ad huiuſmodi incarcerationem ſit neceſſarius cõſenſus Epiſcopi. Aliud exemplum *ponitur in c. vnico. §. fin. de ſtatu regulâr.*
5 *in 6.* Vbi clauſura † Monialium etiam exemptarum ſic permittitur Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicę delegatis, vt omnino Capitulũ Sede vacante excludatur
1 *Federicus conſ. 291. quẽ ſequitur Tuſchus litera O. concl. 185.* Aliud exemplũ *deducitur ex c. 3. Seſſ. 6. de reforma.* Vbi
6 Epiſcopus † auctoritate Apoſtolica poteſt viſitare, corrigere, & emendare regulares extra Monaſterium degentes, quod ad prælatos inferiores nõ extendi, Puteus ſententiat *deciſ. 213. lib. 3.* Et exemplo cõfirmatur
7 *ſumpto ex cap. 6. Seſſ. 24. de reform.* vbi in certis † caſibus permittitur Epiſcopis diſpenſatio & abſolutio, quibus non permittitur Capitulo Sede vacante, *vt probat Sua*
2 *rez de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. n. 13.* ex declaratione Cardinalium, quæ talis eſt. In hoc decreto non cõprehendũtur inferiores habẽtes iuriſdictionẽ ordinariã, & quaſi Epiſcopalem; ſed tantum Epiſcopi priuatiuè quoad alios, *de qua teſtimoniũ perhibent Marcilla lib. 3. tit. 9. cap. 20. in princip.* Sed Epiſcopis eſt permiſſum ſpeciale iure, vt cognoſcant de articulo diſcordię ſibi non ſubditorum, cum ius generale ſtatuat extra territoriũ ius dicenti impune parendũ non eſſe, *l. fin. de iuriſd. omn. iud.* Ergo, hoc ius ſpeciale non deuoluitur ad Capitulum Sede vacante.

quia vbi de iurę delegationis cõpetit † aliquid Epiſ-

Epiſcopis huiuſmodi delegata iuriſdictio ad Capitulũ ſede vacante non extenditur; etiam ſi huiuſmodi iuriſdictio perpetuo conceſſa fuiſſet præſentibus & futuris; *Federicus conſ.* 130. *quem ſequitur Felynus in cap. eam te num.* 17. *de reſcrip. Panor. in cap. ad abolendam in fine de hæret. quos refert & ſequitur Sanchez de matrimo. lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. Sed poteſtas data viciniori Epiſcopo competit ſiue iure delegationis, ſiue auctoritate Apoſtolica, quæ duo vnum & idem operantur *Federicus d. conſ.* 291. *gloſ. ſcholio vltimo in cap. ad abolendam* 12. *de hæret. quam ſequitur ibi Panor. num.* 15. *gloſ. ver. legat §. item circa de colla. in pragmat. S. Francus in capi. cum aliquibus num.* 4. *de reſcrip. in* 6. *Maranta in praxi* 4. *par. d.* 5. *num.* 4. *Sanchez de matrimo. lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. nam tex. in hoc cap. 6. ſeſe refert ad textum in cap. 4. ſeſſ. 6. de reforma. vbi auctoritate Apoſtolica Epiſcopi viſitant, corrigunt, & emendant, ergo diſpoſita in hoc capit. 6. competunt Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis; quia relatum † eſt in referente 9 *Auth. ſiquis in aliquo C. de edendo vbi gloſ.* 1. *deciſ.* 27. *num.* 3. & *deciſ.* 40. *num.* 2. *p.* 2. *diuerſ.* & per conſequens non extenduntur ad Capitulum ſede vante. In quo animaduertendum eſt verba illa auctoritate † noſtra, delegatum iudicem reddere, quando in principali diſpoſitiua ſunt poſita; ſecus ſi in parte executiua vel confirmatiua, *vt docet Mandoſ. part.* 1. *de ſigna. gra. cap.* 2. *num.* 266. *ex Imol. in cap. quoniam Abbas n.* 29. *de offic. delega. Dec. conſ.* 500. *num.* 11.

L 3

Digitized by Google

Sed cõtraria ſententia, quæ verior eſt probatur, quia etiam ea quæ Epiſcopis iure ſpeciali conceduntur, trãſeunt ad Capitulũ Sede vacante, vt Seſſ. 24. de refor.
11 c. 6. Nam † facultas abſoluendi, vel diſpenſandi in d. c. 6. Epiſcopis conceſſa tranſit ad Capitulum Sede vacante, & licet contrariam opinionem *cum Franciſco Suarez* Oſcæ, antecesſoris munere fungens in Decreti Cathedra conductus, ſecutus fuerim in extraordinaria lectione, *quæſt. 4. ad dictum cap. 6. Seſſ. 24.* Sed re melius perſpecta magis iuris cõſona hæc opinio mihi videtur, *quam ſequitur Cenedo in collecta. 4. nu. 3. ad lib. 6. decretal. Rodericus in quæſt. regular. tomo. 1. arti. 9. quæſt. 61. & alij quos refert & ſequitur Sanchez de Matrimonio lib. 8. diſput. 2. num. 10. & lib. 2. in Decalogum cap. 11. num. 4. & lib. 4. cap. 38. num. 17. vbi plures alios refert. & Ricciùs deciſ. ſua 533. in fine, & reſolut. practi. 118. & plures alij quos refert Barboſa ad d. cap. 6. Seſſione 24. num. 5.*

Pro qua ſententia facit, primo nam quoties additur,
12 † vel annectitur iure ſpeciali, iuriſdictioni ordinariæ Epiſcopi, ſimiliter, & in ea iuriſdictione ſuccedit Capitulum Sede vacante, *Butrius in d. cap. cum incunctis de electione Geminia. in cap. quamquam num. 3. eod. tit. in 6. Felinus in cap. verum num. 3. de foro compet. Quaranta ſupra. §. ſubſequenter*, ſiue hæc iuriſdictio fuerit addita conſuetudine, vel præſcriptione, vel alio modo, *Panormit. in cap. cum olim quæſt. 10. de maior. & Francus in cap. vnico num. 4. ne Sede vacante in 6.*

Paui-

Pauinus ſupra p. 1.*q.*9.*n.*7.ſiue hęc iuriſdictio addita fuerit iure communi; *Panor.in c.4.* §. *de adulterijs n.*17.*vbi Dec.n.*150.*extra de iud. Cenedo d.collecta.4.num.*3.

Secundò, quia Capitulum ſuccedit in iuriſdictione † ordinaria *Panor. in cap. verum num.* 9. *de for. compet. Felin. in d.cap. eamte.num.*17.*Caſſaneus in Cathalógo glor. mund.*4. *par.conſidera.* 32. §. 4. ſed illa dicitur iuriſdictio † ordinaria, quæ ex ſpeciali priuilegio perpetuo datur non perſonæ, ſed dignitati *Felinus in d. cap. licet num.*4. *de offic. ordi. Sylueſter verbo. delegatus, q.*8.*num.*11.*Couar.*3.*var. c.* 20.*num.*6. 9. *&* 10.*Sanchez de matrimonio lib.*2.*diſp.* 40. *num.* 14. Ergo Capitulum Sede vacante ſuccedit ſiue in ius nominandi tertium, ſiue in ius diſpenſandi vel abſoluēdi in caſibus expreſſis in d.c.6.ſeſſ.24.& in d.c.6.de reform.ſeſſ.25. *Nam vt notant DD.in c.quoniam, Abbas de offic.delega.* nomen dignitatis comprehendit præſentes, & futuros. 13 14

Tertiò, quia multa, quæ Epiſcopis permittuntur, & eorū Vicarijs generalibus permiſſa cēſentur *ad tradita ſupra q.*14.*funda.vnico confirma.*3.*&* 4.Sed Vicarij generales Capituli Sede † vacante nō ſunt minoris dignitatis & auctoritatis, nam vtriſlibet cauſę poſſunt delegari *de quibus in cap.ſtatutū de reſcrip.in* 6.*& docet gloſ. verbo Epiſcopi in Clem.*2.*eodem tit. vbi Cardinal.q.* 13. *n.* 15.*Anchar.n.*1.*Imola num.*20.*Sanchez lib.*8.*diſp.* 27. *nu.* 32. *de matrimo. licet Vital.in d. Clem.* 2. *num.*52.*nobis ſit contrarius*. Imò † Vicarij generales Capituli, maiorem habent auctoritatem, & poteſtatem, *vt argum-* 15

Federicus conſ. 30. verſ. ſpeciale eſt quem ſequitur Felinus in d. c. eam te. n. 13. & probatur ex eo, quia Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, *Nauar. in Manuali c. 27. à n. 256. Garcia de benef. 5. par. c. 7. n. 72.* & tamen Vicarij generales Capituli Sede vacante abſoluere poſſunt *Felin. d. n. 13 Garcia d. n. 72.* ergo, & poſſunt exercere Epiſcopis permiſſa in d. c. 6.

17 Quarto, quia valet argumentum † de Collegio Cardinalium ſede Apoſtolica Paſtore deſtituta, ad Capitulum Canonicorum ſede vacante *ex rationibus conſideratis ſupra q. 1. funda. 13. num. 30.* Sed Collegium

18 Cardinalium diſpenſare poteſt † in his caſibus qui à Romani Pontificis diſpenſatione pendent, *vt per argumentum ab ſpeciali colligitur ex cap. vnico* ibi. Non poſſit abſolui, neque etiam per Collegium Apoſtolicæ ſedis eadem ſede vacante *de ſchiſmaticis lib. 6. ex tex. in cap. licet 6. extra de elect.* ibi. Abſque vlla exceptione *gloſ. ver. non Apoſtolicus in capit. ſi quis pecunia diſt. 79. docet Iacobatius de concilijs lib. 8. artic. 9. & ex multis reſoluit Maiol. de irregularit. lib. 2. cap. 4. num. 3. Suarez nobis in iſto non contrarius diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 14. *de cenſuris, quidquid contra ſentiant Capitulus decis.* 141. ergo, & Capitulum Sede vacante poterit occurrere caſibus in vtroque c. 6. Epiſcoporum prudentiæ relictis. Argumentis contra hanc partem adductis infra fiet ſatis, *num.* 30.

undo noſtra ſententia confirmatur, ex traditis à

Docto-

Doctoribus *Panor. in cap. cũ olim q. 13. de maior. & obed. Panin. de poteſta. Capituli p. 1. q. 7. in fine, quem ſequitur Quaranta d. §. quibus ſic prælibatis q. 1.* Quod quando † eſt 19
neceſſaria aliqua diſpenſatio, Capitulum Sede vacãte in caſibus ſpecialiter permiſſis Epiſcopis poteſt diſpenſare, tunc autẽ dicitur neceſſaria diſpenſatio, quãdo Clericus depoſitus, ſeu ſuſpenſus eſſet populo neceſſarius, quod præſumitur ſi populus pro diſpenſatio ne inſtaret *cap. domino ſancto, vbi gloſ. verbo neceſſe 50. diſt. Pan. in cap. 4. §. 1. n. 20. de iud. vbi Dec. n. 24. Sahagum n. 73. faciunt tradita à Maiolo lib. 3. cap. 22. n. 4. de irregular.* quia Capitulum † ſuccedit in iuriſdictione neceſ- 20
ſaria, *iuxta doctrinam gloſſæ ver. Capituli in Clem. 1. §. 1. de heret. quam ſequitur Panor. in cap. fraternitatis n. 6. de cler. nõ reſid. Sahagun in d. §. 1. n. 64.* Sed iuriſdictio † contentioſa, quæ pertinet tàm ad cauſas ciuiles, quàm criminales eſt maximè neceſſaria *gloſ. 1. in l. 2. de offic. proconſul. quam latius declarat Quintana Dueñas lib. 1. de iuriſd. tit. 2. Martha eodem tit. par. 1. cap. 8. n. 7. Suarez ſupra diſpu. 41. ſect. 2. n. 11. & 10.* quia reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita, *l. congruit de offic. præſid.* & redditur in inuitum, *l. inter ſtipulantem 83. §. 1. ff. de verb.* ergo, Capitulum ſuccedit in hoc ius ſpeciale concordandi Epiſcopum & Adiunctos.

Tertio confirmatur noſtra principalis ſentẽtia, quia vbi aliquid in Tridentino delegatur, quod alias competebat Epiſcopis † tanquam ordinarijs non proptere a excluduntur prelati inferiores, vt in caſu c. 7. §.

de reforma. Competit ordinarijs iuriſdictio cōpellendi etiam exemptos,vt cura animarũ laudabiliter exerceatur,hæc ipſa iuriſdictio conceditur Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis *in c.8.Seſſ.7.& in c. 9. Seſſ.24.de reforma.*non propterea excluduntur prælati inferiores ordinariam, vel quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem exercentes,*vt Sacræ Congregationis teſtimonio deciſum reliquit Siptius in vna Piſcien.nullius iuriſdictionis cuius copia aſt apud Farina.deciſ.798.in recollect.ciuilib.*

23 Ideo enim † additur illa clauſula etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, vt Epiſcopus munus ſibi iniunctum maiori ſtudio,ac diligentia exequatur,non vt abroget iuriſdictionem ordinariam, *Zerola in praxi verbo viſitatio in addit.* §.3. *Sanchez d.lib.8.diſp.2.n.10.* quod confirmatur eo exemplo, nam in *Tridentino Seſſ. 22.de reforma.c.* 8. præcipitur Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, vt teſtantium voluntates exequantur, *quod & de iure communi competebat cap.3. de*

24 *teſtamen.* Ideò hæc † poteſtas ſimiliter & competit Capitulo Sede vacante *gloſ. verbo Capituli in clemen. 1. de hæret.* quam male perſpexit Martha *de iuriſdict. par. 2. c.* 10. vbi contra hanc ſententiam ſentit, *ſed eam ſequuntur Couar. in c.Ioannes n.1.& 2.de teſtamen.Matienzo lib.5.recopil. tit.4.lib.14.gloſ.1.n.47.Molina de iuſt.& iur. tomo 1.diſp.250. Sanchez d.lib.8.diſp.2.n.10.*

Sed ea quæ Epiſcopis permittuntur in d. c. 6. Seſſ. . . de reforma. non ſolum eis competunt tanquam . . atis, ſed tanquam ordinarijs, *vt colligit Rota deciſ.*

diſ. 743. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* ponderando dictionem, † etiam, poſitam in d. cap. 4. Seſſ. 6. ad quod ſe refert iſtud cap. 6. vt ſupra num. 9. Ergo, Capitulum Sede vacante tertium poteſt eligi in diſcordia vicini Epiſcopi, & Adiunctorum. Confirmatur † conſequentia, quia appellatione ordinarij maxime venit Capitulum Sede vacante *extrauag. execrabilis*, §. *cæterum de præbend. apud Ioannem* 22. Imò appellatione Epiſcoporum, & eorum Superiorum, vt in caſu Capituli cum ex eo 34. de electione, in quo licet Epiſcopis, & eorum Superioribus parochis dare licentiam ſtudendi, quod & licet Capitulo Sede vacante *ſecundum Federicum conſ.* 30. quibus ſic iactis fundamentis ante diſſolutionem contrariorum, animaduertere debes id quod de dominis pluribus iuriſdictionem pro indiuiſo exercentibus, & non concordantibus *congerit Peguera deciſ. Cathal.* 10. *per totam.* 25

26

Neque obſtat ſupra poſita prima dubitandi ratio cum ſuis exemplis, quibus reſpõdetur verum eſſe Capitulum Sede † vacante non ſuccedere in his quæ pri 27
uilegio, vel cõmiſſione particulari Epiſcopis delegãtur, ſecus vero in his quæ competunt iure communi licet ſpecialiter, *ita Cenedo d. collecta.* 4. *n.* 3. *Roder. d. art.* 9. *q.* 61. *exemplum ſit in cap. vnico.* §. *cum vero ne Sede vacan. in* 6. *c.* 1. *de inſtit. eod. lib. cap. verum* 7. *extra de foro compet. c.* 2. *extra ne Sede vacante.* In his iuribus ſic priuilegiãtur Epiſcopi, vt Capitulũ Sede vacãte excludatur & iuxta hũc ſenſum declarãda ſunt tradita à DD

in d.c.verum à Dyno in reg.1.n.21. in 6. Innoc. in c.2.de eo qui furtiue. Panor. in d.c.eam te.n.5.quam doctrinam expreſſe tradit Federicus d.conſ.291.§.3. & ſic procedit exemplum Capituli, *ſi poſt quam 33.de elect. & Clem. attendentes de ſtatu monach. & c. vnici de ſtatu regular. in 6.*

28 Exemplum † vero de incarceratione Canonici, non obſtat, quia locum habet in Eccleſijs Gallicanis vbi non viget Concilium Tridentinum *ad tradita per Nauar. conſ.1.n.29.& 32.de conſtit.& inf.n.fi.* Neque etiam

29 obſtat exemplum de poteſtate † caſtigandi regulares extra Monaſterium degentes, quia verius eſt illam poteſtatem tranſire ad Capitulum Sede vacante cum cõpetat de iure communi, *vt in illa deciſ. Cæſaraug. de qua ſupra q.12.n.30.& in deciſ.743.par.1.diuerſ.n.2.& 3.& vt diximus ſupra funda.1.§.2.* quia Capitulum, quæ cõpetunt Epiſcopis iure communi, vel vt ordinarijs & Capitulo Sede vacante competere cenſentur, quia ſunt ordinarij, *vt ſupra fundam.3.in fine.*

30 Neque etiam obſtat exemplum † cap. 6. ſeſſ. 24. de reforma. quia veriorem eſſe ſententiam probaui ſupra, Capitulum ſede vacante ſuccedere in iure abſoluendi, vel diſpenſandi in caſibus ibi permiſsis. Contra quam reſolutionem non obſtat declaratio Cardinalium, cui reſpondet Sanchez ſupra num. 10. de ea non conſtare authentice, nec ei neceſſario ſtandum eſſe, licet magnam habeat auctoritatem, *ad tradita per* [illegible]*odericum in quæſt. regular. artic. 6. tomo 1. q.12. Salas* [illegible]*o1. tracta. 14. diſp. 11. ſect. 9. num.1.* quæ reſponſio

ponſio non ſatisfacit cum ex multis conſtet prædictã declarationem emanaſſe à ſacro Cardinalium conuentu, *de ea teſtimonium perhibent, & Farinacius perpetuus Curiæ Romanæ inſecutor in ſcholijs ad d. cap. 6. in initio & Marcilla lib. 3. tit. 9. cap. 20.* Tum etiam quia † declarationes illæ tantæ ſunt auctoritatis, vt ab ipſomet Romano Pontifice factæ intelligantur, quia ea noſtra facimus quibus auctoritatem noſtram impertimur *ca. 4. de reſcrip. in 6. cap. ſi Apoſtolicæ 22. de præben. eod lib.* vt ipſamet Congregatio declarauit *ad relata per Zerolam in praxi Epiſco. verbo auctoritas, & in additione verbo abſolutio. q.* 1. quod probatur & alia ratione, quia ſi Cardinali dicenti, placet domino noſtro, magna fides eſt adhibenda, *Seraphinus deciſ.* 493. *num. fin. faciunt cumulata per Marcheſa. de commiſſ. direct. illuſtr. Card. par. 2. §. vnico num.* 1. 11. & 24. Quanto magis Congregationi Cardinalium. Quare ſecurius & modeſtius † reſpondetur appellatione prohibitiua Prælatis inferioribus facta, non comprehendi Capitulum Sedevacante, quod ſuccedit Epiſcopo, *vt optimis rationibus probat Federicus conſ.* 30. *verſ. ſpeciale eſt, & Rebuff. in tract. de congr. portio. num.* 57. *diximus ſupra hac quæſtione* §. 3. *quia multa, in fine*, & maxime quia etiam Prælati inferiores, nomine Epiſcopi comprehenduntur in materia eis adaptabili, *vt ſupra hac eadem quæſtione.* §. 3. *confirmatur,* de nomine ordinarij † clarum eſt quod comprehenditur in Tridentino omnis ille, qui iuriſdictionem ordinariam exercet *Pariſius de reſigna. benef. lib.* 3. *n...*

34 *num.* 20. *Riccius in praxi deciſ.* 614. Et ſupra tradita † doctrina habet etiam locum ſede plena, nam appellatione collatoris inferioris, non comprehenditur Capitulum *gloſ. verb. poſtulauit in capit. cum Eccleſia Vulterana* 31. *extra de elect. vbi Abb. num.* 8. *Caſſad. deciſ.* 22. *num.* 2. *de præben. Seraphin. in Oſcen. deciſ.* 980. *num.* 10.

Non obſtat ſecunda dubitandi ratio, cui reſpondetur viciniori Epiſcopo non ſolum competere ius nominandi tertium lege delegationis, ſed & lege ordinaria, vnde quod prima via denegatur poſteriori conceditur *ad tradita ſupra in hac quæſtione n.* 22.

35 Ex omnibus † ſupra dictis infertur ad quæſtionem alteram, an Capitulum ſuccedat in huiuſmodi iuriſdictione procedendi contra Capitularem delinquentem, nam non ſuccedere videbatur dicendum, *ex his quæ tradit deciſio Pariſienſis apud Ioannem Paponium lib.* 1. *tit.* 3. *arreſt.* 3. *quem refert & ſequitur Riccius collecta. deciſ.* 880. *limit.* 2. *par.* 4. vbi fuit deciſum contra Capitulum Niuernenſe, quod non exiſtente Epiſcopo Canonicum miſit in carcerem. Sed contrarium deciſum fuit à Sacra Cardinalium Congregatione his verbis. Si Epiſcopus dum viuebat, habebat auctoritatem procedendi ſine Adiunctis, quod etiam poterit Vicarius ſin minus poterat procedere, ita nec poſſit Vicarius *de qua declaratione, teſtatur Farina. ad Trident. Seſſ.* 24. *cap.* 16. §. *dubitatum fuit, Marcill. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 3. *li-*
r.

Neque

Neque obſtat ſupra allegatum arreſtum Paponij, quia loquitur de ſede plena, vt conſtat ex illis verbis. Vti Curia decernat,vt Epiſcopus & Capitulum conſentiant in Vicarios.

Poteſt vero in dubium reuocari. An Capitulum poſsit procedere ſolum cum adiunctis,plena ſede, ſed Epiſcopo non conſecrato? Et videbatur reſpondendum affirmatiuè. Nam cognitio cauſæ criminalis etiã aduerſus minores clericos,ordinis eſt,ideoquè ad Epiſcopum nondum conſecratum non pertinet, quia eſt Eccleſia vidua quæ ſponſum non habet conſecratum *gloſ.ſchol.vlti.in c. tranſmiſſam* 15. *de elect. quam ſequitur Bertach.de Epiſcop.lib.*3*.par.*2 *princ.*§*.vltimo num.*24*. tomo* 13*. part.* 2*. tracta. Cuchus inſtitu. maior. lib.* 2*. tit.* 6*. num.* 23.

Sed contra dicendum eſt,quia ſedes vacare deſinit vel à Sede Apoſt.confirmato Epiſcopo *deciſ.*182*.n.*4*. par.*2*.diuerſ.* ſeu literis Apoſtolicis Capitulo ſaltim preſentatis *Gonzal.reg.*8*.gloſ.*15*.*§*.*2*.num.* 81. *Gratianus diſc.*127. Non obſtat *gloſ.d.ſchol.vlt.& Doctores eam ſequentes* quia locuntur in Depoſitione requirenti ordinis poteſtatem,*cap.degradatio vbi Doctores de pænis in* 6. *Trid.ſeſ.*13*.de reform.cap.*4.Capitulo vero Sede vacanti prohibita eſt deſtitutio ab ordinis poteſtate dimanantẽ. *Azor inſt.moral.p.*2*.lib.*3*.c.*37*.q. xj.in fine.* Et ſic priuare beneficio poteſt, ordine non poteſt, *Rebuf.in praxi de deuolut. num.*95. *Cucus inſt. maio. lib.*2*.tit.*6 43*.faciunt dicta infr.quæſt.* 18*, num.* 14.

Summaria quæſtionis 18.

DEclarationes Cardinalium circa priuationem præbendæ ob non ſuſceptionem ordinis illi annexi, num. 1.
Cauſa criminalis dicitur ſi eſt pœna ordinaria impoſita crimini, num. 2. & 23.
Reſidentiæ vel ſuſceptionis ordinum omiſſio parificantur, n. 3.
Priuationis pœna datur pro delicto graui. num. 4.
Criminalis actio datur ſi iuri publico detrahitur, num. 5.
Canonicus non reſidens priuari debet ab Epiſcopo, & Capitulo, num. 6.
Intellectus cap. 6. *Seſſ.* 25. *de reforma. num.* 7.
Correctio præſignat iuditium criminale, num. 8.
Iudex criminalium non ſe intromittit in ciuilibus vel è conuerſo, num. 9. & 24.
Priuatio C*anonicatus eſt cauſa ciuilis, num.* 10. & 13. 15. & 22.
Sæcularis non admittitur in teſtem in cauſa criminali contra Clericum, *n.* 11. *fallit. n.* 12.
Epiſcopus ſolus olim ordine Clericum *priuare non poterat, ſed beneficio, n.* 14.
Arbitrarium non eſt quod pendet ex alterius voluntate, n. 16
Priuatio Canonicatus ſuccedit ſi monitio præceſſit, n. 17.
Intellectus cap. licet canon, & cap. commiſſa de elect. in 6. *num.* 18.
C*onditio priuationis ipſo iure ob non ſuſceptionem ordinis poteſt imponi à fundatore, n.* 19.
...e ſibi contrariæ, & C*ardinalium declarationes*

nes quomodo accipiantur num.20.& 21.

Actio ciuilis & criminalis poteſt intentari pro eodem iudicio, num. 25.

Criminalis & ciuilis iudicij diffinitiones, & differentias vide apud citatos, num. 26.

Quæſtio. XVIII.

An Epiſcopus ſolus poſſit priuare Capitularem præbenda, ob non ſuſceptionem ordinis illi annexi?

Negatiua huius partis videtur probari ex declaratione Cardinaliũ, *cuius verba refert Garcia de beneſ.3.p.c.4.n.*19.his verbis. In terminis huius decreti non potuit Epiſcopus abſq; Adiunctis procedere ad priuationem Canonicorum, ex eo quod ordines eorum præbendis annexos non ſuſceperint intra tempus à iure ſtatutũ, vel quod non reſederint, poterit tamen ſolus eas pœnas imponere ob non reſidentiã de quibus in c.12.Seſſ.24.hoc ipſum ſignificare videtur illa declaratio, *quam refert Vela de modo procedendi in cauſ. crimi.c.*1.*n.*15. Archiepiſcopo Burgẽſi tranſmiſſam, ſub hac forma. Non licet Archiepiſcopo ad priuationẽ procedere ob nõ ſuſceptos ordines cõtra Canonicos ſuę Eccleſię abſq; ſolẽnitate à Cõcilio requiſita. Cõfirmatur primo hæc ſententia ex eo, nam eſt pœna ordinaria, vt priuetur quis beneficio ob non ſuſceptionem ordinis illi annexi *c.2.Seſſ.2*[illegible]

vbi Epiſcopus priuatur Epiſcopatu ob non ſuſceptã intra bimeſtre conſecrationẽ: ſed quoties pœna eſt or-
2 dinaria impoſita pro tali delicto † cauſa dicitur criminalis non ciuilis, *vt latè docet Iulius Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 1. n. 3. Farina. vol. 3. q. 100. n. 27. cum pluribus ab eo allegatis.* Ergo non poterit priuare ſine Adiunctis, quia Epiſcopus non poteſt procedere ad pœnam ſine illis *vt infra q. 26. n. fin. & infra ad confirmationẽ primã in fine.*

Confirmatur ſecundo, quia parificãtur, vel ordines
3 † non ſuſcipere requiſitos, vel non reſidere, *vt in c. 12. Seſſ. 24. verſ. neminem, & verſ. præterea*, quia nullus eorũ ſiue non ordinatus, ſiue non reſidens poteſt ſuo muneri reſpondere *d. cap. 12. in principio cap. 4. Seſſ. 22. de reforma.* Sed Canonicus non reſidens delictum committit, *docet Crauetta conſ. 88. nu. 18. auctoritate Oldradi conſ. 198. num. 8. in fine*, vbi interpretes docent reſidentiam ſemper præſumi, quia delictum non præſumitur, *l. merito. ff. pro ſocio*: ergo eſt neceſſarius Adiunctorum in-
4 teruentus. Corroboratur † conſequentia, quia priuationis pœna imponitur pro crimine graui, *cap. ſi inuentum 16. q. 7. Abb. in cap. tuæ de pœnis, Bernard. Diaz in praxi cap. 123.*

Confirmatur tertio, quia hic agitur de commodo publico, ſcilicet de augmento cultus diuini per ordi-
5 nandum præſtando: ſed quoties † iuri publico detrahitur iure optimo ſuccedit actio criminalis, *ad traditer Caualcanum de brachio regio tit. de qual. teſt. par. 1.*

Confir-

Confirmatur & quarto † quia Canonicus ob non 6
reſidentiam priuari debet ab Epiſcopo & Capitulo
gloſ. verb. Canonicis de tab. penden. in Chor. in pragma. ſanct. optime Puteus deciſ. 15. lib. 1. in nouiter correctis.

Sed contraria ſententia, quę verior eſt, probatur imprimis, quia textus † in d. c. 6. Seſſ. 25. de refor. Loqui- 7
tur de proceſſu criminali, vt probatur ex verſ. in criminibus tamen, vbi exceptio proponitur de criminibus incontinentiæ, & alijs vbi de fuga timetur, quæ neceſſario debet eſſe de regula. *l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pen. lega. l. 1. ff. de reg. iur. & quia textus in d. c. 6. ſeſe refert ad textum in cap.* 4. *Seſſ. 6. de reforma.* vbi agitur de correctione & emendatione criminum, ponderando, quod nomen † correctio præſignat iudi- 8
cium criminale, *l. ex omnibus, ff. de off. præſ. l. 1. C. vt omnes iud. docet Mar. Ant. Mazer 3. var. reſol. cap. 4. num. 2. & expreſſe probatur in celebri & omnino videnda Seraphinus deciſ.* 710. & Auditor † cauſarum ciui- 9
lium & criminalium diuersè conſideratur & deputatus ad criminales non ſe intromittit in ciuilibus, vel è conuerſo. *l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iud. Creſcen. deciſ. 5. alias* 167. *de iudic. Seraphinus deciſ.* 377. *num. 9.*
Sed priuatio † Canonicatus reputatur pro cauſa ci- 10
uili *cap. per tuas* 32. ibi. Cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine; ſed ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueretur tanquam immeritus & damnatus *extra de Symonia.* Vnde teſtis ſæcularis † non admittitur in cauſa criminali contra Cler-

cap cum Petrus 10. *extra de accuſa. c. de cætero* 14. *de teſti-*
12 *bus*, niſi in proſecutione † ſuæ, vel ſuorum iniuriæ, *ad latiſsime cumulata per Monaldum conſ.* 162. *num.* 8. *vol.* 2.
13 admittitur tamen in cauſa † priuationis beneficij *cap.* 3. *c. tam literis.* 33. *de teſtibus*, & Clericus qui ab ordi-
14 ne † à ſolo Epiſcopo remoueri non poteſt *c.* 1. 15. *q.* 7. à beneficio per ſolum Epiſcopum deijcitur *c. inuentum.* 38. 16. *q.* 7. *c. ſi quis Abbas, vbi notauit gloſ. verbo arceantur* 18. *q.* 2. idque non alia ratione procedit quã ex eo, quod cauſa priuationis ſit cauſa ciuilis, *vt te-*
15 *nent* † *Federicus de Senis conſ.* 23. §. *contrà quilibet*, *Panormitanus & Imola in dict. cap. per tuas notab.* 1. *Felinus in d.c. ſuper his num.* 2. *Farina. vol.* 3. *quæſt.* 100. *num.* 27. *& plures alij quos refert, & ſequitur Garcia de benef.* 3. *par. cap.* 4. *num.* 20.

Secundò probatur, quia Epiſcopus pro deſignatione ſingulorum ſacrorum ordinum ſingulis Canonicatibus, conſilium non etiam conſenſum expoſtulat ſui Capituli *d. cap.* 12. *Seſſ.* 24. *verſ. Epiſcopus autem*, quod licet teneatur requirere, non tamen tenetur ſequi, *vt latius ſupra quæſt.* 1. *ad.* 7. *num.* 64. Ergo, ad priuandum eum Canonicatu, qui ſacros ordines illi annexos non ſuſcepit non tenebitur expectare Adiunctorum conſenſum, quia omnis res per eaſdem cauſas diſſoluitur per quas naſcitur *cap.* 1. *de reg. iur. in antiquis l. ferè quibuſcumque. ff. eodem tit.*

Tertiò probatur ex c. 4. Seſſ. 22. de reforma. vbi innuitur Epiſcopi arbitrio ſtatuere grauiores

pœnas

pœnas contra nõ ſuſcipientes ſacros ordines ſuę præ-
bendæ annexos non obſtante quocumque priuilegio,
vt notat Fuſchus de viſita.lib.2.cap.15.num.12.

Non autem eſſet arbitrarium † ſi ex alterius volun 16
tate penderet, *vt optimè ex Seneca lib.3.de benef. probã.*
*Menoch.de arbitra.iud.lib.*1.*q.*2.*n.* 17. ſicut non dicitur
voluntas libera, quæ ex alterius voluntate pendet, *l.*
cum quidam 24. *de lega.* 2. *diximus ſupra quæſt.*1.*n.*2.

Quartò, probatur ex Congregatione Cardinaliũ,
quæ Archiepiſcopo Burgeñ. *die* 29. *Maij anno* 1590.
ſic reſcripſit. Sine diſtinctione, verum eſt amplitudi-
nem tuam poſſe per ſe ipſam ſolam, pœna etiam pri-
uationis compellere Canonicos, & Portionarios, vt
ordines Canonicatui, vel Portioni annexos recipiãt,
quam declarationem teſtimonio ſuo confirmant Gar 31
cia *d.*3.*par.cap.*4.*n.*19.& 21. Riccius *in praxi eccleſiaſti-*
*ca deciſ.*566.*n.*2. & 3. qui ſibi eſt contrarius nam am-
pliat d.c.6.Seſſ.25. de reforma. vt procedat etiam in
priuatione Canonicatus ob non ſuſceptionem ordi-
nis, & tamen prædictam declatationem Burgenſem
ſequitur, hanc ſententiam veram eſſe in praxi, ſed non
in puncto iuris exiſtimat Vela *ſupra n.* 17. Poſſunt &
prædicta confirmari, ex his quę tradit Garcia *de benef.*
5.*par.c.*4 *n.*120. ex Sacra Congregatione his verbis. Si
pœnitentiarius vigore huius decreti deputatus renue
rit confeſſiones audire puniri poteſt ab Epiſcopo &
priuari quod intelligit ſine Adiunctis.

Non obſtant in contrarium adducta argu-

17 Ante quorum † diſſolutionem obſeruandum eſt obtinentes Canonicatus, vel Portiones, quibus ordo ſit etiam præsbyteratus annexus non eſſe priuatos ipſo iure ſi intra annum nō receperint ordines requiſitos, ſed monitionem præcedere debere, vt Sacra Cardinalium declaratio reſcripſit, his verbis. Monitus ad ſuſcipiendum ordinem, quem eius dignitas, aut Portio requirit, ſi non receperit, priuatus poterit denunciari auctoritate capit, 12. Seſſ. 24. de reforma. vbi huius declarationis teſtimonium perhibet, Farina. *verſic. ordine ſacro, & Marcilla lib. 2. tit. 8. cap. 12. litera M.* idem dicendum eſt, & de priuationis pœna *ad tradita per Leon in theſauro fori Eccleſ. par. 3. cap. 2. num. 14. & 30.*

18 Neque obſtat textus in cap. licet † canon, & in cap. commiſſa. 35. de elect. lib. 6. vbi non ſuſcipiens ordines beneficio annexos ipſo iure cenſetur priuatus, quia procedunt in parochialibus *gloſ. verbo parochialis in d. c. licet canon glo. 1. in cap. ſtatutum 22. de elect. in 6. Rebuff. in praxi tit. de non promo. num. 9. & 28. Graffis deciſ. 97. num. 47. Salzedo in praxi criminali cap. 53. n. 5. Garcia ſupra num. 10. Riccius ſupra deciſ. 564. num. 9.* & iuxta hunc ſenſum eſt accipienda declaratio illa quã ex Bela retulimus ſupra *num. 16. quicquid inuoluat Bela dict. num. 15.*

19 Sed ſi Canonicatus, † Portiones, vel Capellaniæ habent in fundatione legem priuationis ipſo iure ob ſuſceptionem ordinis requiſiti, illi ſtandum eſt

per

per omnia, *vt Rebuff. ſupra num. 17. Ricci⁹ & plures ab eo allegati deciſ. 202. Farina, deciſ. 570. cap. 5. Seſſ. 25. de reforma.*

Hoc ſuppoſito non obſtat declaratio † Cardinalium, quæ cum prior ſit manet derogata per poſteriorem, *vt aduertit Garcia d. cap. 4. num. 23.* vel ſaltim manet declarata per declarationem poſteriorem, cum leges poſteriores trahant ad ſe priores declaratiuè *l. non eſt nouum 26. l. ideoque 27. vbi Dionyſius Gottifredus & Cumanus lib. 1. commentar. cap. 8. col. 6. ff. de legib.* Garciæ ſententia confirmatur ex ſimili de † Rotæ deciſſionibus, nam ſi contrariæ reperiantur, poſterioribus ſtandum eſt *Franciſcus Pauinus in præfatione ad extrauag. Ioannis 22. §. deciſiones Rotæ.* Non obſtat ſecunda declaratio, de cuius intellectu actum eſt ſupra ad nu. 17. 20 21

Non obſtant 1. 2. & 3. confirmatio † quibus probatur cauſam non ſuſceptorum ordinum intra legitimum tempus eſſe cauſam criminalem non ciuilem, quibus reſpondetur, quod licet agatur de crimine nõ tamen eſt cauſa criminalis, ſed ciuilis *cap. ſuper his. 16. extra de accuſa. vbi Felinus num. 2.* ait, quod vbi non imponitur † pœna delicti naturalis, non videtur agi criminaliter, & quod ſolam ſententiam ſpectamus non criminis genus, *l. quod ad ſtatutum 12. ff. de pœnis*, & ideo iudex deputatus pro appellationibus in cauſis criminalibus non cognoſcit de ſententia † pecuniaria, licet actum eſſet criminaliter, *vt in Rota ciſ. 10. de appella. in antiquioribus, quam ſequitur M* 22 23

de arbitra.lib.1.quæſt.82.num.4. Azeuedo ad Curiam Piſanam lib.4.c.6.n.13. Gutier. quæſt.ciuil.lib.1.q.107.n.4. & fuit ſententia Abbatis in rubr.de iudic.n.5. & aliorũ quos refert & ſequitur Farinatius in praxi criminali volum.3. quæſt.100.num.27.

25 Item reſpondetur, quod pro vna, & eadem cauſa poteſt agi criminaliter † & ciuiliter, & vnum iuditium ab altero non impeditur, *tex. eſt in §. In ſumma. inſtitu. de iniurijs* exemplum ſit in vſura, *vt latius proſequitur Martha in deciſionibus Piſan. voto. 52. & nos latius diſputauimus q. 15. num. 15. & 16.* ad ſolutionem argum. ſi hæc cauſa agatur criminaliter, Epiſcopus non poteſt procedere ſine Adiunctorum conſilio, & aſſenſu, ſecus ſi ciuiliter; tunc autem cauſa agitur criminaliter, quando proceditur per viam accuſationis non per inquiſitionem *cap. ſuper his. 16. t. qualiter & quando verſi. ad corrigendos de accuſationibus, vt cum Abb. & alijs in cap. fin. in fine reſoluit Vela ſupra num. 19.* Differentias quam

26 plures † inter cauſas ciuiles & criminales cumulat Caualcanus *de Brachio regio par. 1. à num. 49. & de qualitateſt. part. 1. c. 30.* Diffinitiones vero & diſcrimina cauſę ciuilis, criminalis, & mixtæ nullus ac Cauedo *deciſ. 14. & Farin. conſ. 85. par. 1.*

Non obſtat vltima conſideratio, quæ procedit vbi ius commune eſſet in viridi obſeruantia, vt Epiſcopus conſuleret Capitulum pro grauibus *ad latius conſidera quæſt. 1. ad ſolutionem 7. argum. num. 66.*

SVM-

Summaria quæſtionis 19.

Nigrum debet conuenire rubro, n.1. ſed non ſemper, n.2.
Intellectus Concilij Triden. Seſſ. 24. c. 12. verſ. neminem, n. 3. 7. & 13.
Oppoſitio ad Canonicatus graduatorum quam requirat ætatem, num. 4.
Intellectus Concilij Tridentini c. 3. Seſſ. 7. de reforma. n. 5.
Dictio præſertim, num. 6.
Promoueri ſtatim poſſe, vel infra annum poſſe promoueri parificantur, n. 7.
Intellectus Concilij Tridentini Seſſ. 22. c. 4. verſ. nec alijs, n. 8
Ætas ad ordines, num. 9.
Dictio integre, num. 10.
Ætatis attingentia ſufficit ad ordines, n. 11.
Archidiaconi etiam ſine cura debent habere ætatem completam 22. annorum, n. 12.

Quæſtio XIX.

An qui intra annum immediate ſequentem poteſt initiari ſacris requiſitis ad præbendam, ſed non qualibet parte anni ſit admittendus ad illam?

HÆC quæſtio non videtur conuenire rubro de iuriſdictione Adiunctorum contra quod adnotari ſolet *per tex. in l.* † *Inde in diem addictione Panor. in cap. bonæ n. fin. de*

2 *tione.* Sed non ſemper † hæc regula vera eſt, ſi conſideres nigrum & rubrum *in cap. ex parte* 12. *de offic. delega. l. Titia* 85. *ff. ad legem falc. & ea quæ ex Cuiatio obſeruat Quintana Dueñas lib.* 2. *Eccleſ. num.* 94. *& quæ ex Bardaxi noſtro in tit. quod Ripa Curtia n.* 1. & quando libri titulo quæſtio non conueniat, proximè tamẽ accedit, & quæſtionem præcedentẽ non extra rẽ exornat.

Quid in propoſito diſſeratur, exẽplo patefiet, Canonicatum præsbyteralem quis impetrat, qui habet 23. annos cum dimidio iſte in rigore intra annum ſequentem poteſt ordinari, ſed non in qualibet parte anni. *Hoc exemplum proponitur à Zerola in praxi Epiſcopali verbo beneficium.* §. 1. *verſic. ad dignitates.*

Videtur in hac quæſtione dicendum, ſine dubio ætatem ſufficere huiuſmodi viro talem vt intra annum poſſit ordinari ordine requiſito, licet ſtatim nõ poſſit
3 ordinari, quod videtur expreſſum *in Tridentino* † *Seſ.* 24. *de refor. c.* 12. verſ. neminem. in illis verbis. Ad dignitatem Canonicatum, aut Portionem neminem recipiant, niſi qui in tali ſit ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum initiari valeat quorum verborum auctoritate hoc ſentire videtur *Azor, inſtitu. moral. lib.* 6. *c.* 5. *q.* 5. *p.* 2. nam ait, quod in Canonicatibus in quibus requiritur Sacerdotiũ eſt neceſſarius annus vigeſimus quintus incœptus, aut certè ea ætas, vt infra annũ ad Sacerdotiũ poſſit promoueri. *Hoc ipſi expreſſius ſentit Læſius de iuſt. & iur. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 110. Quæ ſententia corroborabilis eſt, ex declaratione

Cardi-

Cardinalium, quam commemorant Doctores. *Gonz. reg.8. gloſ.5.num.95.edit.2.ſequitur Gratianus diſcep.591. n.7. par.3.* Ex qua conſtat ingreſſum 21.annum poſſe Canonicatum in Cathedrali obtinere in qua non eſt facta deſignatio ordinum, vel vbi eſt facta deſignatio ingreſſum 23. vel 24. annum diaconilem, vel præsbiteralem Canonicatum reſpectiuè poſſe obtinere.

Sed contrariam ſententiam ſcilicet quod in promouendo ad dignitatem, Canonicatum, aut portionẽ, requiritur talis ætas, vt ſtatim ordine requiſito poſſit initiari, ſequuntur *Maiolus lib.1.de irregular.c.30. n.12. Pariſius de reſign.benef.lib.4.q.9.n.13.& 14. Zerola in praxi ſupra dicto verſ.ad dignitates, Dynus & Panor. allegati infra in 1.& 2.funda. Leo in theſauro fori eccleſ.2. par.c.3. n.18.& 22. Hugolinus de offi. Epiſcop. c.19.n.2.verſ.quare, Nauar.conſ.8.n.2.de præbend.* ibi: modo habeat ætatem iuſtam ad ordines *Garcia de benef.7.par. c.4. n.22. Riccius reſolu.prac.c.239.hoc ipſum innuit Vitalinis in clem. 1.n.54.& ſequenti de æta.& qualita.* nam ait eſſe neceſſariam habilitatem à principio pro beneficio requirenti ordinem.

Ex quo ſequitur quod ad graduatorũ † Canonicatus non debeant admitti oppoſitores ij qui vel Canonicatui annexo Ordine non ſint innitiati, vel Ordini neceſſariæ ætatis non ſint. Salua diſtinctione adhibenda inter Subdiaconilem, & reliquos Canonicatus *de qua infra num.12.* 4

Pro qua facit imprimis Tridentina Synodus

3. de reforma. Seſſ. 7. vbi cauetur inferiora beneficia præſertim curam animarum habentia conferri debere perſonis habilibus iuxta conſtitutionem editam in Concilio Lugdunenſi, quæ incipit, licet canon, ſed in cap. licet canon 14. de elect. in 6. beneficia conferri prohibentur perſonis quæ non ſint talis ætatis, vt ſtatim poſſint ordinari ordine ad curata beneficia neceſſario: ergo dum Tridentina lex poſtulat ætatem ordinis beneficio annexi, poſtulat, & vt talis ſit quod ſtatim illum obtinere valeat.

6 Vt hoc magis firmum remaneat † pondera dictionem illam, præſertim, de qua in d. cap. 3. cuius natura eſt exprimire caſum minus dubitabilem, *vt de dictione maxime notat gloſſa verbo maxime in cap. auditis 29. de elect. & de dictione præſertim Panor. in cap. per tuas in 1. num. 5. de ſymonia Menochius de arbitra. lib. 2. caſu. 543. num. 12. centu. 6. Sanchez lib. 8. de matrimonio diſputa. 22. num. 17.*

Vnde non immerito Dynus *in reg. non firmatur 18. n. 3. in 6. Panor. in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 1. &* 3. docuerunt ætatem requiri in prouidendo ad beneficium, quæ eſt neceſſaria pro annexo ordine beneficio *argum. tex. in d. §. inferiora, & in d. c. licet canon, & in c. cum ex eo. 34. de elect. lib. 6.*

7 Secundo pro hac ſententia ponderatur, quod iure † [illegible]naria ſunt, vt infra annum quis poſſit promoueri, vel [illegible]d ſtatim poſſit promoueri, *vt patet in c. ei cui 29. de* [illegible] *in 6.* vbi ſimpliciter dicitur prouiſum in beneficio

ficio Sacerdotali vel debere eſſe Sacerdotem, vel in ta li ætate conſtitutum, vt poſsit ad Sacerdotium promoueri, vbi conſidera Romanum Pontificem non appoſuiſſe illam qualitatem, vt infra annum Sacerdos poſſet ordinari, ſed ſimpliciter dixiſſe, vt poſſet ad Sacerdotium promoueri, quod magis confirmatur ex declaratione gloſæ in verbo ætate in d. cap. ei declarante, id eſt, vt attingat vigeſsimum quintum annum *ex deciſ. 1. Rotæ num. 1. de præbend. in nouis quæ ſe referens ad d. c. ei cui 29.* declarat id eſt vt infra annũ poſsit promoueri *idem declarat & Rebuffus in praxi titulo forma noua prouiſsionis §. & qualibet alia fol. mihi 146. allegatque dictam deciſsionem 1. & deciſsionem 41. de conceſſ. præben. in antiquis.*

Tertiò, quia illa verba *Trident. ſeſſ. 22.* † *cap. 4. de reforma.* nec aliјs impoſterum fiat prouiſio, niſi his qui 8 iam ætatem & cæteras habilitas integrè habere dignoſcũtur. Significant quod requiritur ætas legitima actualis ad ordinem annexum, non enim dicitur idoneus ille, qui non habet actualiter omnes qualitates requiſitas *vt ex Mohedano deciſ. 7. de præbend. Puteo deciſ. 337. n. 2. & 3. lib. 1. & Selua. de benef. 3. p. q. 52. num. 1. reſoluit Gonzal. reg. 8. gloſſa 5. num. 105.* Sed ætas † legitima ad ſubdiaconum eſt attingentia anni vigeſimi ſe 9 cundi, ad Diaconatum attingentia vigeſimi tertij, ad presbyteratum attingentia vigeſimi quinti anni, *vt in eodem Triden. Seſſ. 23. de reforma. cap. 12.* ergò non ſufficit habere ætatem, vt intra annum quis poſsit

nari,ſed ætas illa eſt neceſſaria,vt ſtatim poſsit ordinari *ad tradita per Vitalinis in d. Clemen. 1. de æta. & qual. num. 54. & 55. Nauar. conſ. 8. num. 2. de præbend. & alios quos refert , & ſequitur Garcia d. par. 7. capit. 4. num. 25.*

10 Pro qua ſententia ponderanda eſt dictio † illa integre *dicti cap. 4. Seſſ. 22.* non enim integre eſſet qualificatus qui diminutam non integram haberet ætatem ad ordinem ſui beneficij neſſariam *argum. tex. in capit. non eſt & in cap. commiſſam de decim. capit. dilecto de præbend. cap. cum inter de verb. ſignifi. proſequitur Rebuffus in l. Syluas 30. §. integre ff. eodem titulo.*

11 Ideo autem dixi ſufficere † attingentiam 22. 23. & 25. annorum, quia annus cæptus requiſitus ad ordines habetur pro completo, *vt docent Nauarrus in Manuali cap. 25. num. 116. & Gutierrez lib. 1. canonicar. q. cap. 26. à num. 8.* & ſic Congregationem ſacram Cardinalium declaraſſe refert *Garcia d. cap. 4. num. 21. Vbameſius conſ. 47. num. 4.* Hoc fallit in Archidiacona-
12 tu, † qui licet curam animarum non habeat,ætatem Vigeſimi ſecundi anni debet habere completam , *vt ſacram Congregationem declaraſſe pro Triden. Seſſ. 24. cap. 12. §. Archidiaconi, teſtis eſt Garcia d. cap. 4. num. 67. & Marcilla lib. 2. tit. 8. cap. 11. littera G.* & ſane optimo iure,quia in d. cap. 12. cauetur Archidiaconos nō debere eſſe minores 22. annis,minor autem dicitur annis, qui illos non compleuit *l. 1. l. 3. §. minorem l. minor. ff. de minoribus gloſ. verſ. in decimo octauo anno in clem. 3.*

clem. 3. de æta. & qual. Mandoſ. de minor. ætate cap. 5. num. 105. quidquid dicat Zerola in praxi verbo beneficia §. 1. verſ. ad dignitates, & alij relati ſed non ſecuti à Garcia. d. cap. 4. num. 69.

Quartò, pro eadem ſententia facit *deciſ. 26. de reſcrip. in nouis*, vbi hæc verba. Cũ de Canonici ætate in regula agitur annus inceptus pro completo non habetur quia ex augmento temporis, reip. fauor attenditur. Item facit doctrina Garciæ 7. part. cap. 4. de beneſ. num. 29. vbi cum dicatur omnes Canonicatus ſaltim requirere ordinem ſacrum, affert declarationem Cardinalium his verbis. Congregatio cenſuit quod etiam in Eccleſia vbi non fuit facta diſtributio ſacrorum ordinum requiritur quod prouiſus de Canonicatu ad minus attingat 22. annum & collationem factam habenti 20. tamen, non valuiſſe. Et confirmatur *ex deciſ. 269. num. 3. lib. 3. p. 3. diuerſ.* vbi auditor qui debet eſſe ſacerdos ſaltim debet eſſe in tali ætate vt ſtatim poſſit ordinari.

Non obſtant pro contraria parte conſiderationes factæ, nam falſæ ex neceſſaria interpretatione apparent ex iuribus, ex ſacris declarationibus & tot tantiſq; & deciſſionibus & Doctoribus contrariũ tenentibus & decidentibus, quæ omnia in fundamẽtis ſatis ſunt perpenſa.

Summaria quæſtionis 20.

I*Ntellectus Concilij Trident. Seſſ. 25. cap. 6. verſ. in criminibus, num. 1. & 6.*

Suſpectus de fuga comprehendi poteſt à iudice incompetenti, num. 2.
Suſpectus de fuga quando quis dicatur, num. 3.
Incontinentia quomodo probetur. num. 4.
Concubinatus pœna an requirat monitionem. n. 5.
Carceratus quam cautionem, & quando dare debet, n. 7.
Carcerari Sacerdotes de facili odioſum eſt, n. 8.
Sacerdotum delicta non ſunt publicanda, n. 9.
Carcer non fuit inuentus ad pœnam, n. 10. *fallit n.* 11.
Carcerandus quando non ſit delinquens, n. 12.
Appellatio ab indebita carceratione rectè interponitur, n. 13.

Quæſtio XX.

Quando Epiſcopus poßit ſine Adiunctis ad neceſſariam Capitularium detentionem procedere?

1 Concilium † Tridentinum in hoc cap. 6. verſ. in criminibus tamen Seſſ. 25. de reforma. ſtatuit. In criminalibus ex incontinentia prouenientibus (de quibus cap. 14. ſeſſ. 25.) & in atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, quod Epiſcopus poſſit initio ſolus ad ſummariam informationem procedere, & detẽtionem neceſſariam, uod decretum & iuri communi conſonat, *c. vt fama ſenten. excommu.* in tantum vt de fuga † ſuſpectus ..ir etiam à iudice incompetenti *ex Myſingerio centu.*

centu. 2. obſerua. 65. notat Aloyſius in collectan. deciſ. 260. late Farin. de carcer. quæſt. 27. num. 76. tomo 1. Foller. in praxi criminali canonica cap. 14. nu. 4. Quando dicatur quis ſuſpectus † de fuga tradit *Cancer. var. reſolu. capit. 10. num. 13. Saluſtius in praxi ind. lib. 2. cap. 23. Phæbus deciſ. Portugaliæ 54. par. 1. idem tradit* & D. Seſſe *de inhibitionibus cap. 9. §. 2. num. 44. & 46.* tractans de iudice in competenti qui poteſt de fuga ſuſpectum clericum captione detinere. 3

Ad iuſtificationem autem capturæ quæ debeant præcedere Hypolitus *in l. 1. num. 15. ff. de quæſtionibus,* quomodo † probetur in continentia late tractatur maxime in materia Concubinatus *à Farin. 4. par. q. 136. ab eodem conſ. 38. 78. & 85. par. 1. Riccius deciſ. 76. p. 1.* An vero requiratur † monitio vt incurratur Concubinatus nouiſsime tractat Grillenzonius *conſ. 19. & Ottero par. 3. diſputa.* Quod ſi Epiſcopus ſit in poſſeſſione † vt ſolus procedat ad ſummariam informationem, & ad capturam in caſibus non expreſsis in præſenti verſiculo. In criminibus tamen, illud ius Epiſcopo ſeruandum eſt, *ad tradita per Rotam proponente Illuſtriſſimo Mantica deciſ. 180. num. 6. & deciſ. 207.* 4 5 6

An vero captus † propter ſuſpitionem fugæ debeat cauere vt extrahatur à carcere, & quod iudicio ſiſtet, & quod iudicatum ſoluet, *late diſputat Riccius deciſ. 61. part. 1.* 7

Non abs re alicui videbitur ſi quidem in hac quæſtione de incarceratione Capitularis egimus, bre-

8 monere, iuri non eſſe † conſonum, aut rationi, Sacerdotes alioſve Clericos pro leuiſſimis culpis in carcerem conijcere, nam Concilium Tridentinum d. c. 14. Seſſ. 25. conſtituit Clericum conuictum de crimine incontinentiæ, primo tertiam partem reddituum beneficij amittere, ſecundo à beneficio eſſe ſuſpendendum, tertio tandem eo eſſe priuandum, at in fine ſubdit, Clericos vero qui non habent beneficia carceris pœna, & alijs pœnis eſſe puniendos, quæ in iure Canonico ſunt præſcriptæ, plane ſignificans Clericos habentes beneficia pro crimine incontinentiæ non eſſe in carcerem conijciendos ante ſententiam, vt patet per argumentum á contrario ſenſu, quod valet in iure, *l. 1. ff. de offi. eius, id etiam declarando dictum Tridentinum diſponit conſtitutio Eborenſis Archiepiſcopatus tit. 16. à princip. vt refert Baſconcellos diuerſ. iur. argum. lib. 1. cap. 5. num. 11. qui in propoſito latius digreditur*, prædictorum ratio eſt, nam quando Clerici in iudicio de ſimi-
9 libus delictis publicè accuſantur † infamiæ notam aliquam incurrunt *argumen. cap. fin. de cohabita. Cleric.* Sed & publicatur magis ſi Clerici carceribus mancipantur, ex quo ſequitur populi ſcandalum, dignitatis Clericalis dedecus & contẽptus, diuini cultus ſubtractio, ipſis delinquentibus alimonia, quam præcipuè celebratione comparant. *Id ipſum, & ius commune comprobat, ſi Bernardum legas in praxi criminali cap. 6. num. 7. vbi* [illegible]*do.* Huc ſpectat, quod de iure ciuili, carcer † non [illegible]entus ad pœnam, ſed ad cuſtodiam. *l. aut dam-*

num

num. §. *in ordine*, & §. *ſolet l. mandatis* 35. *ff. de pœnis*, de quo puncto plures diſputantes congeſtos, *vide apud Valenzuela conſ.* 43. *num.* 159. quòd & ius Canonicum admittere clarum eſt *iuxta regulam cap.* 1. & 2. *de nou. oper. nunc.* Et regulariter verum eſt, nam † aliquando 11 Iudices pronunciant carcerem ſuccedere loco pœnæ, *vt pluribus teſtimonijs ſententiauit Viuius deciſ.* 628. *num.* 2. & aliquando criminis exceſſus & enormitas coniectionem carceris perſuadent, vt in dicto verſic. in criminibus, *cap. Clericos de ſenten. excommun. d. cap.* 14. *Seſſ.* 25. *cap. tuæ de pœnis, cap. quamuis eodem tit. in* 6. *proſequitur Segura in directorio Iud. eccleſia.* 2. *par. cap.* 13. *num.* 4. Hæc vero Carceris † coniectio minime erit neceſſaria, quando pœna corporalis non ſit imponenda reo, quando ſatis dederit reus, vel diues fuerit, *l.* 1. 12 *ff. de cuſtod. reor. vbi Barth. notat Boſsius in praxi crimin. tit. de carcerato fideiuſſoribus committendo, Iulio Claro in praxi quæſt.* 46. *num.* 7. *Panormitan. in cap. legebatur de maior.* & *obed. num.* 1. *vbi Felin. num.* 2. *Segura d. c.* 13. *num.* 11. & 13.

Ex his licita † erit appellatio ab indebita carceratione cuius grauamen inter ea connumerantur, quæ per appellationem à diffinitiua reparari nequeunt, *vt Cardinales interpretes declararunt ad cap.* 1. *Seſſ.* 13. *de reforma. vbi Farina.* §. *per diffinitiuam*, & *ſuo more repetit Marcilla lib.* 4. *tit.* 10. *cap.* 5. *plures huius ſententiæ authores congerit Barboſa Seſsio.* 24. *capit.* 20. *de reform. num.* 10. 13

Summaria Quæſtionis. 21.

INtellectus cap. 4. Seſſ. 6. de reforma. n. 1. & 8.
Relatum eſt in referente, num. 2.
Capitularium appellatione veniunt Canonici, n. 3.
Dignitates & Capitulum ſunt diuerſa, n. 4.
Dignitates non veniunt appellatione Capituli etiam ſi de conſuetudine ſint Capitulares n. 5. & 18.
Maior non venit appellatione minoris, n. 6.
Optio Canonicis permiſſa, non etiam Dignitatibus conceditur. num. 7.
Dictio, vero, eſt aduerſatiua. n. 9.
Exceptio præponderat generi, n. 10.
Dignitates ſine Adiunctis non poſſunt carcerari in Eccleſia Conchen. n. 11.
Dignitates accipiunt dotem ex menſa communi, n. 13.
Maior honore, & maior eſſe debet prærogatiua; n. 14.
Dignitates nomine & fine præſtant, n. 15.
Canonicorum officium n. 16.
Dignitates gaudent Adiunctis ex declaratione Cardinalium, num. 17.
Dignitates comprehenduntur appellatione Capituli in multis, n. 18. & 5.
Canonici veniũt appellatione Clericorũ in fauorabilibus, n. 19
Dignitatibus & Canonicis multa conueniunt, n. 20. & 22.
Canonici veniunt appellatione Dignitatum, n. 21.
...nitas ſuperueniens auget non minuit, n. 23.
...s Collegiatarum non gaudent Adiunctis, n. 24.

QVÆS-

Quæſtio XXI.

An Epiſcopus ſolus poſſit procedere contra Dignitates non Capitulares?

AFfirmatiua videtur probari nam textus † in 1
hoc cap.6.Seſſ.25.de reforma.ſeſe refert ad
textum in c.4.Seſſ.6.de reforma.Sed textus
in d. c.4. agit de modo procedendi contra Capitula-
res,ampliat & reſtringit: ergo Epiſcopus contra Dig-
nitates non Capitulares abſque Adiunctis poteſt pro
cedere.

Dicta ſigillatim probãtur,primo quia relatum † eſt 2
in referente *iuxta vulgaria iura Athentica ſi quis in aliquo.*
C. de eden. vbi gloſ. 1. deciſ.27.n.3.& deciſ. 40. n.2.p.2.
diuerſ. Secundo,quia † Capitularium appellatione nõ 3
veniunt alij quam Canonici, *Panor.in c.cum olim n.7.&*
8. *de re iud.& in c.1.n.13. in c.ſcriptum n.4.de elect.Feli-*
nus in proœm.decretal.§.Gregorius nu. 16.Rota deciſ.411.
n.6.par.1. diuerſ.Oranus in vna Calagurritana iuris votandi
apud Farina. in recollectis deciſ.658.

Quinimo diuerſa † cenſentur Dignitates & Capi- 4
tulum *cap. ex parte Decani, ibi Decanus & Capitulum, de*
reſcriptis.c.bonæ in prin. ibi, *Præpoſito & Capitulo de poſtu-*
la.præla.c. dilecti 13. de maior.& obed.vbi Panor.notab.1.
obſeruat Dignitates, Capellanos,& Beneficiatos c
rentes Canonicatu non eſſe de Capitulo *c.2.de* in
vbi Innoc. docet quod Clerici qui præben

Eccleſijs,ſi non habent ibi ius Canonicatus,nullo mo do ad electionem,vel ad alia facta Capituli vocantur.

5 Ex quibus † *Genuenſis in praxi Archiepiſcopali,c.85.n.21* appellatione Capituli Dignitates cōprehendi, etiā ſi de cōſuetudine vocē habeat in Capitulo,expreſsè ne-

1 gat,*vide infra q.23.*& quod Canonicorū appellatione Dignitates nō veniant probatur,quia maioritate præſtant Dignitates Canonicis, *c.ſtatutū de reſcript.in 6.vbi notarunt omnes,late Conſilium Paduanum apud Franciſcum Zabarellam n.59.Lancello. in templo iud.lib.2.c.7.nu.18.*

6 Sed † minoris appellatione non venit maior, *c.fin. de præbend.c.cum in illis eod.tit.in 6.deciſ.343.n.2.deciſ.592. num.etiam 2.par.1.diuerſ.*Ergo, non veniet dignitas Ca

7 nonici appellatione. Vnde & optio † Canonicis permiſſa,Dignitatibus non conceſſa creditur. *Calder.conſ. 5.de conſtitu.Gonzal.reg.8.gloſ.34.n.91.Moneta de optione canonica q.1.c.4.n.2.*

Nihilominus contraria ſententia,quæ verior eſt efficacioribus nititur argumentis, primo ex d.c.6. Seſſ. 25.verſ.qui vero,vbi hæc verba. Qui vero nō obtinēt Dignitates,nec ſunt de Capitulo,hi omnes Epiſcopo ſubijciantur: ergo,qui obtinent Dignitates etiā ſi Ca pitulares non ſint, Adiunctorum prærogatiua gaudēt.

8 Si replices deductionem † iſtam colligi per argumentum à contrario ſenſu, cui non eſt locus, quoties interpretatio fit contra ius, *l.nec emere, C. de iure delib. 2.in c.ſignificaſti de for.compet. quam ſequitur ibi Panor.* Reſpondeo aſſiſtere potius quam reſiſtere ius,vt

Epiſco-

Epiſcopus in membrorum ſuorum cauſis de membrorum ſuorum conſenſu procedat, *vt ſupra q. 1. fundam. 2. 3. 6. 9. & 13. probauimus.*

Rurſus reſpondeo dictum verſiculum, qui vero, eſſe exceptionem regulæ propoſitæ, vt Epiſcopus de Adiunctorum conſenſu procedat in cauſis ſuorum Capitulariũ, vt patet ex dictione † illa *vero*, quę eſt aduerſatiua, *l. cum filius in principio, ff. de verbor. cap. at ſi Clerici, §. de adulterijs vbi Decius n. 2. extra de iud. notat Bart. in l. ſi ita ſcriptum de liber. & poſthum. vbi Alex. & Iaſ. n. 4. & plures alij quos refert & ſequitur* Cenedo *ſingulari.* 99. Exceptio † vero cum ſit caſus ſpecialis, generi præponderat, *l. 1. l. in toto iure ciuili, ff. de reg. iur. c. generi eodem tit. in 6.* Vnde & Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica *deciſ.* 207. *num.* 8. Deciſum † relinquit in cauſa Adiunctorum Sedis Conchen. iuriſdictionem carcerandi, vel Dignitates, vel Capitulares in illa Eccleſia, quæ Adiunctorum reſeruatione gaudet eſſe communem Epiſcopo, & Capitulo. 9 10 11

Secundò fundatur hæc ſententia, quia non eſt nouum vt diuerſæ profeſsionis reperiantur clerici † in vna Congregatione, & tamen omnes ſint exempti *cap. fin. §. pen. in fine de ſtatu Menoch.* & quod † dignitates dotem accipiant ex bonis Capituli, *vt præſuponit Felynus in cap. cum acceſſiſſent num.* 14. 15. & 16. *de conſtitu.* vnde ſuccedit illud Pauli 1. ad Corinth. cap. 10. num. 17. vnum corpus, multi ſumus, qui de pane participamus. 12 13

14 Tertiò, fundatur hæc ſententia, quia qui † maioribus fulgent honoribus maioribus, & debent gaudere prærogatiuis, *vt ſupra q.1.fundaměto 13 latius.* Sed Dig
15 nitates † honore præcellunt, vt colligitur primo ex nomine, nam Papa vocatur dignitatum apex, Epiſcopus dignitatum culmen, & dignitates ſimpliciter qui in Cathedralibus, & Collegiatis ad decorem, & ſplendorem Eccleſiæ ſunt inſtituti, *vt ex Oldra.conſ.259.n.3 obſeruat Tuſchus litera D.concl.*428. Secũdo ex fine propter quem fuerunt inuentæ ideſt non ſolum ad conſeruandam, ſed etiam augendam Eccleſiaſticam diſcipli-
16 nam *c.12.Seſs.24.de reforma.* At Canonici † conſeruãdæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ miniſtri, *ad late tradita per Rodericum Zamoren.Epiſcopum in ſpeculo vica humanæ c.* 19. Adiunctorum prærogatiua lætantur, ergo & dignitates à fortiori qui eccleſiaſticam diſciplinam & conſeruant, & augent.

17 Quartò, quia Sacra † Cardinalium Congregatio *apud Marcillam lib.4.tit.7.c.22.* hoc ipſum inſinuat, cuius verba ſunt. Cap.6.Seſſ.25.verſ.qui vero non obtinent dignitates præſeruare, nedum quæ habent adminiſtrationem cum iuriſdictione, ſed etiam illas dignitates, quæ pro talibus habentur in Eccleſia.

18 Quintò, quia in fauorabilibus appellatione † Capituli comprehenditur Archipresbyter, Decanus & ſimiles, *vt docet gloſ.verbo nullatenus per tex.ibi in cap.poſt* [illegible]*nem.§.cum igitur de conceſſ.præbend. Felinus in proœ*-[illegible]*al.§. Gregorius num.16.per textum in cap. fin. de Symo-*

Symonia, vt ſimili appellatione Clericorum in fauorabilibus † comprehenduntur Canonici, *vt ex Card.* 19
Allex. in c. Cleros diſt. 21. & Panor. in c. 2. n. 5. de cohabita. cler. & mulier. obſeruat Lancellotus in templo Iudicum lib. 2. c. 1. §. 4. n. 3. c. per exemptionem de priuileg. in 6. Franciſcus Marc. q. 1122. n. 3. proſequimur latius in Canonicali par. 6. cap. 2.

Sextò à ſimili, nam † ſicut Canonici fidem profiteri tenentur, & coram Epiſcopo, vel eius Vicario generali, *& in Capitulo c. 12. §. prouiſi Seſſ. 24. de reforma.* Sic & dignitates, vel perſonatum obtinentes, *vt Farina. ex Sacra Congregatione atteſtatur in d. §. prouiſi & repetit Marc. lib. 1. tit. 2. c. 14. § 1. in fine*, & ſicut Dignitates, & Canonici vno eodemque habitu decorantur, ſic vno eodemque exemptionis genere potiri debent, *vt argumentatur Zabarella conſ. 2. Paduano num. 25.* 20

Item, quia † in cap. 4. Seſſ. 22. de reforma. in Triden. cauetur, vt Dignitates perſonatus, & officia obtinentes muneri ſuo ſatisfaciant, ibi. Canonicorũ nulla mentio fit, quis dubitet? de eis & intellexiſſe Tridentinum eos tamen non nominaſſe, quia cum loqueretur de Dignitatibus, perſonatibus, & officijs de omnibus etiam Canonicis intellexit. 21

Item, & à ſimili † aſſociationis quam facere compelluntur Epiſcopo ſuo non ſolum Canonici, ſed & Dignitates *d. c. 12. Seſſ. 24. §. omnes vero*, etiã dũ ſacros ordines cõfert *Seſſ. 23. de refor. c.* 8. etiam extra S ſed intra ciuitatem, vt Sacram Congregati... 22

claraſſe in illis capitibus refert *Farina. Marcilla. Barboſ. n. 61. Zerola in praxi, verbo Capitulum. §. 11.*

23 Septimò, & pro hac † ſententia ponderari debet textus *in l. falſa demonſtratio.* 33. §. 1. *ff. de cond. & demonſtra.* in illis verbis, Non idcirco legatum amittit, quia poſtea anulos ab Imperatore acceperit, nam honor eius auctus eſt, non conditio mutata, *l. per adoptionem, ff. de adoption. l. 1. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſ. edic. l. creditores* 12. §. *Papinianus. ff. qui potior in pigno. & in Codice Fabriano lib.* 1. *tit.* 3. *diffinitione* 13. *num.* 7. vbi Dignitas non minuit, ſed auget, minueret vero ſi poſſeſſio maioris qualitatis ex Dignitate prouenientis Adiunctorum prærogatiua priuaret. Supra dicta

24 † intelligit *Langhecrucius de vita & honeſta. Cano. lib.* 6. *cap.* 8. de Dignitatibus in Cathedralibus conſtitutis, nam in Collegiatis Eccleſijs, & contra Canonicos & contra Dignitates ſolus procedet, niſi Collegialis Eccleſia maiorem acquiſiuerit iuriſdictionem, quia tunc huius Capituli 6. decreto ſubiecta remanebit, *ad tradita in hoc eodem tractatu q.* 2. 10. *& q.* 11.

Non obſtant ſupra poſitæ dubitandi rationes, quibus reſpondetur ex traditis *in fundamen.* 1. 3. 4. *&* 5.

Summaria quæſtionis 22.

INtellectus legis penult. verſic. mulieres, ff. ad municipal, num. 1. 11. *&* 28.

[In]tellectus cap. 1. *de priuileg. in* 6. *n.* 2. *&* 16. *&* 29.

... delinquens extra corpus Eccleſiæ punitur cum Adiunctis

iunctis, num. 3. & 33.
Intellectus Concilij Triden. Seſſ. 14. c. 8. n. 4. & 35.
Collectores ſi delinquant extra Diœceſim, an gaudeant exemptione? n. 5. & 27. & 36.
Exẽptus poteſt prorogare iuriſdictionẽ Iudicis ordinarij, n. 6.
Delinquens in loco prorogat iuriſdictionem Iudicis loci, n. 7.
Culpam committens voluntarie pœnæ ſeſe ſubijcit, n. 8.
Exemptus, ratione Curæ ſubijcitur, n. 9. ratio n. 10.
Cardinalis in Curia maiorẽ habet ſplendorem quã extra n. 12
Epiſcopi iuriſdictio in Capitulares eſt limitata, n. 13.
Salmantini Scholaſtici deciſio explicatur circa eius exemptionem, n. 14. & 31.
Salmãtinæ Vniuerſitatis priuilegia à quib⁹ Põtific. cõceſſa n. 15
Exemptio ratione loci & perſonæ, vel perſonæ duntaxat latius patet, n. 17. & 30.
Correctum ius præſtat argumentum ad declarationem, n. 18.
Metropolitanus delinquens in Diœceſi ſuffraganei ab illo puniebatur, n. 19.
Toletani Archiepiſcopi excõmunicati ab Aragonũ Epis, n. 20
Crucis delatio Patriarchis ſolis permittitur extra Prouinciã, n. 21
Eps in Collegio cõſideratur nõ vt dignitas, ſed vt collega, n. 22
Archidiaconus extra Diœceſim cenſetur vt priuatus, n. 23.
Praxis eſt attendenda, n. 24.
Abbas S. Ioannis punitus ab Archiepiſcopo Cæſaraug. n. 25.
Oſcẽſis Cãtor & Canonicus punitur ab Archiepõ Cæſar. n. 26
Exẽptus ratione perſonæ, in ciuilib⁹, vbi res eſt cõuenitur, n. 37
Delinquens in aliena Diœceſi, & ibi non punitus punitur in pria, n. 34. Et abſolutus iniuſtè, an poſſit puni-

Quæſtio. XXII.

An Epiſcopus cum Adiunctis procedat contra Capitularem alterius Diœceſis, ſed in ſua delinquentem?

1 RAtio dubitandi ſumitur ex tex.in l. penult. verſ.mulieres. ff. ad municipal. vbi mulieres, quæ legitimè non contraxerunt, non in domicilio viri, ſed in originario muneribus funguntur, & *additio ad Panor.in cap.vltimo n.* 11.*de foricompet. allegat Vbaldum in ſua Margarita verbo conditiones in fine* affirmantem delinquentem extra originem eſſe puniendum iuxta ſtatutum originis; ergo, & delinquens extra Diœceſim erit puniendus cum Adiunctis, ſi eorũ conſilium, & conſenſus in delinquentis Diœceſi deſideratur.

2 Secundò, quia aut exemptio † circumſcribitur loco, aut perſona, ſi loco, extra locum delinquens punitur, ac ſi exemptus non eſſet *cap.* 1.*de priuileg. in* 6.*c.* 11.*Seſſ.*24.*de reforma.in Triden. docet Couar. pract. c.* 11. *verſ. igitur, vbi ſic interpretatur textum in cap. tuarum, & in.cap.cum capella de priuileg.* Si exemptio circumſcribitur perſona vbiuis perſona exempta delinquat, exẽptione gaudet *Panor. in d.c.tuarum num.*8. *Butrius n.* 19. *verſ. in prædicta, Socin. in d. c. cum capella num. etiam* 8. Sed hæc exemptio videtur conceſſa in fauorem per[...]; ergo, huius quæſtionis affirmatiua clare patet; [v]idetur probari ex Sacræ Congregationis reſ-

ponſo

ponſo *ad d. c. 6. vbi Farina. §. contra aliquem* † *ex contentis & Marcillæ lib.4. tit.7. cap.20.litera N.*vbi atteſtantur Illuſtriſſimos reſpondiſſe dictum Capitulum habere locum,ſiue intra corpus ſuæ Eccleſiæ,ſiue extra ciuitatem deliquerint Capitulares. 3

Tertiò,& pro hac † parte ponderari poteſt textus *in Concilio Triden.Seſſ.* 14. *de reforma.c.*8.vbi Epiſcopus 4
qui ratione priuilegij poteſt contra ſibi non ſubditos alias procedere in delictis atrocioribus,quandó deueniat ad pœnę inflictionem,eam debet imponere cum interuentu proprij Epiſcopi, vel perſonæ ab eo deputatæ.

Quartò,quia Subcollector † delinquēs extra Diœceſim in qua ſubcolligere mādatur & exemptione ibi gaudet,ſi verum teſtatur Zerola *in praxi verſ. exempti.* §. 6. 2. *par. qui eodem verbo.* §. 5. huiuſmodi exemptiones reuocatas à Sixto V. fuerat atteſtatus *in* 1.*par.* 5

Contraria nihilominus ſententia, quę verior eſt, probatur efficacioribus argumentis, primo quia hi qui † ſunt exempti taliter quod non ſint immediatè 6
ſubiecti Apoſtolicæ Sedi, poſſunt prorogare iuriſdictionem Iudicis ordinarij, & ei ſe ſubmittere, *vt per Federicum de Senis conſ.* 14. *Felin. in c. cum omnes n.* 8. *de conſtitu. Iaſ.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret n.9.de pactis, Seraphinus deciſ.* 595.*num.* 7. dummodo prorogatio non contineat alterius præiudicium quam prorogantis *Geminian.conſ.*83.*nu.*9. *Corneus conſ.*214.*n.*8.*lib.*2. *retus conſ.*102.*n.*18.*Doctores in cap. ſi diligenti de*

pet. Pro qua ſententia eſt textus in cap. cum tempore de arbitr. & in l. ſicut §. 1. *ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* ſed
7 delinquens † prorogat iuriſdictionem Iudicis illius loci in quo delinquit, *vt Matheis de prorogatione iuriſdictionis* 1. *par. à num.* 27. *tomo.* 3. *inter tractatus*, & de-
8 linquendo ſe † voluntarie pœnæ ſubmittit *gloſ. verbo honorari in l.* 1. §. *denique ff. de poſtulan.* ergo Capitularis de quo agimus bene potuit exemptioni renunciare in hoc caſu, quo, adiuuatur à prorogatione legis non alias, *vt q.* 7.

9 Secundò quia † Canonicus qui eſt & curatus, ratione curæ Animarum ſubeſt Epiſcopo ſine obſtaculo exemptionis *cap. cum capella.* 29. *de priuileg. innouato à Tridentino Seſſ.* 24. *cap.* 11. *de reforma.* ſicut & regularis qui quantumcumque exemptus, ratione curæ, manet in ſubiectione Epiſcopi *cap.* 11. *Seſs.* 25. *de regular. in Triden. docet Panor. in cap. fin. num.* 11. §. *ſi vero de for. compet. Couar. d. cap.* 11. *num.* 5. *docet Rota in vna Salmantic. deciſ.* 736. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. cuius doctrinæ rationem aſignat Illuſtriſſimus Seraphinus in vna Burgenſi deciſ.* 1058. *num.* 4. Dicens & loquens de Cano-
10 nico exempto, quod † quotieſcumque ſuperuenit aliqua qualitas in qua aliud ius ſtatutum reperitur, prior illa qualitas non impedit, quominus reſpectu alterius qualitatis, non ſit ſeruādū ius de ea ſpecialiter loquēs: ergo, Canonicus quantumcūque exemptus ratione illius nouæ qualitatis, delicti ſcilicet in alieno territorio à ſolo eiuſdē territorij Epiſcopo puniri poteſt.

Tertiò,

Tertio,& pro hac ſententia eſt † textus in l. ſunt 11
quædam ff. de extraordinar. crimin. vbi pro corrigendo delicto non priuilegium delinquentis attenditur, ſed mos Prouinciæ in qua deliquit *textus in l. 3. C. vbi ſenator. vel Illuſtres ibi crimen publicum priuatumuè in alma Vrbe vel in Prouintijs ingeratur vbi Senatores exemptionis priuilegio fruantur modo in Vrbe, vel in Prouintijs Vrbi ſubiectis deliquerint, textus in Authen. qua in Prouintia C. vbi de criminibus agi decidens*, vt in qua quis Prouintia deliquerit ibi omni priuilegio ceſſante expediatur. Corroborantur & dicta in hoc fundamento ex celebri † Baldi dicto *in rub. de offic. Proconſ. quem ſequitur* 12
Felynus, & declarat in cap. paſtoralis num. 12. de offic. delega. Petrus Gamb. de offic. lega. lib. 2. num. 102. ſcilicet quod licet omnis ordo accipiat ſplendorem à Principe, non tamen æqualiter reſplendet ille qui abeſt, ac ille qui eſt in præſentia, & ſic Cardinales in Curia digniores ſunt quam extra. His iungenda ſunt quæ de comparatione Canonicorum cum Illuſtriſsimis Cardinalibus diximus *ſupra q. 1. fundam.* 13.

Quartò, quia forma præſcripta † à Tridentino Seſ. 13
25. cap. 6. vt Epiſcopus vel eius Vicarius contra Capitulares non poſſint procedere niſi de aſſenſu, vel vnius, vel duorum Capitularium, eſt limitatiua duobus modis, primo quatenus dictum Capitulum ſeſe refert *ad cap. 4. Seß. 6. de reforma.* vbi Congregatio Sacra Cardinalium declarauit, *teſtibus Farin. ſuper eodē & Mella lib. 4. tit. 7. cap.* 2. loqui de Epiſcopo reſpe-

Capitularium. Item eſt limitatiua poteſtatis Epiſcopis conceſſæ *in d. cap.* 4. vt ex declaratione Cardinalium ſuper eodem Tridentino teſtimonium perhibet *deciſ.* 743. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ.* ergo limitatum debet producere effectum, vt loquatur de forma procedendi dũtaxat ab Epiſcopis cum Capitularibus ſuarum Cathedralium, ne limitatio in limitato recipiat extenſionem contra ea quæ notarunt Doctores *in l. age cum Geminiano C. de tranſactio facit regul. textus in l. in agris* 16. *ff. de acquiren. rer. domin. exornat Surdus conſ.* 287. *num.* 18. *Decianus conſ.* 78. *num.* 43. *vol.* 3. quod procedit etiam ſi limitatiua conceſſio fiat propter publicam vtilitatẽ, *vt probat Achiles Pedrocha conſ.* 37. *num.* 65. *&* 66. *fol.* 241. *& in materia iuriſdictionis arguit Burſa. lib.* 1. *conſ.* 108. *num.* 25. & confirmatur per argumentum à ceſſatione rationis de quo per Doctores *in cap. cum ceſſante extra de appellatione* quia delinquẽs iſte in aliena Diœceſi eiuſdem Epiſcopi, non eſt conſiliarius, non eſt membrum, non eſt frater, quæ Adiunctorum aſſociationem ſuadent, *vt ſupra d. q.* 1. *fundamento* 6. *&* 13.

14 Quintò, pro hac ſententia pondero † triplicem Rotæ deciſsionem in cauſa Scholaſtici Salamantini, *quem Seraphinus deciſ.* 595. *num.* 1. fatetur eſſe exemptum ratione perſonæ in his quæ tangunt conſeruatoriam, ſed ſubditum Epiſcopo ratione Dignitatis, & Canonicatus. Altera eſt contraria ſed non omnino & auctorem [illegible]et D. D. Franciſcum de Penia principalem huius [illegible]chidiaconum & Rotę ſacræ Decanum, is enim in

in eadẽ cauſa die 5. Iunij de anno 1591. probat Scholaſticum eſſe exemptum omnimodè, quia priuilegia † 15
conceſſa Vniuerſitati Salmantinæ, & Scholaſtico ab Eugenio IIII. Innoc. VIII. & confirmata à Iulio II. Leon. X. & Clemente VII. non ſunt reſtricta ad Scholaſticum tanquam conſeruatorem Vniuerſitatis: ſed generaliter ſunt enunciata, & tertia auctorem habet *Seraphinum deciſ. 1022. num. 2.* vbi hæc verba. Iuriſdictio, quę ob delictum acquiritur in non ſubditum, acquiritur ſine vlla limitatione, *repetit & Farina. deciſ. 93. in recollectis criminalibus:* ergo, & ſimiliter illa exceptio de qua ſermo noſter eſt reſtringetur ad qualitatem illam, vt ſit Canonicus, & Capitularis iſtius ſui Epiſcopi, & non extendetur ad alienum Epiſcopum, cuius nec eſt Canonicus, nec Capitularis.

Sextò, & pro hac ſententia † *eſt textus in cap. 1. de* 16
priuileg. in 6. in illis verbis. Nec coram ordinarijs ipſis dummodo in loco exempto ſit commiſſum delictum conueniri poſſunt aliquatenus, qui textus innouatur à *Tridentino Seſſ. 6. cap. 14. de reforma quem textum intelligit Couar. pract. c. 11. n. 5. de priuilegio certo loco circumſcripto; & ſequuntur Riccius pract. reſolu. cap. 169. & Mart. deciſ. Piſ. voto 159. num. 4.* Panor. vero *in c. cum Capella nu. 11. de priuileg. vbi Felin. n. 5. quos reprobat Couar. ſupra verſ. tametſi,* latius accipit de priuilegio locali & perſonali, ergo ſiue Abbatem, ſiue Couar. ſequamur, ſemper erit verum dicere, exemptum puniri vt talem delinquat in loco exempto, niſi priuilegium †

conceſſum,& loco & perſonis,vel perſonis,quia tunc delinquens etiam extra locum exemptum,exemptione gaudet *Marti. Anton.3.var.c.& n.4. Martha d. deciſ. 159.n.5. optime in deciſ. 145.par.2.diuerſ.*

18 Septimò. & pro hac ſententia † ius commune licet correctum poteſt allegari ad ſimilitudinē inducendā, & declarationem legis nouæ *proſequitur Sarnen. cum pluribus ab eo allegatis reg. 1.q.9.* Sed de iure cōmuni Metro

19 politanus † qui eſt Iudex ſuperior ſuorū ſuffraganeorum,cui ſuffraganei ſubſunt *c. inferior diſt. 21.c. per ſingulas,c. ſi autem 9.q.3.* imò & ordinariam in prophanis & ſpiritualibus ſupra Epiſcopos iuriſdictionem exercet, *vt diſputans reſoluit ex multis Marcellus Megallius in inſtitutionibus Confeſſariorum lib.& par.1.c.8.q.2.num.3.* ſi in ſui ſuffraganei territorio delinquat ab illo punitur,nō obſtanti ſui honoris qualitate *gloſ. celebris verbo cauſa in c.1.3.q.6.* licet hodie secùs ſit, *vt in Triden. Seſſ.24.de reforma.c.5. vt vtrumque proſequitur Riccius reſol. pract. c. 211.* Ergo, ſi qualitas Metropolitani non iuuat delinquentem apud ſui Epiſcopi territorium, minus iuuabit Canonicatus , ſiue Capitularis qualitas eum, qui apud alienum Epiſcopum delinquit. Illud aduerte *cum Innocentio in c. ſtatuimus de maior. & obed. & Guido Papa q.328.* quod non eſt tuta prædicta opinio reſpectu ſui Archiepiſcopi à ſuffraganeo puniendi , ſi in eius Diœceſi delinquat, ſed nec iure antiquo Archiepiſcopum delinquentem in Diœceſi ſuffraganei illius effi- [illegible]ditum, *ex Calder. in cap. 1. de reſcript. probat Grauat.*

uat. ad Veſtrium in praxi lib. 3. cap. 9. num. 20. Sicut
reſpectu Archiepiſcopi alieni, quem etiam primatem
in non ſua Diœceſi delinquentem ab Epiſcopo poſſe
puniri, experientia docuit in hoc noſtro florentiſſi-
mo Regno † vbi D. Petrus Lopez de Luna primus 20
huius Sedis Cæſaraugustanæ Archiepiſcopus cenſu-
ris compulit D. Ioannem ab Aragonia Archiepiſco-
pum Toletanum ne erecta cruce coram ſe vteretur in
hoc Archiepiſcopatu, & D. D. Dalmatius de Mauri
& Cerbellon, & Ioannes de Baltierra ille Cæſarau-
guſtanus Archiepiſcopus, iſte Epiſcopus Tiraſonen.
eadem conſtantia propter eandem cauſam contra D.
D. Ioannem de Contreras Toletanum Archiepiſco-
pum proceſſerunt *referente Çurita noſtro lib. 14. Annal.*
cap. 8. Crucis namque † delatio extra Prouinciam ſo- 21
lis Patriarchis competit, *Bouad. lib.* 3. *polit. cap.* 2. *n.* 18.
litera F. Stephanus Gratianus diſcepta. Forenſ. cap. 467.
num. 62.

Confirmatur & hoc fundamentum *ex l. 3. ff. de of-*
fic. præſ. gloſ. fin. in cap. 1. de raptoribus, gloſ. verbo proce-
dant in Clemen. vnica, de for. compet. vbi Præſes extra † 22
ſuum territorium delinquens; vt priuata perſona
conſideratur, & Epiſcopus in Collegio conſidera-
tur, non vt dignitas Epiſcopalis, ſed dignitas Colle-
gialis; *Abbas in cap. poſtulaſtis, num. 8. de conceſſ. præb.*
Caſſaneus in Catalogo glor. mund. 4. par. conſidera. 45. *gloſſa*
in cap. à collatione, vbi Geminianus num. 6. Franc. 4. de
appella. in 6. Seraphinus deciſ. 1058. *Gratianus diſ-*

Forenſ. c. 298. n. 48. Boerius de auctorita. magn. conſil. num.
65. vt in deciſ. Seguntin. 288. par. 1. recoll. apud Farina:
23 & Archidiaconus † cuius dignitatis præſtantiam exi-
tollit Duarenus *de beneſi. lib. 1. capi. 12. Lancellotus 1.*
inſtitu. tit. 24. Moſconius de maieſta. eccleſ. lib. 1. cap. 12.
Si in alia Diœceſi delinquat, vt priuatus reputatur
Caputaquen. deciſ. 307. par. 1. Capic. deciſ. 27. num. 26.
Franc. deciſ. 138. quos refert & ſequitur Riccius reſolu.
pract. cap. 211. num. 3.
24 Octauo, quia praxis † huius Archiepiſcopatus,
quæ conſiderabilis eſt in deciſione cauſarum; *Cutia in*
memorabilibus verbo lege iudiciaria pag. 428. Montan. de
auctorita. magn. conſil. num. 170. Paz in praxi in initio nu.
25 11. Sic ſeruauit *anno* 1485. in quodam † Abbate San-
cti Ioannis de la Peña, qui à Curia Iuſtitiæ Arago-
num fuit remiſſus D. Archiepiſcopo Cæſaraug. quia
in eius Diœceſi deliquerat, non obſtanti exemptio-
ne ab eo allegata, *vt atteſtatur Molin. in reporto. fol.*
220. §. *manifeſtatus fuit colum. 2. & anno* 1616. in cau-
26 ſa criminali contra Cantorē † & Canonicum Oſcen-
ſem, contra quem venientem contra Pragmaticam Il-
luſtriſſimi Principis Don Petri Gonzalez de Mendo-
za Archiepiſcopi Cęſarauguſtanę Sedis pietate, honeſ-
tate, & manſuetudine inſignis, eiuſdē tūc Vicarius Ge-
neralis nobilitate & doctrina celebris Licenciatus D.
Petrus de Molina Granateñ. Eccleſię Metropolitanæ
Prior, omnimoda iuriſdictione iuridice & intrepide
ceſſit. In cauſa † ſimiliter Subcollectoris Apoſto-
lici

ſici qui deliquit in alia Diœceſi quam in ea , in qua ſubcolligebat idem praxis Neapolitana cenſuit apud *Riccium deciſ.* 178.*par.* 1.

Non obſtat primum † argumentum cui reſponde- 28
tur falſo ab additione Panormitan. allegari dictum Vbaldi in Margarita, qui contrarium dicto in additione tenet, his verbis Florentinus delinquens in ciuitate Senen. gaudebit beneficio ſtatuti Senenſium, *l. ſunt quædam ff. de extraordin. criminib.*

Non obſtat ſecundum argumentum † quia reſpon 29
deo in materia, de qua agimus exemptionem principaliter eſſe conceſſam in fauorem loci cum illa qualitate, vt ſit Capitularis illius Epiſcopi, in cuius Diœceſi deliquit *ad ponderata ſupra funda.* 5. *& probatur aperte ex deciſione Seraphini in cauſa Burgenſi quæ eſt* 1058.*n.* 1.
Vbi agens † de exemptione Canonicorum in corre- 30
ctione, deciſum teſtatur , caſum Capituli *cum capella de priuileg.* nõ aplicari caſui ſuo, quia in *d. c. cum capella*, agitur de priuilegio perſonæ conceſſo, quæ exemptio poſſet eſſe adeo plena, vt plus tribuat, & ita limitata, vt reſtringat, *iuxta gloſam verbo nunquid vbi Ioan. Andr. n.* 2. *in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *& in d. deciſ. Domini Peniæ* † 31
de qua in dicto fundamento 5. vbi deciditur, quod ſi Scholaſticus Salmantinus fuiſſet exemptus ratione qualitatis Conſeruatoriæ, non extenderetur eius priuilegium ad Dignitatem, & Canonicatum , quem illa Sede obtinebat. Hanc deciſionem in fine o- huius ſubnectam, & eius exacta diſputatione

& amore inſignis illius Salmantinæ Academiæ omniū ſcientiarum matricis, apud quam iuriſprudentiæ per
32 nouennium vacaui. Aduerte † tamen opinionem illā Couar. & aliorum, de qua in argumento procedere in cauſis criminalibus, non etiam in ciuilibus in quibus exemptus perſonæ ratione, vbi res eſt, conuenitur, *vt Rota cenſuit apud Aldobrandinum deciſ.* 702. *p.* 1. *diuerſ. & Seraphinus dicta deciſ.* 1058. *num.* 1.

33 Neque obſtat † ſi replices de Cardinalium declaratione in argumento allegata, quia Illuſtriſſimi non reſpondent delictum à Capitularibus patratum extra Diœceſim eſſe puniendum de Adiunctorum conſilio, & aſſenſu, ſed patratum extra Eccleſiam, vel ciuitatē.

34 Illud certum † eſt, quod ſi in aliena Diœceſi Capitularis deliquiſſet, & ibi non fuiſſet punitus ab alieno Prælato, à ſuo poſſet Epiſcopo cum Adiunctis caſtigari, ſicut & quilibet Clericus poteſt puniri propter delictum extra Diœceſim commiſſum, iuxta magis cō munem ſententiam quam plurimorum teſtimonio cō firmat Riccius *deciſ.* 111. *par.* 1. *& pleniſsimè Farina. par.* 1. *q.* 7. *à num.* 19. *diſputat Fachineus controuerſ.* 9. *c.* 20. An autem ſemel punitus poſſit iterum puniri, *optime Farina.* 1. *par. q.* 4. *&* 5. An vero abſolutus ſemel in loco delicti poſſit rurſus inquiri in loco domicilij? *idem Farina. d. par.* 1. *q.* 7. *n.* 26.

Non obſtat tertium † *ex cap.* 8. *Triden. Seſſ.* 14. *de* [illegible]*na.* quia loquitur de priuilegio particulari, quod [illegible]piſcopus procedendi contra non Subditos,

vt

vt conſiderat Burſatus conſ. 446. *n.* 11. *lib.*4. *optime Sacra Congregatio quam refert Guillemart, ibi in prætermiſſis pagina* 692. nos loquimur de facultate à iure communi conceſſa, vt quis poſſit delinquentem in ſuo territorio punire, *cap. fin. de for. compet.* Diſcriminis ratio ea eſt, vt ius commune ampliari, priuilegia conueniat reſtringi, *vt vtrumque probat Sarnen. & pluribus confirmat in regula de Idiomote q.*1. *in prin.*

Non obſtat quartum, quia † contrarium ſeruari recentius Aloyſius teſtatur *dicta deciſ.*178. *parte* 1. 36

Salmantina exemptionis CORAM D. D. Penia 5. Iunij 1591.

IN ciuitate Salmantina eſt celebris & antiqua Vniuerſitas, multis Romanorum Pontificum donata priuilegijs, innumeris Regum Hiſpaniæ munita præſidijs, quia in ea ſpeciali quadam prærogatiua litteratorum omnium videtur conſidere domicilium litterarum muſæum & quaſi commune liberalium artium & ſcientiarum emporium ac linguarum Hebraicæ, Græcę, Arabicę, & Chaldeæ florere peritia *Clemen.* 1. §. *vt igitur de magiſtr.* & non immerito Leo Papa X reſcripto quodam ſtudio Salmantino priuileg... buente enunciauerit prædictam Vniuerſit...

alias totius orbis Vniuerſitates peritiſſimis cuiuſque profeſſionis linguarum, & iuris Doctoribus, quos in notabili numero indies producit eximio ſplendore innoteſcere, & per eam fidem orthodoxam non ſolũ conſeruari, verum illius vndeque diffuſa doctrina amplius extolli & amplificari, cui propterea decuit excellentem aliquem virum quaſi gymnaſiarcham præficere, quem tunc reſcripta Pontificia tũ eiuſdem Vniuerſitatis conſtitutiones, imprimis vero xxij. xxiij. & xxxiij. Scholaſticum appellarunt. Is vt ad eam dignitatem & præfecturam aſſumatur, vt xxxiij. Conſtitutione cauetur, aut in iure Canonico, vel Ciuili Doctor, vel in Sacra Theologia Magiſter idoneus bonæ vitæ & conuerſationis honeſtæ; & ſufficientis literaturæ, ac talis denique probitatis eſſe debet, vt nulla apud eum exceptio perſonarum habeatur. Magnam habet Scholaſticus iuriſdictionem, nam ſicut xxij. cõſtitutione definitur ad prædictum Scholaſticum pertinet audire, examinare, decidere, & determinare omnes & ſingulas cauſas ciuiles & criminales Doctorũ, & Magiſtrorum, Licenciatorum, & Bachalaureorum & ſtudentium in quacumque facultate, officialiumq; omnium Vniuerſitatis & familiarium, & continuorũ commenſalium, vt declaratur Conſt. lxviij. lib. 1. tit. vij. nouæ recopila. legum Hiſpaniæ. Vnde factum eſt, [illegible] tanquam Conſeruator priuilegiorum, immunitatũ, [illegible]mptionum omnium perſonarum & executor [illegible]ionum, ordinationum, & ſtatutorum Vniuerſitatis

ſitatis eiuſdem, Iudex ordinarius conſtitutus, cui ipſa Vniuerſitas immediatè poſt Sedem Apoſtolicam ſubijcitur in eadem ciuitate Salmantina publicum Tribunal cum Iudicibus à ſe ſubſtitutis Locumtenentẽ executorem, Apparitores & Nuntios, Notarios, & alios neceſſarios miniſtros & carceres teneat, vt teſtes art. 8. vigore remiſſoriæ examinati conformiter teſtificantur, eam porrò iuriſdictionẽ Scholaſticus priuatiuè quoad Epiſcopum Salmantinum, & quemlibet alium Iudicẽ exercet, nam conſtitutione xxiij. cautum extat, ne quis de gremio Vniuerſitatis ratione ſubmiſsionis, delicti, vel rei ad cuiuſvis inſtantiam coram quocumque Iudice eccleſiaſtico, vel ſæculari, ſed ſolum coram Scholaſtico Salmantino, vel eius Vicario ciuiliter, vel criminaliter conueniri poſsit, aut quo quomodo trahi, permiſſa tamen iuriſdictioneEpiſcopo Salmantino, vt xxij. conſtitutione docetur, quantum ad ſibi Subditos Clericos ſuę ciuitatis & Diœceſis, nam quantum ad dictos locus eſt præuentioni iudicij, cũ poſsint, vel corã Epiſcopo, vel corã Scholaſtico cõueniri. Tametſi vero qui in tã inſigni Vniuerſitate contra tã innumeras & egregias ad eã vndiq; ſtudiorũ gratia confluentes, tàm late patentem exercet poteſtatem, ab Epiſcopali iuriſdictio ne merito foret cenſendus immunis, nihilominus ante paucos annos Reuerendiſsimus Dominis Epiſcopus Salmantinus licet fateretur præfatum Scholaſticum ratione officij & Conſeruatoriæ eſſe exemptum & pe tus liberum, ſibi tamen ſubiectum fore putauit

Scholaſtriæ, quæ eſt illuſtris dignitas in Cathedrali Ecclesia Salmantina, cum iure conſtitutum extet exemptum ratione certę rei vel loci, non cenſeri exemptum reſpectu alterius rei, vel loci, vt in terminis de quibuſdam Canonicis Capellæ Ducis Burgundiæ exemptis ratione Canonicatuum, ſubiectis tamen ratione Eccleſiarum parochialium quas ab Epiſcopo Lingonieñ. obtinebant, *decreuit Innocentius III. in cap. cum Capella de priuileg.* quo potiſsimum fundamento, cùm ad fauorem Reuerendiſsimi domini Epiſcopi Salmantini ſuperioribus annis R. P. D. Seraphinus Oliuarius Sacræ Rotæ nunc Decanus pronunciaſſet, ſed domino ſcholaſtico remiſſoria conceſſa fuiſſet, ea re producta ad inſtantiam Doctoris Franciſci Gaſca Salazar moderni ſcholaſtici viri omni virtute & literarum ſcientia præſtantis. Ego in hac ſecunda inſtantia præſupoſitis teſtibus vigore remiſſoriæ pro parte ſcholaſtici legitime examinatis, & priuilegijs, & conſtitutionibus Vniuerſitatis, dubitaui *an textus in d. cap. cum Capella de priuileg. obſtaret in hoc caſu*, ita vt Scholaſticus non poſsit dici exemptus à iuriſdictione Reuerendiſsimi domini Epiſcopi Salmantini. Et quia pars domini Epiſcopi ſæpius citata non comparuit antea ad informandum inſtante procuratore dicti Scholaſtici, cauſa diu dilata, tandem propoſita Sabbato die 5. Iunij præſentis anni 1591. Domini Auditores concorditer tenuerunt *dictum cap. cum Capella*, nō obſtare quo minus Scho Vniuerſitatis Salmantinæ dicatur plene exemptus

ptus à iuriſdictione Epiſcopi Salmantini. Fuit enim primo conſideratũ Apoſtolica reſcripta Eugenij IIII. Innocentij VIII. ſucceſsiue per Iulium II. Leonẽ X. & Clementem VII. confirmata tribuentia Scholaſtico Salmantino, vt nullus de Vniuerſitate poſsit coram quoquam alio Iudice, quam coram eo conueniri, non enunciari conceſſa, tanquam Conſeruatori, vel contemplatione alicuius alterius particularis qualitatis, ſed Scholaſtico ſub nomine, & qualitate Scholaſtici, ita vt fateri oporteat ipſum non vti Conſeruatorem, vel in ſolis negotijs Vniuerſitatem reſpicientibus, ſed ſimpliciter & abſolute etiam vti dicta dignitate Scholaſtriæ præditum, exemptum eſſe, nam cum priuilegium conceſſum alicui eſt proportionabile ſub omnibus qualitatibus in eo concurrentibus, & eſt conceſſum ſub nomine appellatiuo, tunc potius cenſetur aboſolute quã contemplatione alicuius certæ qualitatibus conceſſum *Abbas in cap. quoniam Abbas nu. 8. verſ. ſi autem ex verbis, & nu. 13. verſ. quid ſi duo de offic. delega. quem ibidem ſequuntur Decius num. 41. verſ. tertio Abbas concludit, & Beroius nu. 88. verſ. ex verbis Abbatis*, illa enim expreſſio dignitatis & qualitatis Scholaſtici operatur, vt diſpoſitio cenſeatur facta de illo, velut de tali qualis enunciatur *Abbas conſ. 115. nu. 1. verſ. præterea vbicumque lib. 2.* ſicut de eo qui ſe procuratorem nominauit, vt cenſeatur etiam ſi id non exprimat intuitu eius qualitatis actũ geſiſſe *traditur in l. quacumque. ff. de procura. Bart. in ff. de inſtitu. Siluanus conſ. 8. incipit quoniam ſolet*

ſequent. idem iudicium fit de eo qui heres, qui tutor, qui nepos nominatur, aut de quo ſub certa qualitate fit mentio, *Romanus conſ.* 88. *in principio Alberi. conſ.*42. *num.* 3.*Alciatus conſ.* 3. *nu.* 14.*lib.*2.*Purpuratus conſ.* 14. *nu.*11.*Egidius deciſ.* 5. *& deciſ.*423.

Præterea eadem reſcripta Apoſtolica perſonis Vniuerſitatis priuilegia exemptionum tribuentia, poſt expreſſos Rectorem Scholaſticum, Doctores & Magiſtros continent illa verba, aliaſque Vniuerſitatis perſonas. Vnde patenter infertur, Rectorem, Doctores, & Scholaſticum, qui eſt Conſeruator & Iudex ordinarius ſtudij Salmantini eſſe perſona eius Vniueſitatis.

Nec prædictis obſtat textus in d. cap. cum Capella *de priuileg.* in quo potiſsimum eſt fundata deciſsio R. P. D. Seraphini *ſub die* 13. *Decembris* 1582. quia termini illius textus à caſu propoſito ſunt diuerſi; nam ibi exemptio tributa Canonicis Capellæ Ducis Burgundiæ erat reſtricta ad illam qualitatem, quod eſſent Canonici eius Capellæ, & ideo non eximebat illos reſpectu alterius qualitatis, quatenus ſcilicet ab Epiſcopo Lingonien. Eccleſias parochiales obtinebant, vel alias eius iuriſdictionem reſpiciebat, *vt apertiſsime indicat textius ibidem in* §. *quo circa, vbi reſcriptum eſt ita. Quo circa mandamus quatenus in quantum exempti ſunt eiuſdem ratione Capellæ Apoſtolicis priuilegijs deferas reuerenter, ſed in quantum ratione parochialium Eccleſiarum, vel iuriſdictionem tuam reſpicere dignoſcuntur, officij tui deinſdem libere proſequaris, hactenus ibi.* At in caſu

propo-

propoſito, exemptio, ſeu conceſſo exemptionis non eſt reſtricta ad Scholaſticum Vniuerſitatis, nec reſtringi rationabiliter potuiſſet cum vniuerſitas nullam talē habeat Scholaſtriæ Dignitatem, & cum illa dignitas in Eccleſia Salmantina conſiſtat, potius debuiſſet ad eam Dignitatem in præfata Eccleſia conſiſtentem reſtringi, *ſicut apparet reſtricta in priuilegio Eugenij IIII. relato per Clementem VII. ibi: Ac Scholaſtico Eccleſiæ Salmantinæ.* Minus vrgens viſum fuit aliud eiuſdem deciſionis fundamentum, quod Scholaſtico Salmantino Salmanticæ moranti non videatur applicari ratio conſiderata in priuilegio Innocentij VIII. relato per Clementē VII. quod Rector, & Scholares literarum ſtudia ſæpius pro rebus ſuis in partibus remotis defendendis intermittere cogebantur, tum quia idem Innocentius in expreſſione eius rationis facit mentionem de Scholaſtico, ſed & illa quoque differentia difficultatem tollere videbatur, quia in d. cap. cū Capella, illi Canonici ratione parochialium non poterant dici à iuriſdictione Epiſcopi exempti, eo etiam nomine quod parochiales ab eodē Epiſcopo obtinebant, vt indicant illa textus verba, qui parochiales Eccleſias à te tenent, &c. Hic autem Scholaſticus non habet Scholaſtriam ab Epiſcopo Salmantino, ſed eius tanquam dignitatis Eccleſiæ diſpoſitio, vt xxxiij conſtitutione ſancitur, Sedi Apoſtolicæ, ſub hac forma reſeruatur. Vt occurrente illius vocatione viro idoneo per diffinitores negotiorum ipſius Vniuerſitatis, aut maiorem partem eorum eligendo

feratur, & ſic electus per Archiepiſcopum Toletanum pro tempore exiſtētem auctoritate Apoſtolica, aut per Sedis Apoſtolicę Legatum, vel Nuntium ab ipſa Sedę poteſtatem Legati de latere habentem, infra tempus à iure ſtatutum confirmetur. Illo addito, quod propterea dicto Archiepiſcopo nulla poteſtas, vel iuriſdictio, aut ſuperioritas ſupra Scholaſticum conceſſa, vel tributa eſſe cenſeatur. Multo ergo minus talem iuriſdictionem Reuerendiſsimus Epiſcopus Salmantinus prętendere poterit, & verbis exiſtētibus claris ceſſant ſubtiles interpretationes *Aymon conſ. 4. n.* 21. tum quia Innocentius loquitur de reſcriptis delegatorum, quorum vigore omnes æqualiter ad diuerſas partes, & Tribunalia trahebantur, quæ ratio Scholaſticum etiam comprehēdit. Tum poſtremo quoniam illa non fuit finalis priuilegiorum cauſa, ſed aliæ in alijs Pontificum reſcriptis narratę. Poſtremo obſeruantia ſubſecuta, quæ omniū dubiorum diſpoſitionum ſolet eſſe fidelis interpres, *l. ſi de interpretatione ff. de legibus cap. cum dilectus. §. dictus vero de conſuetudine cap. certificari de ſepulturis.* Dominos etiam mouit, vt pro Scholaſtico ſentirent, nam licet in caſu propoſito verſaremur in dubio, teſtes vigore remiſſoriæ examinati illud tollunt, cum iuxta acta ...um & nonum interrogatorium, & ſuper quarto articulo conformiter deponant, ſemper Scholaſticum fuiſſe in hac poſſeſſione exemptionis, & Epiſcopos ...almantinos, nunquam contra Scholaſticos proceſ... imo occurrentibus caſibus, in quibus erat contra

tra

tra Capitulares procedendum ſemper ab Epiſcopis exemptos fuiſſe Scholaſticos, id quod teſtes propoſitis aliquibus actibus & exemplis ſatis patenter oſtendunt. Ex quibus longa obſeruantia roboratis, reſpectu Scholaſtriæ probatur exemptio *Aymon conſ. 101. num. 3. & conſ. 201. num. 11. & conſ. 274. num. 7. Siluanus conſ. 63. num. 18. & conſ. 65. num. 17. & conſ. 98. num. 18. Menochius conſ. 37. num. 97. Riminaldus Iunior conſ. 102. num. 5. & ſequen. Gabriel. conſ. 89. nu. 17. & 18. lib. 1. Barth. Socinus conſ. 145. num. 2. lib. 1.* Stantibus itaque Apoſtolicis priuilegijs, quorum tenore inſpecto ſub die 27. Iunij 1582. fuit concluſum pro manutentione ad fauorem Scholaſtici, & conſtitutionibus Vniuerſitatis, & obſeruantia per teſtes remiſſoriales legitime probata. Domini à præfata deciſione ſub die 13. Decembris 1582. recedentes Scholaſticum etiam reſpectu Dignitatis Scholaſtriæ in Eccleſia Salmantina reſidentis à iuriſdictione Reuerēdiſsimi Epiſcopi Salmantini pro tempore præſidentis, exemptum cenſuerunt, ac minime mutanda, quæ eandem interpretationem ſemper habuerunt, *l. minime. ff. de legibus.*

Summaria Quæſtionis. 23.

Portionarij licet de iure non ſint Capitulares, de conſuetudine tamen ſolent eſſe num. 1.

Capituli Sede vacante appellatione veniunt Capitulares de conſuetudine, nu. 2.

Vocem habere in Capitulo, non eſt eſſe Capitularem, num. 3. & 4. & 5.

Vocem habens in Capitulo in aliquibus habet, & in aliquibus non num. 6.

Tiraſonen. Portionarij ſunt de Capitulo, & habent vocem in Capitulo ſed non ſunt Capitulares num. 7.

Quæſtio. XXIII.

An Epiſcopus procedat cum Adiunctis contra Portionarios Capitulares?

AFfirmatiuè concipiendam eſſe hanc quæſtionem videtur probari ex his, quæ congerit Barboſa *ad Tridentinũ Seſſ. 25. c. 6. n. 1. Alloyſius collectan. deciſ. 751. Item in verſ. qui verò non obtinẽt Dignitates dicti cap. 6. item ex deciſ. 713. n. 5. par. 1. diuerſ. Veral. deciſ. 91. par. 1.* Vbi licet † verum ſit quod de iure Porticnarij non ſunt de Capitulo, ſtante verò conſuetudine benè poſſunt eſſe Capitulares & perconſequens ad eos pertinere actus & facultates Capitularibus conuenientes. Vnde & appellatione † Capituli Sede vacante, veniunt omnes, qui ex conſuetudine vel ſtatuti ſunt Capitulares *Farin. ex Orano in recollectis ciuilibus deciſ. 658. n. 5.* Vnde & Portionarios in Conſudices eligi poſſe affirmat *Barboſa d. n. 1. & Ricius diſput. reſolu. practicab. cap. 39.*

1 Vbi licet † verum ſit

2 bus conuenientes. Vnde & appellatione †

... verò concipiẽdam eſſe quæſtionem iſtam videtur

videtur probari ex Sacræ Congregationis declaratio-
ne *ad c.6. cuius copiam recitat Farina. ibidem verſ. quando Epiſcopus viſitauerit in fine & Marcilla lib.4.tit.7.cap.20. littera N. in fine*, vbi etiam † ſi Portionarij habeant vo- 3
cem in Capitulo, Epiſcopus omnimode contra eos procedit.

Sed affirmans & negans pars ſic deueniet ad con-
cordiam diſtinguendo, aliud eſſe † eſſe Capitularem, 4
aliud habere vocem in Capitulo, *prout gloſſa diſtinguit verbo in eiſdem in Clem. 2. de æta. & qualita. Farina. & Marcilla ſupra & facit textus in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſ. ita diſtinguit & Rota apud Achillem de Graſſis deciſ.1. de his quæ fiũt à maior. par. Capitul.* Pars affirmãs eſt intelligenda de Capitularibus, & negans de his qui non ſunt de Capitulo, ſed habent vocem in Capitulo, quia non ſequitur, habet quis † vocem in Capitulo; 5
ergo eſt Capitularis *Geminianus & Franc. in cap. fin. de præben. in 6. Felinus in cap. cum olim de re iud. quos refert & ſequitur Genuenſis in praxi Archiepiſcopali c.85. num.* 21.
Vnde † licet Portionarij & dimidij Portionarij habeãt 5
vocem in Capitulo in Eccleſijs Cordüben. Carthagi-
nen. Hiſpalen. Calagurritã. & Calciaten. & in alijs Hiſ-
paniæ. Tamen in † Electionibus, prouiſionibus, & ad 6
effectum coniudicum pro Capitularibus non habẽtur, *vt multis deciſionibus conſtat, maximè deciſione Hiſpalen. 416. nu.6. p.1. recentiſ. & pluribus alijs confirmat Gonzalez regula 8. gloſ.43. nu.45. & Farina. deciſ.554. p. Congregationem Concilij cenſuiſſe. 22. Iunij anno.* 1593. tunc Por-

tionarios integros, vel dimidios inter Capitulares adnumerari, non cum vocem habent in Capitulo, ſed cum ex Apoſtolico priuilegio, vel ex conſuetudine aut Eccleſiæ ſtatuto inter Capitulares connumerantur, ideo ſi ipſi talibus facultatibus non potiantur, Epiſcopus poterit ſine adiunctis contra illos procedere, & nouiſſime † licet Portionarij Tiraſoneñ. fuerunt
7 manutenti in votandi iure, quia pro Capitularibus ſunt declarati, non tamen quoad omnes actus, ſed quoad alienationes dumtaxat, & lites, *vt coram domino Manzanedo deciſ. 640. par. 2. recentiſſim.* & è conuerſo in Eccleſia Calciateñ. vbi Portionarij ſunt de Capitulo, deciſum extat in Coniudices poſſe elegi, vt & per Sacram Congregationem fuerat declaratum, *vt refert & ſequitur Rota deciſ. 708. num. 2. par. 2. recentiſſim.* ea ratione quia licet Decanus, & aliæ Dignitates non cenſeātur de Capitulo, tamen ſecus vbi ſtatutum, vel conſuetudo diſponit quod ſint de Capitulo, *Abbas in c. cum inter vniuerſas not. 1. in c. auditis not. 3. num. 3. de elect. & alij quos refert, & ſequitur Valentinus Andreas d. deciſ. 708. num. 3.*

Summaria Quæſtionis. 24.

Conſuetudo immemorialis habet vim priuilegij maximè ſi concurrit fama à num. 1. & 4. & 21.

Viſitationis exemptio conceditur priuilegio num. 2.

Epiſcopus qui iurauit non procedere contra Capitulares tenetur

Digitized by Google

netur ſeruare iuramentum, num. 3. & Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de reforma. cap. 14. declaratur, num. 5. & 23. & 26.

Viſitatio ſumma ratione roboratur, num. 6.

Viſitationis ius cenſetur reſeruatum, num. 7.

Conſuetudine damnata contra viſitationem cenſetur damnata immemorialis, quia eſt contra bonos mores non viſitare. num. 8.

Conſuetudo immemorialis nõ viſitandi hodie eſt ſublata n. 9.

Viſitandi facultas intelligitur conceſſa cumulatiue non priuatiue, num. 10.

Viſitatus ſemel poteſt & viſitari dũ punitus nõ puniatur, n. 11

Viſitatio pendet à iuriſdictione ordinaria, num. 12.

Adiunctorum aßociatio de iure communi pendet à voluntate Epiſcopi viſitantis niſi procedat ad punitionem n. 13.

Viſitatio ſolemnis & ſpecialis, vel non ſolemnis & generalis, num. 14.

Immemorialis conſuetudo contra viſitationẽ eſt ſublata, n. 15.

Cathedralium viſitatio præcipue eſt neceſſaria, nu. 16.

Iaceñ. prætenſa immemoriales cõſuetudo in viſitatione, n. 17.

Immemorialis quomodo ſit probanda, num. 18.

Viſitationis Notarius debeat ne eßе Clericus? nu. 19.

Adminiſtrationes viſitandæ ſunt, nu. 20.

Ratio ſemel reddita quando repoſci poßit, nu. 21.

Iuramentum ſequitur naturam actus, intellige vtnu. 23.

Ioramentum ſuum tenet auctorem num. 24.

Epiſcopus iuramento ſe poteſt obligare tribuendi plus Capitulis in iuriſdictione quam Concilium tribuit, nu. 25.

Quæſtio. XXIIII.

An Epiſcopus poſsit viſitare Capitulares ſine Adiunctis, vbi contraria conſuetudo immemorialis viget?

NON poſſe ſine Adiunctis Capitulares viſitari ab Epiſcopo videtur probari, nã huiuſ-
1 modi conſuetudo † habet vim priuilegij, *c. nouit de iudic. c. ſuper quibuſdam*, *§. præterea*, *vbi gloſſa verbo non extat de verb. ſignif.* maximè ſi concurrat cũ immemoriali fama priuilegij, *iuxta celebrem deciſionem*
2 *Putei. 365. lib.* 1. Sed priuilegio Romani † Pontificis quis poteſt omnimodè à viſitatione liberari, *Achilles de Graßis deciſ.* 15. *de priuileg.* Ergo, & immemoriali conſuetudine poteſt quis liberari.

Secundò, quia ſi immemorialis conſuetudo eſſet ſublata per Tridentinum *Seſſ.6.c.4.& Seß.25.c.6.de reforma.* Iuramentum præſtitum ab Epiſcopo de nõ pro
3 cedendo † contra Capitulares delinquẽtes in quacũque correctione ſine Adiũctis, nihil valeret tãquam ſuper actum nullũ *l.final.C.de non numera.pecun.c.veniens, c.venientes, c.quinta vallis de iure*, quippe cum in hac generalitate comprehenderetur & viſitatio, *vt in vna Legionen.iuriſdictionis cauetur apud Seraphinum deciſ.*475. Sed huiuſmodi iuramentum obſeruare compellitur Epiſcopus, qui illud præſtitit, *vt in vna Palentina iuriſdictionis Rota cenſuit apud eundem Seraphinum deciſ.* 205. *& cenſuerat in eadem cauſa apud Cæſarem de Graſsis*

Graſſis deciſ. 2. num. 3. de iureiurau. Ergo, quod poteſt introduci ſtatuto iuramento firmato, poteſt & introduci & immemoriali, quæ tanti eſt † ponderis & momenti, *vt deciſum reliquit Rota in vna coram Decano 9. Ianuarij de anno 1597. quam refert Farina in recolleꝰ. ciuilibus deciſ. 642. num. 3.* quia conſuetudo immemorialis ſufficit ad acquirenda etiam ſpecialiter reſeruata Principi *per textum in d. §. præterea. Panor. in c. cum nobis num. 11. §. quadam de præſcri. Iaſ. conſ. 208. num. 2. §. 3. volum. 2. Balbus de præſcriptionibus. 2. par. tertiæ partis q. 6. §. hinc eſt,* & quilibet titulus de mundo allegari poteſt ab eo qui immemoriali conſuetudine nititur *Felinus in cap. cauſam quæ num. 2. de præſcriptionibus.* 4

Tertiò, quia & Concilium Triden. *Seſſ. 25.* † *de reforma. in genere cap. 14. in fine,* prohibet ne Decani & Archidiaconi de concubinatu cognoſcant, & tamen Illuſtriſſimi Cardinales ibidem declararunt talem prohibitionem non extendi ad eos quibus cognitio cōpetit ex immemoriali, *vt declarationem perhibent Farina. ad illum textum verſ. ad Archidiaconos, & Marcilla lib. 4. tit. 15. cap. 1. in fine, & in c. 20. Seſſ. 24. de reforma. vbi Barboſa num. 20. Gonzal. regula 8. gloſſa 33. num. 5. Seraphinus deciſ. 585. n. 2.* 5

Contraria tamen ſententia, quæ verior eſt efficacioribus nititur argumētis, primo quia ſumma † eſt ratio quæ pro viſitatione facit, eſt enim introducta pro bonis moribus emendandis, & prauis corrigendis *c. irrefragabili de offi. ord. c. 1. §. ſane de cenſib. lib. 6. Conc. Trid. Seſ.* 6

24.*de reforma. c.*3. & vt ea quæ pertinent ad Sacramẽta, ad Baſilicas earumque redditus reparentur, *c. Epiſcopum* 10.*q.*1. *proſequuntur Socin. de viſita. n.*28. *Seraphin. deciſ.*475.*n.*2. *vt late proſequitur Paſinus de viſitationibus q.*
7 8.*par.*1. Propter quã † cauſam ius viſitãdi cẽſetur ſpecialiter reſeruatum Epiſcopo, ſi ſpecialiter non eſt cõceſſum, *Rota deciſ.*186.*n.*4.*par.*1. *diuerſ. Matthæi ad Guidonem Pap. deciſ.*18. *Gratianus diſcepta. forens. c.*481.*n.*15.
8 *& ſequentibus.* Propter eandem † rationẽ damnata cõſuetudine contra viſitationem, cenſetur damnata conſuetudo immemorialis, quia eſt rationi, & bonis moribus contraria, *ad cumulatos per Mareſcotum lib.* 2. *var. c.*
9 101.*n.*6. Propter † eandem rationẽ hodierna die ceſſat conſuetudo immemorialis Epiſcopum comprimens à viſitatione etiam eorũ quos alius inferior iure ad id ſpecialiter competenti viſitauerat, *vt in d. c.*3. *Seſſ.*24. quia
10 eo caſu cenſetur acquiſitum ius viſitandi † cumulatiue non priuatiue *deciſ.*30. *& deciſ.*33.*par.*2. *apud Farin. in cauſa Abulen. refert & Riccius collectan.*1228. Illuſtriſſimi verò Cardinales *d. c.* 3. declararunt, vt procederet præfata doctrina dummodo punitos non puniret, aut non cogeret abſolutos ad ſuam innocentiam demonſtrandam, *vt ibidem Farin.* §. *ſed non ideo Marcilla lib.*4.
11 *tit.*7.*cap.*13. Ratio ea eſt quia non eſt † veroſimile Cõcilium voluiſſe ſubditos grauare duplici onere viſitationis *Gratianus diſcepta. forens. cap.* 212. *num.* 39.

Secundò, quia de facili res reuertitur ad ius commune *c. ... h exordio diſt.*35. *l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret*

ff. de

ff. de pactis, & Epiſcopis demandatur viſitatio Cathedralium in forma iuris communis *d. cap. 4. Seſſ. 6. ibi iuxta Canonicas ſanctiones Rota deciſ. 328. num. 2. par. 2. diuerſ.* † quia viſitatio pendet à iuriſdictione ordinaria, 12
cap. 1. §. hanc autem de cenſibus in 6. Socin. de viſitatione num. 4. verſ. Decimò quæro, Seraphinus deciſ. 615. num. 2.
Sed de iure communi † nullibi expreſſum reperitur, 13
quod Epiſcopus debeat viſitare Capitulares cum adiunctis, ſed ſolus vel his quos ſibi ſocios adiungere videbitur *cap. conquærente 16. de offic. ord. cap. cum Venerabilis 21. de cenſibus cap. 1. eodem tit. in 6.* Vnde Illuſtriſſimi declararunt quod in viſitatione ſolus Epiſcopus, in cogitationibus cauſarum cum voto vnius, vel duorum Canonicorum contra Capitulares procederet *deciſ. 321. par. 2. diuerſ.* Vel ſic quod in viſitatione non tenetur adhibuiſſe Adiunctos, nec aliquod crimen pœna ordinaria corrigere, ſed ea quæ ad morum magis enmendationem quam punitionem reſpiciat, *vt latius apud Fariba. in d. cap. 6. Seſſ. 25. §. quando Epiſcopus viſitauerit verſ. ad ſecundum, & Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 20. & in deciſ. Ilerden. 483. par. 1. recentis*, vbi † latiſsimè 14
de inquiſitione generali, & non ſoléni & ſpeciali ad viſitationem, ergo nihilmirum ſi conſuetudo immemorialis non obſtet, quam Concilium *d. cap. 6. Seſſ. 25. verſ. qui verò* expreſſè ſuſtulit.

Tertiò, quia quælibet immemorialis † conſuetudo 1
contra viſitationem eſt ſublata in genere *cap. 8.* ... *cap. 8. Seſſ. 21. cap. 3. & 9. Seſſ. 24. de refo*...

16 *deciſ. Salmant.* 744. *nu.* 1. *par.* 1. *diuerſ.* Etiam † circa faciendam viſitationem Cathedralium cum adiunctis, *vt in d. c. 4. ſeſſ. 6. & in d. c. 6. ſeſſ. 25. vbi Farinac. §. etiam immemorabilibus Marcilla lib. 4. tit. 7. c. 22. quod Rota ſæpius declarauit, vt in deciſionibus quas in ciuilibus colligit Farina. deciſ.* 715. *nu.* 4. *&* 709. *num.* 3. *& in deciſ.* 743. *n.* 4. *par.* 1. *diuerſ. & in recentiſſimis Farina. in vna Illerden. deciſ.* 62. *par.* 1. aliàs magnum ſequeretur abſurdum quod in viſitatione non ederetur ratio à capite, & qui alios eſſet correcturus non prius ſe, & ſuos corrigeret, *cap.* 1. *vbi gloſ. verbo prius de cenſibus in l. argentarius. ff. de edendo c. iudicet.* 3. *q.* 7. *c. ea quæ.* §. *ſi vero de ſtatu regular. & illud Petri epiſtola* 1. *c.* 4. *iudicium incipiat à Domo Dei.*

17 Quarto fundatur hæc ſententia in praxi † huius Archiepiſcopatus, quæ quanti ſit ponderis, & momenti dixi ſupra *q.* 22. *fundamento.* 8. *& diſponit Guido Papæ in præfatione deciſ. per textum in* §. *fin. inſtitu. de ſatiſda.* nam in cauſa Iaccen. iuriſdictionis, tempore recordationis fœlicis D. Don Petri Manrique Rituum Eccleſiaſticorum obſeruantiſſimi cultoris, & Euangelicæ prædicationis diffamatoris eloquentiſſimi, cum prætenderent Decanus, & Capitulum Iaccen. non poſſe viſitari a ſuo Epiſcopo, abſque aſſenſu Canonicorum nominandorum à Capitulo, & id adſtruere conarentur ex Bulla Innocentij VIII. & immemoriali fuit iudicatum prædictam Bullam de Adiunctorum aſſenſu, nihil diſpone- immemorabilem † non fuiſſe probatam cum realitate per teſtes, adſeuerãtes ſcilicet, quod

nec

nec ipſi,nec eorum maiores aliquid audiuerint, vel viderint in contrarium *gloſ. verbo memoria in c. 1. de præſcript. in 6. Couar. in regula poſſeſſor 2. par. §. 3. n. 7. Seraphinus deciſ. 1102. n. 2.* nec probarunt ſimiliter intentionem ſuam præſcriptione,vel enunciatiuis antiquis,*quod probandi genus optimum cenſuit Rota apud Puteum deciſ. 209. lib. 2. apud Seraphinum deciſ. 717. lib. 1.* & quando, vel illo,vel iſto modo ſua immemorialis fuiſſet probata cõſuetudo,prædictis Decano, & Capitulo nihil præſtaret *ad tradita ſupra fundamento præcedenti*, vt bene officialis Cæſaraugustanus D.D.Petrus Ezmir iuris prudentiæ aſſiduus ſectator poſtea Canonicus Iaccens.ſentenciauit.In alio vero articulo Epiſcopum † idem Petrus 19
condemnauit,ſcilicet circa obligationem qua tenetur Epiſcopus Capituli Notarium ex Innocentiana adhibere in viſitatione.

An iſte Notarius debeat eſſe Clericus Piaſetius *in praxi Epiſcopali par. 2. c. 4. n. 17.* affirmatiuè reſoluit, *per textum in cap. vt iuxta de offic. ordinar.* At Couar. *practicar. cap. 19. n. 8. & Boetius de iure ſacro in declara. c. ſicut 8. qui cler. vel vouen. per textum, ibi, Maſtrillus deciſ. 139. Farina in fragmentis verbo clericus n. 212. Carolus de Graſſis de effectibus clericat. c. 8. omnium latiſsimè*, vix caſum reperiunt quo Clericus Notarius eſſe poſſit.

Quintò, quia † etiam res rerumq; adminiſtratores 20
poteſt Epiſcopus viſitare,& negligentes & bonorum vſurpatores caſtigare, ne inutilis maneat viſitatio, *Sacram Congregationem declaraſſe refert Farin*

verſ. illorumque perſonæ, Marzilla lib. 4. tit. 7. c. 12. latius in deciſ. Illerden. quæ habetur inter recentiſſimas Farinacij par. 1. deciſ. 355. vbi Rota intelligit hoc de viſitatione formali, quæ qualis ſit ibi ſimiliter declarat; plura circa viſitationem rerum inuenies apud Fuſcbum de viſitatione lib. 1. cap. 15. num. 30.

21 An vero † ratio ſemel reddita iterum ſit reddenda diſputat *Riccius in praxi deciſ. 610.*

Non obſtant in contrariũ propoſita argumenta, non 22 † primum, cui reſpondeo quod licet immemorialis habeat vim priuilegij, nõ tamen eſt verũ priuilegiũ *Socin. conſ. 260. n. 22. lib. 2.* cũ multa, vt ipſe inquit, poſſint acquiri per viã priuilegij, quæ non poſſint acquiri per viam immemorialis, *proſequitur Caſſaneus conſ. 19. num. 13. Aymon de antiquita. tempor. par. 4. §. abſolutis differentijs num. 10. & 51. quos Rota ſequitur deciſ. 744. num. 6. p. 1. diuerſorum.*

Non obſtat ſecundum, cui reſpondeo, quod iuramẽ 23 tum † ſequitur naturã actus, cui adhæret, vt in iuribus allegatis in argumento, & ſuperat naturam actus cui adhæret, *vt in cap. cum contingat. 28. de iureiuran. c. quamuis pactum de pactis lib. 6. Authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. vt latius proſequitur magiſter meus Sahagum in c. debitores de iureiuran. ad ſecundũ argumentũ*, ſequitur naturam actus cui adhæret, propter ius iurandi poteſtatem, & excellentiam, dummodo ex obſeruantia nõ ..atur iniquitatis vinculum, *ita colligitur ex Couar. in ..muis pactum 1. par. §. 3. num. 9. 10. 11. & ex Bardaxi*

Bardaxi de iuramento venditionum for. vnic. num. 5. & 6.
Sahagum ſupra cum pluribus ab eo relatis. In iuramento de
quo agimus ceſſat iniquitatis vinculum, & alterius
præiudicium, quàm Epiſcopi iurantis, quia iuramen-
tum † ſuum tantum tenet auctorem, quia eo defun- 24
cto ſucceſſor ſolus viſitabit, & ipſe in vita ſua bene
potuit ſibi præiudicare, *ad notata per Moheda. deciſ.*
250. num. 2. Panormitan. in cap. cum veniſſent num. 4. de
inſtitu. Felinum in cap. fin. num. fin. de præſcriptionibus,
Aretinum conſ. 114. num. 3. Ceſſat & iniquitatis vin-
culum, cum viſitatio in hoc caſu non euellatur radi-
citus, ſed moderamen accipiat, *ad tradita ſupra in pro-*
poſitione primi argumenti. Ex ſupradicta reſolutione in-
fertur, quod ſi † Epiſcopus iuret ſeruare ſtatuta Ca- 25
pituli in quibus Capitulo maior indulgentia conce-
datur, quàm expreſſa, in dict. cap. 4. & dict. cap. 6. ſiue
in viſitatione, ſiue extra viſitationem huiuſmodi iu-
ramentum ſeruandum ſit. Neque obſtat quod in dict.
cap. 4. cauetur quod exemptiones, conſuetudines,
ſententiæ, iuramenta, & concordię ſuos tantum te-
nent auctores, quia reſpondetur, quod ſi derogatio
Concilij in dict. cap. 4. intelligitur de futuris, ſic & prę
ſeruatio intelligitur de futuris, *vt latius quæſtionem iſtam*
proſequitur Achilles de Graſsis deciſ. 3. de pactis, vt infra
quæſt. 25. num. fin. Ex his declarata manet conſtitu-
tio Valentina *de iuriſdictione & eius exercitio in Canoni-*
cos Præbendatos Eccleſ. Valentin. delinquentes, & eius ad-
ditio *fol. 15. & 16.*

26 Non obſtat tertium, quia Tridẽtinum † in d.c. 14. Seſſ. 25. non aufert cõſuetudinem immemorialem, ſicut expreſſe ſuſtulit circa viſitationem *in c. 6. Seſs. 25. verſ. qui vero, & declarat Rota deciſ. 744. num. 1. par. 1. diuerſ.* nam vt cenſeatur ſublata conſuetudo immemorialis eſt neceſſarium, quod fiat expreſſa reuocatio de ea in lege, vel conſtitutione, *Flores variarum 2. q. 10. n. 44. Emmanuel quæſt. regular. tomo 1. q. 9. art. 5. Gonçal. reg. 8 gloſſa 33. n. 2. quos refert & ſequitur Barboſa ad Triden. Seſſ. 24. cap. 12. n. 30.* nec ſufficiunt ad reuocationem verba quantũcumq; generalia, *vt multis Doctoribus cum probat Mareſcotus 2. var. c. 101. n. 4. diximus ſupra funda. 3*

Illud verò animaduertendum eſt ad declarationẽ Concilij Trid. Seſſ. 24. de reform. c. 20. §. Ad hæc Sacram Congregationem ibidem declaraſſe, quod dum cognoſcitur ſuper immemorabili poſſeſſione (in qua prætendit eſſe inferior cognoſcendi de matrimonialibus, vel criminalibus cauſis) per tres conformes, Ordinarius debet manuteneri. Si tamen inferior doceat non ſolum de poſſeſſione, ſed priuilegio, tunc ſtatim eſt manutenendus inferior, *vt cenſuit Rota corã R. P. D. Coccino Decano dec. 447. p. 1. recentis, quam deciſionem miror non fuiſſe typis mandatam inter impreſſas eiuſdem de anno 1623.*

Summaria quæſtionis 25.

G*Eneralis diſpoſitio non trahitur ad caſus deciſos ſententia. vel tranſactione, num. 1.*

Viſi-

Viſitatio comprehenditur appellatione iuriſdictionis, n. 2.
Epiſcopus poteſt viſitare Capitulum ſæpius in anno, n. 3.
Viſitatio non tollitur ſtatutis, num. 4.
Clauſula, nulla concordia, extenditur ad concordias confirmatas, n. 5.
Intellectus ad cap. 4. Seſſ. 6. de reforma. num. 6. & num. ſeq. & 19.
Sententia & priuilegium non tollitur à cap. 4. Seſſ. 6. n. 7.
Geminati vinculi potentia, n. 8.
Duplex eſt confirmatio, n. 9.
Confirmatio ex certa ſcientia quæ, n. 10.
Confirmationis faciendæ cautela, n. 11.
Burgenſis concordiæ confirmatio, n. 12.
Barbaſtrenſis concordiæ confirmatio, n. 13.
Priuilegium cuius tenor non narratur, ſi habet clauſulam ex certa ſcientia dicitur confirmatum in ſpecie, n. 14.
Confirmatio generalis ex certa ſcientia non trahitur ad illicita, num. 15.
Pactum de confirmando intelligitur de confirmatione ex certa ſcientia, num. 16.
Confirmatio ex diuturnitate temporis præſumpta, intelligitur in forma communi, num. 17.
Concordia ex certa ſcientia confirmata non tollitur à Concilio Tridentino, num. 18.

Quæſtio XXV.

An ſint ſublata ſtatuta, vel Concordiæ à Sede Apoſtolica confirmatæ, quibus decernitur Epiſcopum ſine Adiunctis Capitulares non poſſe viſitare?

VIdetur dicendum generalem diſpoſitionem Concilij non tollere poteſtatem inferiori tributam *iuxta ea quæ habentur in gloſſa* 1. *in fine in l. ſciendum, ff. qui ſatisdare cogantur, vbi Iaſ. nu.* 5.
1 ſicut & generalis diſpoſitio † non extenditur ad caſus deciſos ſententia, vel tranſactione *ad l. cauſas, C. de tranſaction. & ad Put. lib.* 3. *deciſ.* 213. *num.* 4.

Secundò, videtur probari ex deciſione Seraphini 475. & 1008. vbi in cauſa Legionen. & Burgen. deciſum fuit concordiam eſſe ſeruandam etiam circa
2 viſitationem † quæ appellatione iuriſdictionis comprehenditur *cap. conquærente, vbi notarunt Doctores de offic. ordinar.* Aliàs poſſet Epiſcopus procedendo per
3 modum viſitationis eludere Concordiam † ipſam, cū poſſit Capitulum ſuum arbitrio ſuo viſitare multiplicatis vicibus, nam textus *in cap. decernimus* 10. *q.* 1. *& in cap.* 3. *Seſſ.* 24. *de reforma. in Tridentino*, licet dicant quotannis debere Epiſcopum viſitare, ſed non prohibet quin poſſit pluries ex cauſa id facere.

Sed contrarium innui videtur, ſcilicet, vel ſtatuta, vel concordias non tollere † viſitationem omnimodam, & independentem ab Adiunctorum miniſterio, quod

quod probatur primo ex d.c.4.Seſſ.6.ibi nullis exem
ptionibus,conſuetudinibus,ſententijs,iuramentis, cō
cordijs ſe tueri poſſint,quo minus à ſuis Epiſcopis vi
ſitari poſſint,nam aduertēdum eſt,quod generalitas † 5
illa nullis concordijs, trahitur etiam ad concordias
cōfirmatas *Vitalinis in Clemen.dudum,§.nos etenim n.* 14.
de ſepulturis. Secundò, & ex Sacræ Congregationis
declaratione *quam refert Farina. ad dictum c.6.§.qui non
obtinent,& Marzilla lib.4.tit.7.cap.22.& deciſ.Rotæ co-
ram D. Pamphilio cuius copia habetur impreſſa in recollectis
ciuilibus apud Farinacium deciſ.* 715.

In hac difficultate ſciendum eſt, primo in Congre
gatione Cōcilij fuiſſe propoſitum. An textus † in cap. 6
4. Seſſ. 6. & in cap. 6. Seſſio. 25. de reforma. in Tri-
dentino comprehenderent in ſuis derogationibus
concordias confirmatas ex certa ſcientia,& cum cau-
ſæ cognitione, & licet primo fuiſſet reſponſum com-
prehendere , ſed poſtea Sanctiſſimus excitantibus
Dominis de Rota ex Congregationis Sacræ ſenten-
tia declarauit in hoc textu, & dict. cap.4. Seſſ. 6. eſſe
præſeruatas dictas concordias, *ut atteſtantur Farina.in
d. cap.6. verbo etiam immemorabilibus, verſic.fuit propoſi-
tum , & Marzilla lib.*4. *tit.* 7. *cap.* 22. *Gonzal. regul.* 8.
gloſſ. 25. *num.* 14. *quem refert & ſequitur Barboſa in dict.
cap.* 6. *in fine , & latius habetur in cauſa Oſcenſi coram R.
P. D. Blanchetto & in eius deciſione , quæ reperitur apud
Marcheſanum de commiſſ. part.* 1. §. 1. *de appell
ab interlocutoria deciſ.* 4. Maxime tamen [illegible]

amantiſſime rimari non dedigneris in vna Illerden. *coram R. P. D. Iuſto in recentiſſimis, Farina. deciſ. 57. & 168. par. 1.*

Secundò ſciendum eſt ſimiliter non fuiſſe deroga-
7 tum per dicta capitula, † ſententiæ & priuilegio, nam cum Cōcilium faciat diuerſas derogationes, his ſimul iunctis non videtur voluiſſe derogare, *vt Sacram Congregationem declaraſſe referunt Farina. in c. 8. Seſſ. 7. de reforma. §. priuilegijs, & in cap. 20. §. ad hæc de reforma. Seſ. 24. & Marcilla lib. 4. tit. 7. c. 4. & tit. 5. c. 7. & ſecundum hanc declarationem deciſum extitit in Rota in vna Palentina iuriſdictionis apud Achillem de Graſsis deciſ. 3. de pactis.* Pro
8 qua ſententia facit, quod de geminati † vinculi poten tia dicitur *in §. ſed hodie inſtitu. de adoption. & referunt Doctores in l. ſi ſeruum, vbi Salicetus num. 9. verſ. exemplum, dicit ſtatutum, de nou. Alexan. conſ. 118. num. 5. in fine lib. 5. Decius conſ. 599. num. 3. Gozadinus conſ. 14. num. 22.*

Tertio ſciendum eſt *cum Panor. in cap. penult. n. 3. de confirma. vtil. Alexan. conſ. 59. lib. 1. num. 8. Burſato conſ. 208. num. 25 lib. 1. maxime tamen cum Cauedo deciſ. 1. n.*
9 *2. & 3.* quod confirmatio duplex eſt † altera quæ fit in forma communi, & dicitur illa quæ fit ſine cauſæ cognitione *de qua in c. vlti. de elect. in 6. Rebuff in concordata de regia ad Prælatu. verbo confirmationes, verſic. nota*, quæ confirmatio nihil noui iuris tribuit *Vital. in* [illegible]*. clauſularum, clauſula quatenus ritè & rectè num. 7.* [illegible]: nullum validum non efficit, ſed actui valido robur

robûr præſtat *Boſsius in tractatu de Principe num.* 348.
Molina de primogen. lib. 2. *cap.* 7. *num.* 7. Confirmatio
ex certa ſcientia quæ † & ſpecialis dicitur , illa eſt 10
quando Princeps ſeu Superior plene informatur de
facto , atque eiuſdem facti circumſtantijs perpenſis
confirmat cum cognitione cauſæ *cap. examinata* , *vbi*
Abbas de confirma. vtil. Alex. conſ. 1. *num.* 38. *& ſequen.*
lib. 5. *Molina ſupra* , quando etiam apponitur clauſula
ex certa ſcientia hunc habet effectum, vt actum inualidum confirmet *Anto. Gabriel commun. opinion. tit. de clauſulis concl.* 1. Quare † ad maiorem cautelam ſtatuti con- 11
firmandi tenor, vel illius ſubſtãtia ſaltim cõpendioſe in
confirmatione narratur, *Panor. conſ.* 102. *n.* 5. *lib.* 1.

Ex quo ſequitur concordiam initam inter † Ludo- 12
uicum Epiſcopum Burgenſem, & Decanũ & Capitulum eiuſdem Sedis *de anno* 1492. *die* 10. *Aprilis*, & confirmatam ab Alexãdro Romano Pontifice *eodem anno, die vero* 29. *Septembris*, cum ibi cõfirmata ſpecifice narrentur, eſſe concordiam confirmatam ex certa ſcientia.
Item † eadem ratione dicendũ eſt, de concordia inter- 13
poſita à D. Epiſcopo Barbaſtrenſi cũ Decano & Capitulo ſuis cõfirmata per ſanctiſſimũ Paulũ V. *die* 1. *Decẽbris, anno* 1615. erat tunc Epiſcopus DD. Ioannes Moriz de Salazar vir pietate, prudentia, liberalitate, & literarum ſcientia inſignis, & nunc Oſcenſem Eccleſiam ſumma illius fœlicitate gubernans.

Secundò, ſequitur quod ſi confirmatorium † priui- 14
legium habeat clauſulam ex certa ſcientia, etiam ſi à

Principe ſtatuti tenor non narretur nihilominus ſtatutum dicitur confirmatum ex certa ſcientia, *vt cũ multis*
15 *DD. reſoluit Rota deciſ. 36. n. 5. p. 2. diuerſ.* Si vero † cõfirmatio fiat omnium ſtatutorũ generalis etiam ex certa ſcientia, non eſt referenda ad ſtatuta inhoneſta, & illicita *Alex. conſ. 59. n. 14. & 15. li. 1. Rolã. conſ. 29. n. 32. lib. 1. quos ſequitur Rota deciſ. 21. p. 1. in recentiſsimis* alios modos cognoſcẽdi cõfirmationes ſpecificas, ſiue ex certa ſciẽtia inuenies apud Ludouicum à Caſanate propinquũ meũ ingenti acumine, & Iuriſprudẽtiæ notitia in ſæculo noſtro celeberrimũ, in tractatu de immunitate gabellæ *n. 312. plures cumulat nouiſsime Aug. Barbo. in paſtorali p. 1. tit. 3. c. 8. n. 76.* An vero Cardinali cõfirmãti, & aſſerẽti ſe cõfirmare de mãdato ſedis Apoſtolicæ credatur *in deciſ. Segũti. 339. p. 2. recẽtiſsimarũ affirmatiuè reſoluitur.*

16 Tertiò, ſequitur quod ſi pactum † interponatur de petendo confirmationem à Sede Apoſtolica, intelligendũ eſt de petenda confirmatione ex certa ſcientia, quæ manet præſeruata à dictis cap. 4. & cap. 6. ſupra, non de confirmatione in forma commune; quæ parum vel nihil operatur *Cardina. conſ. 44. nu. 6. Imol. in d. c. pænult. in fine de confirma. vtil. vel inutil. Curtius Iun. cõſ. 312. n. 6.*

17 Quartò ſequitur † quod illud axioma inter noſtros receptiſsimum ſcilicet ex diuturnitate temporis præſumi confirmationem, *de quo per Archidiaconum in c. nemo de conſecr. diſt. 1. Put. deciſ. 354. lib. 1. Rolando conſ. 99. nu. 27. li. 3. quos refert et ſequitur Rota deciſ. 638. in recollectis ciuilibus apud Farin. n. 2. nouiſsimè Ludouis. deciſ. 52.* declarat

rat *Coccinus deciſ.* 340.eſſe intelligendum neceſſario de cõfirmatione in forma communi, nam ſi intelligeretur de confirmatione ex certa ſcientia non derogaretur à *Trident. in d. c.* 4. *& in d. cap.* 6. conſuetudo immemorialis, *vt derogari probauimus ſupra q.* 24.

Quintò ex in his intelliges † celebrem illam deciſionem Achilis de Graſis *quæ eſt tertia ſubtitulo de pactis* volentẽ conciliũ non ſubſtuliſſe concordias confirmatas, nã loquitur de confirmatione ex certa ſcientia, vt patet quia ſe refert ad gloſ. *verbo pacta in* §. *nos enim in Clemen. fin de ſepultur.* vbi gloſſa loquitur de confirmatione Sedis Apoſtolicæ ad rẽ ſuper quã ſententiam tulerat, cuius ea vis eſt, vt reſcriptũ contra eam obtentum in limine iudicij reiciat *l. fin. C. ſenten. reſcind. non poſſe, & diximus ſupra obſeruatione* 2. ſententia enim lata cõcurrit ſciẽtia, & cauſæ cognitio, quæ confirmationẽ reddunt ſpecificam, *vt ſacram Congregationem referens iudicauit Rota deciſ.* 743. *num.* 9. *par.* 1. *diuerſorum.* 18

Quibus ſuppoſitis † diſſonantia ſupra poſita conſona manebit, ſi diſtinguas inter confirmationem communem, & ſpecificam, illam poſt Concilium in d.c.4. & d. c.6. defendendo non durare, ſed iſtam irreuocatã manere, quod nulla declaratio ſic adſtruere videtur quam ea quã reſcripſit Sacra Cõgregatio 28. *Aprilis anni* 1593. his verbis. Concordiæ cõfirmatę à Papa in forma communi cum qua concurrat conſuetudo, immemoriali fuiſſe *à Tridentino cap. 6. Seſſ.* 25. derogatum. 19

Obſerua tamẽ pro coronide verba illa Cõci. ſeſ. 6. c. 4

(quæ tantum ſuos obligent authores) non eſſe referenda ad concordias, ſed ad iuramenta, *vt Sacram Congregationem declaraſſe teſtatur Gullleman ad dictum caput. 4. pag. 681. vt ſupra quæſt. 24. num. 25.*

Summaria Quæſtionis. 26.

Viſitans non poteſt recuſari quando non procedit in figura iudicij, n. 1.

Dictio, tantum, eſt taxatiua, n. 2. & 7.

Appellatio à viſitatione ſuſpendit ſi exceditur modus, n. 3.

Appellatio in viſitatione regulariter non ſuſpendit, n. 4.

Confraternitates laicorum à viſitatione non poſſunt appellare ſuſpenſiue, n. 5.

Magiſtratus in Sicilia viſitati nullo modo audiuntur appellantes, n. 6.

Modus exceditur multis formis, num. 8.

Quæſtio. XXVI.

An interpoſita appellatio in viſitatione ſuſpendat, vel deuoluat?

ET quod vtrumque effectū appellatio in hoc caſu repellat, videtur probari, ex his quæ cōſiderat Baſconcellos *diuerſ. iur. arg. lib. 1. c. 19. num. 9.* ſcilicet non eſſe veroſimile Tridentinum voluiſſe in quacumque cauſa viſitationis appellationis effe-

effectus ſuſpenſiuus tolleretur vnico verbo, quem ius Pontificium introduxit *in cap. Roma. §. ſi vero c. non ſolum de appella. in 6.* & ſic de facili ſuſtuliſſe non eſt credendum, maxime & deuolutiuum *argumento tex. in l. ſi quando. C. de inoff. teſtamen. c. cum expediat de elect. in 6.* Hoc confirmatur per argumentum ab ſpeciali, nam quando agitur de correctione morum Tridentina Synodus voluiſſe videtur appellatione viſitationem non ſuſpendi. Sic enim reſpondit Epiſcopo Abulen. Amplitudinem † tuam, non poſſe recuſari ſi modo ſine figura & ſtrepitu iudicij procedens pœnas imponit 1
delictorum non ordinarias, ſed eas tantum quæ morum emendationem reſpiciunt. Pondera dictionem illam taxatiuam, † tantum, quæ alios caſus excludit, *l. 1. C. de* 2
patri. poteſt. Dec. conſ. 183. num. 1. & plures quos refert, & ſequitur Cenedo ſingulari 23. declarationem vero Cardinalium inuenies apud Farinac. in d. cap. 6. §. quando Epiſcopus viſitauerit verſ. ad 9. apud Marzillam lib. 4. tit. 7. cap. 20.

Secundò, quia ſi modus † exceditur in viſitatione, 3
quantumcunque appellatio prohibeatur ſuſpendere, vel deuoluere & deuoluet, & ſuſpendet, *vt obſeruat Nauarr. conſ. 2. de appella. Cauedo ſupra lib. 1. cap. 19. n. 9. §. cum igitur Scatia. de appella. q. 17. limita. 26. nu. 12. Zeuallos de violent. q. 27. n. 2. alios nõ allegatos, vide apud Valenzuelam conſ. 43. nu. 153.* quæ ſententia iure fulcitur in cap. irrefragabili *de offic. ordinar.* vbi cum ageretur de reformatione morum (quod proprium viſitationi

vt in Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. de reforma. & cap. 10. ſeſſ. 24. & cap. 1. §. ſanè de cenſibus lib. 6. diximus ſupra quæſt. 24. fundamento 1. hæc verba ſubijciuntur, Nulla appellatio valeat impedire, niſi formam in talibus exceſſerint obſeruandam, idem probatur in cap. nouit 43. *extra de appella.* ibi ab executoribus appellari non poſsit, niſi forſan modum exceſſerint in exequendo. Contraria tamen ſententia † in genere ſum-
4 pta verior eſt, & probatur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 22. cap. 1.* ibi nec appellatio executionem hanc quæ ad morum correctionem ſpectat ſuſpendat, & ſeſſ. 24. cap. 10. & tam appellatio quam inhibitio caret effectu quoad impediendam viſitationem *cap. 1. ſeſſ. 13. c. 3. ſeſſ. 24. de reforma. in Tridentino proſequitur, Reſta in directorio par. 1. c. 1. & 5. latiſsime Scatia de appella. d. q. 17. limitat. principali 26.* Per prædicta etiam † non fuit ad-
5 miſſa appellatio interpoſita per confraternitatem laicorum à decreto Epiſcopi illam viſitantis, *vt Sacram Congregationem cenſuiſſe teſtatur Gratianus deciſ. 188. n. 10. quod eſt conforme iuri communi in cap. ad noſtram. 3. vbi Felin. num. fin. de appella. & Francus in cap. reprehenſibilis nu. 9. & 13. eodem titulo in 6. Gratianus ſupra num. 2.*
6 Id ſic † riguroſe in Sicilia obſeruatur, vt à ſententijs latis in Supremo Conſilio contra Magiſtratus viſitatos in generali viſitatione, nulla detur appellatio, neq; [illegible] ex mandato Regio expreſſo *de quo meminit Bo-[illegible] lib. 5. polit. cap. 1. num 122. & 129. Maſtril. de [illegible] 6. cap. 12.*

Neque

Neque contrarium probant conſiderationes ſupra poſitæ, non prima, quia ſatis conſtat ex ſupra dictis locis Concilij, de eius voluntate ad impediendam appellationem in viſitatione. Rurſus declaratio Sacræ Congregationis per dictionem † illam, tantum, non exclu- 7
dit ſimiles caſus *Iaſſon in l. 1. nu. 10. ff. ſi quis iusdicenti non obtemp. Sebaſtianus Medices de diffinition. par. 2. cap. 1. num. 6.*

Non obſtat ſecundum quia eſt ſpeciale, caſu quo modus † exceditur, modus autem excederetur, ſi viſi- 8
tatio non fieret ea pompa & ſolemnitate, quam commemorat Silueſter *verbo viſitatio. §. 4. & Zerola in praxi eodem verbo. §. ad 5. par. 1. Farina in d. cap. 6. §. quando Epiſcopus, & Marzilla lib. 4. tit. 7. cap. 20. verſic. ad* 8. Item ſi aliquid præciperetur contra ſtatutum, vel inueteratam Eccleſiæ conſuetudinem *Cardinal. in cap. 3. de appella. vbi Decius num. 6. verſ. ſed conſiderandum eſt.* Item ſi caſus damnum irreparabile contineret; *caſus iſtos enumerat Riccius in praxi. deciſ. 503. 504. & 505. & Barboſa, & ab eo relati in cap. 20. ſeſſ. 24. num. 8.* Item ſi Epiſcopus procederet in exemptos, ſeu aliàs priuilegiatos contra eorum priuilegium *Lancelot. de attenta. par. 2. cap. 12. limita. 18. n. 2. Marcheſa. de appella. extra Rom. curiam. par. 1. cap. 6. num. 127. quos refert & ſeq. Riccius reſolu. pract. cap. 7. nu. 3. amplia. 3. §. 1.* Itẽ ſi Epiſcopus in viſitatione procederet cõtra Capitulares ſine adiũctis, quod facere poteſt dũmodo nõ imponat ordinariã, ſed eam quæ morũ corr

reſpiciat *ad tradita in deciſ.* 321. *par.* 2. *diuerſ.* & *ad declarata per Illuſtriſsimos, teſte Farina. d. c.* 6. *Seſſ.* 25. §. *quando Epiſcopus, verſ. ad ſecundum,* & *Marzilla lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20. & tamen ſub prætextu correctionis, procederet ad capturam, excluſionemq; ab actibus canonicalibus, quod magis conuenit iudiciali cognitioni, quam correctionali, *l. quod ad ſtatum, ff. de pœnis, Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 82. *Gonzal. reg.* 8. *gloſ.* 9. *à n.* 17. *Valenzuela conſ.* 43. *num.* 104. & 144. & 156. vel ſi indebitè carceraret, *vt ſupra q.* 20. *num.* 13. & tandem ſi finis principalis viſitationis deeſſet, qui eſt potius emendatio, quam punitio *Guillemart ad Triden. Seſſ.* 6. *cap.* 4. *in prætermiſsis pag.* 681.

Summaria quæſtionis 27.

INtellectus Concilij Triden. c. 8. & 9. *Seſſ.* 22. *n.* 1.

Oropeſani Comitis patronatus, n. 2. & 20.

Fundandum beneficium plures conditiones admittit, quam fundatum, n. 3.

Panormitanus in cap. cum dilectus notab. 5. *de conſuetudine, n.* 4. & 21. *declaratur.*

Epiſcopus vnam Eccleſiam poteſt eximere à viſitatione de conſenſu Capituli, n. 5.

Viſitationis exemptio non poteſt concedi ab Epiſcopo, num. 6. *etiam de conſenſu Capituli, n.* 7.

... in limine fundationis tolli non poteſt, n. 8.

...ur tolli non poſſit, n. 9.

Epiſco-

Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ in quærendis, n. 10.
Viſitatio & procuratio in præſcriptibiles ſunt, n. 11.
Viſitatio & procuratio in parte tolli poteſt, ſed non radicitus, n. 12. & 18.
Calataiubij Vicarius generalis, n. 13.
Epiſcopus permittit collationem inferiori, n. 14.
Parochiarum permutatio Epiſcopis non permiſſa, n. 15.
Epiſcopus præſumitur nihil ignorare de ſua Diæceſi, n. 16.
Capellæ Regiæ viſitatio, n. 17.
Conditio, vt ordinarius nullo modo ſe intromittat, n. 19.
Epiſcopus viſitat quando aliàs eſt prohibitus ſi datur negligentia illius, cui de iure competit viſitare, n. 22.
Vnitum beneficium deſinit eſſe tale, n. 23.

Quæſtio. XXVII.

An Epiſcopus poſſit ſubditos eximere à Viſitatione?

ET quod poſſit eximere, videtur probari ex Concilio Tridentino † *c.*8.*&* 9. *Seſſ.*22.*de reformatione*; cuius textus auctoritate docet Garcia *de benef. par.*1.*c.*2.*n.* 98. fundatorem poſſe in limine fundationis iubere, ne Epiſcopus ſe intromittat in viſitatione operis pij etiam Capellaniæ collatiuæ, *vt in cauſa Capellaniæ, & Hoſpitalis de Olmedo Sacrã Congregationem declaraſſe refert & Farina. ad d. c.* 8. *& repetit Marcilla lib.*2.*tit.*6.*c.*2. *& eſt in ſpecie deciſ. Ludouiſium, nunc Greg.XV. deciſ.*4.*&* 8. Et in 1

pellaniarum † patronatus domini Ioannis Aluarez de Toledo Monroy & Ayala, Comitis de Oropeſa & Deleytoſa, Herois pietate prudentia, modeſtia, diuitijs, in pauperes miſericordia, & in omnes liberalitate ſumma ſæculi illius admiratione præſtantiſſimi, *idem*
3 *Garcia d n.98. prologuitur*, quod abſque dubio † procedere videtur in beneficio fundando, nō etiā fundato, per regulā illā, quod fortius eijcitur, quā non admittitur hoſpes, & facilius abdicatur à nobis ius quærēdū, quā quæſitum *c. quemadmodum in fine de iureiurando, Clemen. gratiæ de reſcriptis, l. qui autē, ff. de his quæ in fraud. cred. docet* Lambertinus *de iure patra. q. 9. art. & lib. 1. n. 115.*
4 *fol.* 71. cuius ſententiæ authorē exiſtimat eſſe † Panormitanum *in c. cum dilectus notab. 5. de conſuetud. Felinus in cap. cum venerabilis n. 33. de exception. Rochus de Curte de iure patrona. verbo pro eo quod n. 26. ad med. Gutier. in l. nemo poteſt de lega. 1. n. 451. Gonzalez regula 8. gloſ. 5. n. 48. quod melius comprobabis ex declaratione Sacræ* Congregationis, *quam refert Gullleman ad Tridentinum in prætermiſſis pag. 686. §. antep.*
5 Secundò, quia Epiſcopus † de conſenſu Capituli cōcurrente cauſa legitima poteſt vnā Eccleſiā à viſitatione immunem reddere *Calder. conſ. 267. Put. deciſ. 115 lib. 3. Riccius collect. 1228. Tuſchus litera V. concl. 221. n. 5.*
6 Contraria tamen ſententia, quæ verior eſt, † probatur ex multis docentibus Epiſcopū nō poſſe concede... ...io loco, ne illum poſſit viſitare, & corrigere ... *Senis conſ. 111. n. 2. & 3. Fuſchus verbo viſi-*

tatio

tatio concl. 218.*n.*24. Etiã ſi huiuſmodi † cõceſſio facta 7
fuiſſet de conſenſu Capituli *Abbas in cap. cum venerabilis n.* 3 .*de cenſibus*, etiam ſi patronus in fundationis † limine exemptionem peteret ab Epiſcopo, nam nec tũc Epiſcopus poſſet concedere *Quintilia Mandoſius de ſigna. gra. titulo de exemptione ab Epiſcopo*, §. *exemptio ab ordinario, Federicus de Senis conſ.* 247. *Tuſchus dict. concl.* 221. *litera V. num.* 2. *optimè Mari. Muta deciſ.* 58. *Sicula num.* 29. quia Epiſcopus, † nec expreſsè, nec tacitè 9
viſitationem poteſt renunciare, *vt tenuit Rota deciſ.* 2. *de cenſibus in antiquis per tex. in cap. paſtoralis* 7. *de dona. vbi gloſ. verbo Cathedraticum.* Ratio redditur ab Imola *in cap. cum ex officij n.* 1. *&* 7. *de præſcript.* Scilicet; quia viſitatio pertinet ad vtilitatem publicam, cui priuatorum pactionibus non poteſt derogari, *cap. ſi diligenti de for. compet. & facit deciſio Achillis* 15. *num.* 3. *de præſcriptionibus*, & ex omiſſione viſitationis ſequeretur impunitas, contra quam riguroſa ſit interpretatio *Alex. in lege* 1. *num.* 25. *de verbor. quem ſequitur Seraphinus deciſ.* 393. *num.* 13. Et generale † eſt Prælatum qui po- 10
tuit quærere Eccleſiæ, & non quæſiuit teneri ad intereſſe, *argumento textus in l. quicquid C. de arbitr. tut. Rebuff. in compend. alien. num.* 31. *&* 32. *Doctores relati & ſecuti à Mandoſio ſupra* §. *amplio etiam.* Ex quibus † hæc 11
duo ſubiectionis ſigna in præſcriptibilia reputantur, ſcilicet viſitatio, & ſolutio procurationis, *Roman. co*[illegible] 371. *incipit in propoſita n.* 6. *in fine*, quod intellig[illegible] eſt de præſcriptione totalis † procuratio[illegible]

Eccleſiarum *Calder.conſ.6.de offic. delega. & conſ. 5. de rebus Eccleſ. Lapus allega.30.num.9. verſ.licet.Tuſchus litera V.concluſ.221.n. 3. 6. & 7. & de præſcriptione totalis viſitationis Calder. conſ.453.aliàs 11. de cenſibus*, nam vt Panormitanus *ex Ioanne Andrea docet in cap. venerabilis n.5. de cenſibus*, Epiſcopus poteſt per modum cuiuſdã Vicariæ perpetuæ concedere inferiori, vt recipiat nomine ſuæ dignitatis iura viſitationis, vel viſitationem faciat *Zabar.conſ. 131.n.12. verſ. ad ſecundum Tuſchus d. concluſ.221.n.4.*

13 Rei huius optimum † exemplum eſt in Epiſcopatu Tiraſonen; vbi Calatajubij Vicarius generalis diuturnitate temporis, ſic priuatiuè de cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus per viam cõtẽtioſam, vel voluntariam, cognoſcit, vt abſque magno populi ſcandalo, & inhibitionis obſtantia Iuſtitiæ Aragonũ, Vicarius principalis Tiraſonenſis, ſiue in rebus iuſtitiæ, ſiue gratiæ illius Archidiaconatus non procedat, qui Vicarius generalis, quod poſſit eſſe executor mixtus Apoſtolicus, *nõ obſcure colliges ex traditis à Flores var. lib.1.q.4.n.7. & ſequent.* An vero iſtius Vicarij introducta iuriſdictio firmo teneat pedè, Paulus Emilius narrat *deciſ.306.n.4.par.1.* & dominus meus Don Michael Martinez del Villar Supremi Aragonum conſilij celebris Conſultus, & ſuorum anteceſſorum integritate litteris & nobilitate meritiſſimus ſucceſſor *in lib. de pa- ... 2.p. art.* 8. Simili modo † & Epiſcopus in- ... ttit collationẽ, poſtulante ſic fundatore in

in erectione beneficij *Macerat.* 1. *var. c.* 12. *Riccius in praxi deciſ.* 163. *n.* 81. *in fine, & vt latius in Canonicali par.* 2. *c.* 36. è conuerſo contra totalem † abraſſionem iu- 15
riſdictionis alicuius Eccleſię, Riccius *in praxi deciſ.* 542. exemplum proponit cuiuſdam Epiſcopi, qui cum permutare voluiſſet parochiā ſuę Diœceſis cum alia Neapolitani Archiepiſcopi non fuit permiſſus ex ſupra dictis, & nę reſidentiæ ſuę, per obliquum, fraudem faceret ad quam de iure diuino directo obſtringitur *cap.* 1. *Seſſ.* 6. *de reforma. in Tridentina plures allegat Riccius d. deciſ.* 542.

Pro ſuperiori noſtra ſententia facit, quod Epiſcopus
† præſumitur nihil ignorare ex his quæ pertinent ad 16
ſuum Diœceſim, quia reſidere & viſitare tenetur *Anchar. conſ.* 117. *circa finem, Alexan. conſ.* 94. *n.* 13. *lib.* 5. *Aymon. conſ.* 128. *n.* 1. *Rota deciſ.* 6. *n.* 3. *de iure patrona. in nouis. Seraphinus deciſ.* 337. *n.* 6. *Farina. deciſ.* 638. *n.* 3. Si viſitatio in hoc caſu radicitus euelleretur, cogeretur ignorare, quod ſcire tenebatur, quare etiam Capella † Re- 17
gia Epiſcopi ſubiectioni ſubeſt quoad generalia, licet quoad particularia libera ſit *iuxta ea quæ tradit Rota deciſ.* 744. *par.* 1. *diuerſ. pro declaratione textus in cap. cum Capella, de priuileg. & Tridentini Seß.* 24. *c.* 11. *de reforma.*
Et quod † totalis exemptio à viſitatione pro iniqua 18
reputetur, colliges, ex traditis à Lambertino *de iure patrona. lib.* 1. *par.* 1. *q.* 9. *art.* 1. *n.* 25. *& ex his quæ diximus q.* 24. *fundamento* 1.

Non obſtat prima dubitandi ratio, † quia verius eſt

in Capellanijs collatiuis, quę iam ſpiritualizatę ſunt omnino reijciendam eſſe illam conditionē, vt ordinarius nullo modo ſeſe intromittere poſſit, quia non poterit facere, quin leges in ſuo teſtamento valeant, *l. nemo poteſt, ff. de lega. 1. vbi Gutier. n. 450. & ſequentibus, Rota deciſ. 10. de teſtamentis in antiquis, Rochus de Curte de iure patrona. verbo pro eo quod num. 25. Gonzal. reg. 8. gloſſa 5. in principio num. 42. Mandoſ. de ſigna. gra. cap. de exemptione ab Epiſcopo, §. amplius etiam, & melius præalijs Fuſchus de viſitatione lib. 2. c. 11. à n. 13. & plures quos congerit deciſio. 30. num. 5. par. 2. recentiſſimarum.*

20 Nec contrarium probant † caſus propoſiti à Garcia *ſupra d. nu. 98. & ſequent.* non ille Comitis de Oropeſa, nam in breui *S. D. N. Pauli Papæ V.* in fauorem illius conceſſi, Hoſpitale, & Collegium non etiam Capellaniæ collatiuæ eximuntur à viſitatione, nec dictum Hoſpitale, & Collegium eximerentur, niſi concurrente illa ratione, quam refert ex breui Pauli, Garcia *num.* 101. ſcilicet, quia itineris difficultate præpeditus Epiſcopus Abulen. raro in dicta Villa perſonalem reſidentiam exercet. Alter caſus Hoſpitalis de Olmedo de miſſis in quadam Capella celebrandis, non de Capellania collatiua loquitur. Vel aliter reſponde, quod Epiſcopus ibi non fuit ſpecialiter excluſus, *vt requiritur à Concilio Tridentino Seſſ. 22. cap. 8. & eius interpretibus*, ideo viſitationem competere Priori cumulatiuè ad Epiſcopum non priuatiuè, *vt ad hunc ſpecialem caſum deciſum fuit à Rota deciſ.* 33. *par.* 2.

recen-

recentiſſ. caſu prius diſputato, vt in deciſ. 30. dict. par. 2. Nec Doctores † Panormitanum ſequentes, diuerſi 21 ſunt ab hac ſententia, cum intelligendi ſunt iuxta mẽtem Panormitani, quem referunt, & quem ſequuntur hunc vero colligendæ ſententiæ alterius Doctoris modum amplectitur Rota *deciſ. 52. num. 36. par. 2. diuerſorum, Couar. 2. variar. cap. 6. num. 4. Menoch. de retinend. remedio. 3. num. 270.* At Panormitanus loquitur de Epiſcopo qui poteſt in fundatione Eccleſię, ad petitionem patroni, transferre in alium ius ſibi ſpecialiter competens, *vt & ſe ſpecificatius declarat in cap. cum venerabilis n. 5. de cenſibus,* quo caſu non viſitatio radicitus euellitur, ſed moderamen accipit, *vt dixi ſupra.*

Quicquid autem ſit † in caſibus quibus Epiſcopus 22 excluditur à viſitatione, data negligentia eorum quibus conceſſa erat viſitatio, ſuccedit Epiſcopus in poteſtate viſitandi, *vt probat textus in cap. tua nobis de teſtamen. & latius Stephanus Gratianus diſceptat. Forenſ. cap. 481. num. 15. & ſequentibus, optime Seraphinus deciſ. 611. num. 6.*

Nõ obſtat illud, quod adducebamus *ex conſilio 267. Calderini, & aliorum,* quia loquũtur in caſu ſpeciali quãdo Eccleſia vnitur Monaſterio exempto, quo caſu vnitum deſinit eſſe iam beneficium, & incipit eſſe prædiũ alterius loci cui fuit vnitum, & vt tale iudicatur *Mandoſius reg. 19. q. 10. n. 2. & 3. & regula 22. q. 13. à nu. 18. & quam plurimi alij quos refert, & ſequitur Garcia de beneſ. par. 12. cap. 2. num. 12.*

Quod ſi (Lector amantiſſimè) dicta ſupra, tibi ſatis non faciant, recurre ad *deciſ. 30. par. 2. recentiſſ. vbi caſus viſitationis de Olmedo diſcutitur plene.*

Summaria Quæſtionis 28.

PRoceſſus appellatione intelligitur prima citatio, num. 1.
Citatio perpetuat iuriſdictionem, num. 2.
Proceſſus ſit quomodocumque perueniatur ad cauſam, n. 3.

Quæſtio XXVIII.

An in leuibus Epiſcopus poſſit contra Capitulares procedere ſine Adiunctis?

HÆC quæſtio reſoluta manet ex traditis ſu-
1 pra quæſt. 2. argumẽto 2. illud † nota quod ad primam citationem venire non poteſt Epiſcopus ſine Adiunctorum conſilio, & aſſenſu, quia non poteſt procedere, *vt in hoc cap.* 6. *Seſſ.* 25. & appellatione proceſſus intelligitur prima citatio, *vt Farina. ibidem ver. an Capitula, Marcilla lib. 4. tit. 7. c. 20. litte-*
2 *ra K.* quia perpetuata † iuriſdictio intelligitur per citationem, *cap. gratum. cap. relatum de offic. delega. c. cum plures, vbi gloſſa verbo incohante eodem titulo in 6.* Sed aduerte † quod quomodocumque cauſa incohetur di- ... perueniri ad proceſſum *gloſ. verbo proceſſum in cap. legato 14. de offic. delega. in 6.*

SVM-

Summaria Quæſtionis. 29.

COadiutoria ſpecies eſt Beneficij, n.1.
Coadiutori congrua datur, n.2.
Coadiutoriæ expeditio precum veritatem requirit, n. 3.
Coadiutor an penſum ſeruitutis ſoluere teneatur, n.4. & 24.
Coadiutor liberam habet adminiſtrationem, n. 5.
Coadiutor reſtituitur poſſeſſioni quam accepit n. 6.9. & 45.
Coadiutor eaſdem debet habere qualitates quas coadiutus, n. 7.
Coadiutores, ac expectantes comparantur, n. 8.10. & 32.
Coadiutor & non coadiutus infirmus, vel impeditus lucratur diſtributiones, n. 11.
Clauſulæ, ex nunc pro vt ex tunc, virtus n.12. & 46.
Coadiutores annatam ſoluunt, & ingreſſum, n. 13.16. & 48.
Annatarum ſolutio fauorabilis, n. 14.
Annatis ſuccedunt quindenia, n. 15.
Ingreſſus varia ſunt nomina, n. 16.
Ingreſſus ſunt odioſi, n. 17.
Coadiutores an ſedem acquirant per gradus antiquitatis, num. 18. & 40.
Cæſarauguſtanæ Sedis ſtatutum par. 3. c. 1. declaratur, num. 19. & 50.
Iuriſdictio præuenitur citando, capiendo, vel informando. num. 20.
Coadiutorum vſus an improbandus, num. 22.
Coadiutoribus ſtylus multa tribuit, n. 23. quia ſunt introducti ab illo, num. 39.
Coadiutor non tenetur publicare, n. 25.

Coadiutor non conſequitur fructus ex beneficio coadiuti, n. 26.
Coadiutor an teneatur reſidere præciſè an cauſatiuè num. 27. & 29.
Coadiutoria non inducit incompatibilitatem, n. 28.
Tiraſonenſis Coadiutor priuatus, n. 30.
Coadiutores ſibi non optant, ſed Coadiutis, n. 31.
Coadiutor eſt Canonicus fictus, n. 33. & 44.
Coadiutoria non præiudicat nominationi Regiæ, n. 34.
Regibus in dubio non cenſetur derogari, n. 35.
Coadiutor non tenetur facere profeſſionem, n. 36.
Coadiuto excommunicato, Coadiutor non lucratur diſtributiones, num. 37.
Senator honorarius prior poſſeſſione poſtponitur poſteriori qui adminiſtrationem proprio iure habet, n. 41.
Dignitate minori, ſed propria fulgens, dignior eſt quam qui maiori, ſed aliena dignitate fulget, n. 42.
Archiepiſcopus Coadiutor quibus prohibeatur, n. 43.
Fictio non eſt potentior veritate, n. 47.
Ius ad rem, vel in re quomodo diſtinguatur, n. 49.

Quæſtio. XXIX.

An Epiſcopus poſſit procedere ſine Adiunctis contra Capitularium Coadiutores?

NON poſſe ſuadent ſequentia, Coadiutores † ſcilicet iſtos eſſe Beneficiatos, ſicut Coadiutos, nam Coadiutoria ſpecies beneficij

neficij vocatur *apud Archidiaconum in cap. quamuis. 7. q. 1 argumento textus in cap. de Rectoribus iuncta glaſſa verbo* 8
curant de clerico ægrotan. vbi. † & ſimiliter congrua da- 2
tur Coadiutori, ſicut beneficiato, *idem & docuit gloſſ. verbo curam omnem in cap. 1. 7. q. 1.* Non † minus preces 3
veritate niti debent in Coadiutoria, ac in cæteris beneficijs *deciſ. 652. par. 3. diuerſ.* Sicut beneficium patronatus conferri non poteſt ab ordinario ſine conſenſu 9
patroni, *Lamber. de iure patrona. par. 1. lib. 2. q. 6. art. 6.* nec † Coadiutori commendari, *idem Lambertinus d. q.* 4
6. art. 20. Coadiutor pēſum ſeruitutis ſoluere tenetur, 10
ſi vera ſunt argumēta, quæ non ſequitur, ſed proponit
Nauar. *de ora. c. 20. n. 18.* quod proprium onus eſt beneficiati *cap. 1. de celebra. miſſar.* Nō minus Coadiutor † 5
quam Coadiutus liberam habent administrationem,
vel conferendi poteſtatem, *Oldra. conſ. 44. num. 2. & 3.* 11
poteſt Coadiutor titulo Coadiutoriæ ordines ſacros
accipere *de quo non dubitat Nauar. d. c. 20. n. 18.* Accipit † poſſeſſionem ad quam reſtituitur ſpoliatus, *vt in* 6
vna Vlixi. Coadiutoria quæ habetur apud Marcheſanum 2. volum. inter ommiſſas pag. 364. & expulſus à Capitulo
reſtituitur ad vocem in illo *Riccius reſolu. pract. cap. 263.*
Qualitates requiſitæ ad obtinendam præbendā requiruntur ad conſequendā Coadiutoriam † exēplo reſig- 12 7
nantis & reſignatarij *Staphil. de mod. proced. fol. 146. num. 23. Paris. de reſigna. lib. 4. quæſt. 9. num. 19. Garcia de benef. par. 7. cap. 4. num. fin. Gonzal. regula 8. gloſ. 5. §. 9. n. 89. & 90. Monet. de optione Canon. cap. 4. num. 151.*

ſoluunt iuxta breue Pauli V. de anno 1608. die 23. Octobris conceſſum, cuius † ſolutio eſt fauorabilis 14
rationibus ad id ponderatis à Thoma Campegio *de annat. n. 5.* & in ipſo breui, ideſt, ne diminuantur diſtributiones, quibus diminutis, cultus diuinus minuitur *cap. 3. Seſs. 21. cap. 3. Seſſ. 22. de reforma. in Triden. & in ſpecie deciditur à Rota deciſ. 139. n. 2. par. 2. diuerſor.* Dixi † 15
coadiutores annatam ſoluere, cum ſoluāt quindenia, quia annatis ſuccedunt quindennia, *ad tradita per Seraphinum deciſ. 1401. n. 2. ex Antonio Maſſa in tracta. de annatis.* In eadem Sede † ſoluunt, & Coadiutores ingreſ 16
ſum iuxta decretum D. Alphonſi ab Aragonia, & Capituli Cæſaraug *de anno 1495. die 19. Februarij.* alio nomine cappam, ſeu paſtelum *de quo in cap. præſenti. §. niſi de offic. ord. in 6.* ſeu deportus, *vt in §. 1. de annatis in concordata, & ibi gloſſa verbo conſuetudinis, de quibus plura proſequuntur Doctores in cap. Iacobus, vbi Hoſtien. & Socin. n. 6. de Symon. Felin. in cap. cum M. n. 19. de conſtitu. Cucus maior. inſtitu. lib. 2. tit. 14. n. 22. Garcia de benef. par. 8. c. 1. à num. 85. Fabricius in praxi de annatis lib. 1. cap. 9. à n. 15. Riccius in praxi deciſ. 227. & 567. & facit textus in l. 1. de ambit. & quæ tradit Azeuedo ad curiam Piſanam lib. 1. cap. 14. quibus in locis* † *contra hos ingreſſus multa ſcribuntur,* 17
quia ſunt odioſi Concil. Triden. Seſs. 24. cap. 14. & in conſtitu. 104. par. 2. Pij V. Coadiutores † Sedem per gradus 18
antiquitatis acquirunt, ſi vere Rota cenſuit coram bonæ mem. Penia Salmantinis & Tiraſonenſibus, *quas deciſiones reperies apud Marcheſa. tomo 1. de appella. a'*

execu. breu. §. 1. *deciſ.*28. *&* §. 2. *deciſ.*46. *apud Garciam*
*d. cap.*5. *num.*78. *&* 138. Rotæ ſententiam ab ſtatuto
19 Sedis noſtræ par. † 1. cap. 3. admiſſam fuiſſe videtur,
nam in illo ſic cauetur; y ſi alguno entrare por Coad-
jutor, de Dignidad, Canonigo, o Racionero, o Bene-
ficiado tiene lugar del dia de ſu poſſeſſion, como eſtà
20 dicho. Coadiutorum † vſus non videtur omnino im-
probandus, ſi non ſolius ſucceſſionis & ſanguinis, ſed
meritorum & probatæ vitæ habita ratione vtilitatis
Eccleſiæ introducatur. *Thom. Campeg. de Coadiutore Epiſ*
21 *cop. n.* 12. Neque obſtat votum † captandæ mortis cõ-
ſideratum *in cap.* 2. *de conceſſ. præben.* quia deſiderium ma
lum conuertitur contra machinantẽ, *iuxta illud Num.*
cap. 22. & vt ait Seneca *epiſtola* 10. turpiſſima vota Diis
inſuſurrant, ſi quis admouerit aurem, conticeſcent. *Plu*
ribus conatur defendere Coadiutorum ſtylum Ioan. Baptiſta
*Valenzuela conſ.*98. *à num.* 37. Et ſi prauus ſequatur euẽ-
tus, is diuerſus omnino eſt ab intentione concedentis,
cui non debet imputari, *vt conſiderat Maſtrillus de ma-*
giſtra. cap. 25. *num.* 4. *vbi multa congerit circa conceſſionem*
officij poſt mortem vacaturi.

Vltimò, quia ſine dubio videtur Epiſcopum debe-
re procedere cum Adiunctis contra Coadiutores, ſiue
Gartiam ſequaris *d. c.* 5. *par.* 4. *num.* 95. dum ait, Epiſco
pum contra actu ſeruientem Coadiutorem ſolum &
22 independenter procedere ſi modo † citando, capien-
do, vel informando præuenit ſeruitium actuale ***ad***
Maſcardum de proba. par. 2. ***concluſ.*** 1232. Siue ſequa-
ris

ris † declarationem Sacræ Congregationis ab eo re- 23
latam *in dict. cap. 5. vbi additio num. 96.* quæ cenſuit procedendum eſſe cum Adiunctis contra Capitularium Coadiutores ſi ex forma Coadiutoriæ colligatur, Coadiutori conceſſa fuiſſe priuilegia, quæ habent Coadiuti; nam ſtylus obtinuit Coadiutoribus concedi plenam, liberam, omnimodam facultatem, & auctoritatem in ſpiritualibus, & temporalibus ea facienda, quæ poterant facere Coadiuti. Si ergo in honoribus, & oneribus Coadiutores iure principalium cenſentur, quid mirum ſi criminaliter acti de Adiunctorum conſilio & aſſenſu cenſeantur?

Contraria tamen ſententia verior mihi ſemper viſa fuit, *vt nouiſsime multis declarationibus defendit additio ad Garciam 4. par. cap. 5. num. 96.* Nam Coadiutoria beneficium non eſt. Ideo † Coadiutor non tene- 24
tur ad officium Canonicum recitandum, ſed proprietarius, *Nauar. in cap. ſi quando præludio. 5. num. 10. de reſcript. Campeg. de Coadiutor. Epiſcop. num. 8. Gambarus de offic. legati lib. 4. num. 285. Redoanus de Symon. 2. par. cap. 28. cap. de rectoribus, & ſequentibus; vbi Abbas. de cler. ægrot. cap. grandis vbi communis de ſupplen. neglig. prela. Suarez de religione tracta. 4. lib. 4. num. 19.* vbi aduertit nihil obſtare quod illa iura, & eorum interpretes loquantur de Coadiutore ſine futura ſucceſſione, quia futura ſucceſſio non dat ius in re, ſed ad rem, & filius Regis non eſt Rex, licet futuram habeat ſucceſſionem. Beneficium † Coadiuua-

non vacat vſque ad eius mortem, & ideo nō ſubiacet publicationi *Puteus lib.3.deciſ.225.& deciſ.236.* Coad-
26 iutor † non conſequitur fructus ex beneficio coadiuti *deciſ.285.lib.3.par.3.diuerſ. Nauar. conſ.2.n.3.de cleric.*
27 *ægrotan.Garcia de benef.4.par.c.5.n.78.* Coadiutor † nō tenetur ad reſidentiam præciſam, ſed cauſatiuā, ideſt, vt de bonis ſuis ſatisfaciat pro intereſſentia non ſoluta *Mendez lib.4. diuerſ. iur.argum.c.1.n.8.Fabricius in praxi de offic.lib.2.cap.8.n.21.Gonzal.reg.8.gloſſa.5.§.9.nu.63.Barboſa ad Tridentinum Seſſ.24.c.17.n.13.* Coadiuto-
28 ria † non inducit incompatibilitatem ex eiſdem Do-
29 ctoribus. Illud autem quod dicitur † coadiutorem nō teneri ad reſidentiam præciſam, intelligendum eſt, niſi in coadiutoria ſit impoſita neceſſitas inſeruiendi, ſi enim ſit impoſita, vel per verbum debeat, vel teneatur, præciſſe tenetur reſidere, & ob non reſidentiam poterit priuari, ſeruata tamen iuris forma, *de qua in c.ex tua de cler.non reſiden.gloſ.verbo Canonibus in cap.quoniam fre-*
30 *quenter, vt lit.non conteſta.* vt † & fuit priuatus Franciſcus de Sylos muſicę pręfectus in hac alma Sede, Coadiutoria portionis in Eccleſia Tirafonen. *die 14. Ianuarij anno 1611.vt latius in deciſ. Rotæ 276.par.1.recen-*
31 *tiſſ. Farina.* Coadiutores † ſibi non optant, ſed coadiutis *Monet.de optione Canon.c.4.q.8.n.152.* Coadiuto-
32 res olim vocabantur † curatores *Quintana Dueñas lib.2. Eccleſ.c.1.n.21.& 30.* curator autem in bonis puberis nihil proprium habet. Coadiutores ſunt † expectantes, vt ſupra in argumentis, & probatur, quia

coadiu-

coadiutoria eſt conditionalis gratia, *vt Paulus Pariſ.*
conſ.83.vol.4.quem ſequitur Vbames.de elect.conſ.16.n.13
& 15. quæ tribuit ſpem debitum iri. §.*ex conditionali*
inſtitu.de verb. ſiue effulgens ſpes, *vt ex Caſſador. deciſ.*
vnica de pactis, colligit Vbameſius ibidem n. 12. at Canoni-
ci expectantes præbendam dicuntur Canonici in her
bis, & habentes ius ad rem, & non ſunt veri Canonici
gloſ.verbo receperit in c.1.de cler.non reſiden.lib.6.Hoſtienſis
in cap.ſuper inordinata v. 9. de præb. & in cap. conſtitutus n.
10.*de reſcript. & plures alij quos refert & ſequitur Maſtril-*
*lus deciſ.*130.*n.*27.*Leo in theſauro* 2.*par.c.*4.*n.*63. *Farina*
in recentiß. 1.*par.deciſ.*456.*&* 637.*Marcus deciſ.*1043.*n.*
3.*qui num.*6. Ex communi † praxi probat Canonicum 34
ſupernumerarium nihil accipere debere, quia eſt Ca-
nonicus fictus *Marcheſan.de appella.ab execu.breuis par.*1.
*cap.*1.*num.*169. Si vacet † coadiuti beneficium de mē- 35
ſe quo nominatio pertineat ad Regem non cenſetur
derogata eius nominatio præuentione iſta Pontificia,
*quam ſic appellat Marc.q.*16.*num.*2.*&* 8.*& q.*384.vt de
expectantibus poſtponendis nominatis à Rege Fran-
ciæ docet Fabri. *in praxi de titulo n.*21.*fol.*262.*vbi addi*
tio litera I. & ſecundum ius † eſt vt Regibus patronis 36
Pontifices non præſumantur moliri, tentare, vel con-
nari in derogationem *cap. dilectus* 34. *de præbend. proſe-*
*quitur Boetius heroïcarum quæſt.lib.*1.*de regalibus n.*16. quod
ſpecificius confirmo ex his quæ de concordatis Ger-
maniæ per dationem Coadiutoriæ non derogandis
cenſuit Caſadorus deciſ. vnica de pactis, confirmatur

ex his, quæ de non admiſſa à Carolo V. Imperatore Philippi Vrries creatione in Epiſcopũ Oſcen. Coadiutoris dati cum futura ſucceſſione D. Ioanni ab Aragonia & Nauarra, ſine Caroli adſenſu enarrat Iriarte *de excellentijs Oſcæ lib. 3. cap. 23. anno 1526. in fine.* At concordiam illam Germaniæ lucidatam obſeruande lector perlege apud Hieronymum Gonzal. *regula 8. gloſ. 51. num. 99. & per totam gloſſam 25. de qua concordia loquitur conſt. 18. Gregorij XIII. in Bullario, de præſeruatione iurium regum; congerit Gonzal. reg. 8. gloſ. 2. in proœm. à num. 36. Cenedo quæſt. 22. num. 26.* Proſequitur illuſtris admodum D. D. Auguſtinus Morlanes Fiſci Regij Strenuiſſimus Aduocatus, paternæ iuriſprudentiæ heres & pater D. D. Didaci de Morlanes ingenio, prudentia, nobilitate, & diuturna in vbere librorum ſuorum copia expilanda aſſiduitate *in alleg. ad proceſſ. Prat. Fiſc. contra reſign. & Coadiu. Sed. Metrop. maxime* §. 4. Coadiutor fidem profiteri non te-
37 netur † *vt contra Acoſtam de Andrada ad Bullam Cruciatæ quæſt. 75. docet Garcia de beneſ. par. 3. cap. 3. vbi addiſio num. 16.* Cæteri Capitulares fidei profeſſionem, & coram Epiſcopo, vel eius Vicario & in Capitulo facere tenentur, *vt in Tridem. Seſſ. 24. cap. 12. §. prouiſi de reforma. de qua latiſſime Sanchez de præcept. De-*
38 *calo. lib. 2. cap. 5. maxime num. 7.* Coadjutor † non lucratur diſtributiones, excommunicato coadiuto, quia excommunicatus ſi per ſe non poteſt aliquid agere, nec poterit per procuratorem *cap. fin. de procura. vbi*

Imola

Imola num. 6. & ſatis eſſet indecorum alienum à communione fidelium ex ſuffragijs Eccleſiæ, cui non pareret, alimoniam recipere *Leo dict.* 2. *par. cap.* 4. *num.* 68. *Gonzal. dict.* §. 9. *num.* 124. Coadiutoria † res eſt 39
valde odioſa & reſtringibilis *cap.* 2. *de conceſſ. præbend. ibi turpe eſt ſi in Eccleſia Dei locum futuræ ſucceßionis expectatio habeat cap. dilectus* 19. *de præbend. ibi vacaturam expectare præbendam Lateranenſi Concilio non ſit dubium obuiare cap.* 5. *Seſsio.* 25. *de reforma. in Trident. Moheda. deciſ.* 333. Gambar. *de auctor. lega. lib.* 5. *cap. de Coadiutoribus num.* 131. vbi conquæritur Coadiutores hodie potius eſſe heredes pedagogo indigentes *proſequitur Theſaur. dict. cap.* 4. *num.* 69. multis rationibus in officijs ſæcularium hoc ipſum comprobat loquens de futura ſucceſſione promiſſa, Maſtrillus *in tracta. de magiſtra. part.* 1. *capit.* 25. *à numer.* 10. Coadiutorias † 40
ſtylus introduxit *Caſſador. deciſsio.* 2. *num.* 2. *de reſtitu. ſpolia. Mandoſ. de ſigna. gratiæ tit. de Coadiutor. plura congerit ad propoſitum Gonzal. regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 9. *à numer.* 42. Coadiutores ancianitatem † non à die 41
eorum admiſſionis, ſed à ceſſationis Coadiutoriæ die adipiſcuntur, nam Coadiutor viuente Coadiuto ex perſona propria non habet poſſeſſionem beneficij, actus quos facit non ſibi, ſed Coadiuto facit, nihil aliud poſſidet quam adminiſtrationem Coadiutoriæ, quæ poſſeſſio ceſſat ceſſante Coadiutoria, non capit poſſeſſionem, niſi poſt mortem Coadiuti, quas omnes rationes iuribus, & *Doctoribus*

confirmat duplex deciſio Hiſpalēſis ſcilicet 456. & 637. p. 1. recentiſſimarum Farina. Vnde ſi Coadiutor prætenderet prælationem, non audiretur, niſi poſſeſſionem & adminiſtrationem proprio nomine habitam probaret *Fabricius in praxi de alijs quib. iuribus n. 19. & 21. pag.* 158. Quod confirmatur ex generali cōſuetudine Hiſpaniæ, quę obtinuit Coadiutores Canonicis nouiſſime receptis in Sede poſtponi, *de qua conſuetudine teſtimonium perhibent Garcia d. 4. p. c. 5. n. 73. Gonzal. d. gloſ. 5.*
42 *§. 9. num. 98.* Item ex † conſuetudine iuri innixa Luſitaniæ, ſecundum quam Senator honorarius prior data & poſſeſſione, præceditur à Senatore honorario, poſteriori poſſeſſione & data, actu tamen ſeruienti & adminiſtrationem habenti *argum. tex. in l. 2. C. vt digni ord.*
43 *ſeru. atteſtatur Cauedo p. 1. deciſ. 4. n. 7.* & generale eſt † vt qui aliena dignitate fulget, non præferatur ei qui propria dignitate coruſcat *Dec. in c. ſane in 2. n. 12. de offic. delega. quod contra Coadiutorum præcedētiam allegat Leo in theſauro for. Eccleſ. par. 2. c. 36 n. 58. & 60. Garcia d. 4. p. c. 5 nu.* 133. Omnia ſupra dicta confirmantur ex Sacra Rituum Congregatione *de qua deponunt Quaranta in ſumma Bullarij verbo Archiepiſcopi auctoritas num. 12, vbi additio litera b. & Garcia in addition. d. c. 5. n. 96.* Vbi cen-
44 ſuit Archiepiſcopo † Coadiutori etiam cū futura ſucceſſione non licere ciuitatem ingredi pontificaliter, vti Cruce, circulis Canonicorum, largitione indulgentiarum, neceſſaria non etiam vrbana Canonicorū aſſociatione, his rationibus quia non habet ius in re, ſed ad

ad rem, poteſt eſſe, vt præmoriatur coadiutor antequã ſit Archiepiſcopus, quia caret iuriſdictione, & dignitate, & quia non eſt caput Canonicorum *idem ex breui Pauli V. 16. Septembris anno 1606. cuius copiam reperies apud Franciſcum Suarez de religione tracta. 4. lib. 4. par. 2. cap. 22. num. 19. Garcia ſupra p. 3. cap. 1. num. 109. & d. cap. 5. num. 96.* & ex Sacra Rituum congregatione *d. deciſ. 456. num. 9. par. 1. recentiſſ.* † vbi declaratum fuit 45 Canonicorum Coadiutores viuentibus coadiutis non eſſe habendos pro veris Canonicis, etiam ſi Coadiutores ſint cum futura ſucceſsione, quia non habent ius in Canonicatu, ſed ad Canonicatum, vnde non ſunt Capitulares, ideo & non datur tempus recreationis trimeſtre vnum coadiuto, & aliud trimeſtre Coadiutori *Stephanus Gratianus diſcepta. forens. cap. 166.* quæ omnia aperte probant Epiſcopum non reſtringi de Adiunctorum conſilio & aſſenſu contra Capitularium Coadiutores procedere. Id tamen ea conſideratione radicitus fulcitur nam Synodus Tridentina nihil ſic ante oculos ſibi propoſuit quam Epiſcorum iuriſdictionem in Capitulares, illæſam, & intactam conſeruare, vt probaui ſupra q. 2. in fundam. quod ſi adiunctorum vſum ad non capitulares Tridentina Synodus voluiſſet prorogare, ſibi contraria videretur exiſtere.

Neque obſtant ex aduerſo † conſiderata ideſt Coadiutorem ad poſſeſsionem reſtitui, *quia vt dicitur in deciſ.* 456. reſtituitur ad poſſeſsionem, quam habet non in beneficio, ſed in ſeruitio Coadiutoriæ. 46

Non obſtat quod Coadiutores admittantur cum
47 clauſula ex nunc † pro vt ex tunc, nam clauſula hæc nō operatur, vt tempus præſens coniugatur cum futuro vel è conuerſo *Felinus in cap. licet cauſam num. 6. de probation. Pariſ. conſ. 91. num. 66. vol. 2. Neguſantius de pignor. par. 2. membro. 2. num. 6. Tiraq. de retract. conuention. §. 2. gloſ. 1. num. 85. Marcheſa. de. Iacta. part. 3. §. 2. num. 90.* nec rurſus coniungitur tempori præterito,
48 ita vt præualeat veritati, nam hæc † retrotractio fit per fictionem, & fictio non eſt potentior veritate, & naturalitate, niſi ſpecialiter ſit cautum per habentem poteſtatem *l. filio quem pater ff. de liber. & poſth. Bart. in l. 3. §. hæc verba ff. de nego. geſt. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 17. verſ. verum hoc non eſt, & in dicta decis.* 456.
49 *num.* 13. Non obſtat quod in hac † Sede Coadiutores quindemnia ſoluant, ſoluunt enim ex ſpeciali clauſula quæ in Pauli V. gratia ſeu Breui reperitur, qua ſoluere compelluntur habentes ius, vel in beneficio vel ad be-
50 neficium; diſcrimen † habendi ius, vel in vel ad beneficium Abb. docet *in cap. litteris 39. num. 5. de reſcrip. Molina de iuſt. & iur. par. 1. tracta. 2. diſpu. 2.*
51 Non obſtat † ſtatutum Cæſaraug. Eccleſiæ circa Sedem à die poſſeſsionis habendam, quia poſſeſsionem non capit niſi poſt ceſſationem Coadiutoriæ, *vt in d. decis. 456. num. 6. & ſequentibus.* Non obſtat conſideratio Garciæ circa Coadiutorem actu ſeruientem, & Episcopum præuenientem, quia eſt ridicula cum ſit in poteſtate Episcopi reijcere informationem, captionem

vel

vel citationem ad tempus, quo actu non ſeruiat, *vnde ſuccedit regula tex. in l. ſub hac de obliga. & action.* Non obſtat quod Coadiutor admittatur ad prærogatiuas quas habet Coadiutus, *nam vt ipſe Garcia d. num. 96. reſpondit*, illæ prærogatiuę non extenduntur ad iuriſdictionem adiunctorum. Non obſtant alię conſiderationes, quæ ex fundamentis pro hac parte adductis facilè diluuntur ſi diligenter perſpiciantur.

Summaria Quæſtionis 30.

Recurſus à quibus Doctoribus foueatur, num. 1.
Recurſus à deciſionibus publicis admittuntur, num. 2.
Rurſus à deciſionibus Romanis comprobantur, n. 3. & 15.
Recurſus exemplis confirmantur, n. 4.
Laicus cognoſcit inter eccleſiaſticos ex delegatione Apoſtolica, num. 5.
Siciliæ lai clericalis iuriſdictio, n. 6.
Conſuetudo immemorialis vim tituli habet, n. 7.
Priuilegium & præſcriptio differunt, n. 8.
Regalibus detrahere alienum eſt à mente Pontificis, n. 9.
Conſtitutio Martini contra trahentes clericos ad Tribunalia ſecularia, n. 10.
Quis primum Bullam in cœna publicarit, n. 11.
Pontifices multi recurſus diſſimularunt, n. 12.
Recurſus ratione temporalitatis licitus in iure, n. 13.
Recurſus ſæculi legibus roboratur, n. 14.
Iudex poteſtatis limites excedens, vt priuatus agit, n. 16.

Iu-

Iudici vt priuato impune reſiſtitur, n. 17.
Recurſus in defenſionem poſſeßionis & appellationis licitus, num. 18.
Patroni pro re Eccleſiaſtica licitè recurrunt, n. 19.
Recurſus licitus vbi eccleſiaſtici eccleſiaſticis remittuntur, num. 20.
Recurſus iuſte deprecantibus non eſt denegandus, n. 21.
Conſtitutio Eccleſiæ legibus ſæculi adiuuatur, n. 22.
Vim vi repellere licet, n. 23.
Vis multis modis fit, n. 24.
Violentia triplex, n. 25.
Interdicta pro rebus ſacris redduntur, & reddebantur, n. 26.
Pontificia Regiaque poteſtas ab eodem fonte dimanant, n. 27.
Sacerdotium, & Regnum olim in vno, n. 28.
Spiritualis & temporalis gladius mutuo ſe adiuuant, n. 29.
Periculi ratione multa alias non permiſſa permittuntur, n. 30.
Recurſus, vbi eſt periculum in mora, licitus, n. 31.
Reges ſunt executores Tridentini, n. 32.
Intellectus ad Concilium Trident. Seſſ. 25. cap. 3. num. 33. & num. 47.
Regia Tribunalia non comprehenduntur in prohibitione, n. 34.
Recurſus videtur licitus vbi eſt cleri laica iuriſdictio, n. 35.
Recurſus vbi eſt licitus, & citari & inhiberi, n. 36.
Recurſus à multis Doctoribus deteſtantur, n. 37.
Recurſus defenduntur, ignorantia, neceßitate, conſuetudine, concordia, priuilegio, & defenſione, n. 38.
Recurſus improbantur à Rota Romana, n. 39.
Sequeſtrum Iudicis laici in rebus Eccleſiæ nullum, n. 40.

Recur-

Recurſus improbatur ab antiquis Canonibus, num. 41. *à recentioribus, num.* 42.
Recurſus quomodo recentiſſimè deteſtentur, n. 43.
Recurrentes multis pœnis afficiuntur, n. 44.
Iudex ſecularis non ſupplet iuriſdictionem eccleſiaſtici, n. 45.
Maior eſt Iudex eccleſiaſticus, quàm ſæcularis, n. 46.
Conſuetudo immemorialis à Regibus etiam inducta, eſt ſublata, n. 47.
Clericus maieſtatis reus ab eccleſiaſtico punitur, n. 48. *idem de perturbatore pacis.*
Actor ſequitur forum rei, n. 49.
Brachium ſæculare ab ordinarijs & delegatis Iudicibus inuocatur, n. 50.
Intellectus cap. 20. *Seſſ.* 25. *Concilij Tridentini, n.* 51.
Non recipientes legem primi, peccant mortaliter, n. 52.
Defendendi munus proprie Eccleſiaſtic i Iudicis eſt, n. 53.
Eccleſiaſticus ſæcularem non poteſt inhibere, n. 54.
Priuilegium non præſumitur, n. 55.
Immemorialis quomodo probetur, n. 56.
Recurſus admittendi, vel non admittendi reſolutio remittitur, num. 57.
Argumentis impiorum non eſt vtendum contra Sedis Apoſtolicæ poteſtatem, n. 58.
Abuſus Eccleſiaſticorum recurſibus anſam dederunt, n. 59.
Hieronymi locus expenditur, n. 60.
Recurſus differt à querela reclamatione & alijs, n. 61.
Recurſus nō eſt licitus quando violentia falſo allegatur, n. 62.
Recurſus purificantur duabus conditionibus, n. 63. & 64.

Doctores recurſibus applaudentes quibus excuſentur, n. 65.
Sæcularis eccleſiaſtico Iudici quando par iudicetur, n. 66.
Intellectus cap. paſtoralis, §. quia vero de offic. delega. n. 67.
Declaratoria facti requiritur ad incurrendam pœnam ipſo iure, num. 68.
Pœnæ impoſitio requirit concludentem probationem, n. 69.
Recurrentibus remedium attentatorum competit. n. 70.

Quæſtio XXX.

An licitus ſit recurſus ad Regium Tribunal pro defenſione iuris Adiunctorum?

VT caſus propoſitus innoteſcat, in diſputationem venire debet, an ſit licitus recurſus ad iudicem laicum contra eccleſiaſticum, maximè in eccleſiaſticis cauſis?

Adſtruitur.

Doctoribus. *num.* 1. Deciſſionibus varijs. *nu.* 2. Deciſſionibus Romanis. *num.* 3. *&* 15. Exemplis. *num.* 4. Iuribus & rationibus *à num.* 5. *ad* 36.

Deſtruitur.

Doctoribus. *num.* 37. Deciſſionibus Sacris *à num.* 39. Iuribus antiquis. *num.* 41. Recentioribus. *num.* 42. Recentiſſimis. *num.* 43. & diuerſis argumentis *à* *n.* 4[?]4. *ad* 61.

Conſ-

Conſtruitur.

num. 62. 63. 64. 70.

In primis ex † Theologis Illuſtriſſimus Caietanus 1
cap.27. apologiæ de poteſtate Papæ, dum conſulens permittit Imperatori & Principibus Chriſtianis reſiſtere tyrannidi Pontificum,& Epiſcoporum beneficiorum collationibus abutentium,(quam permiſsionem, ſeu conſilium reprehendit Boetius Epo *heroicarum quæſtio num in rubrica de immunita. eccleſ. n.* 14.) Caietanum ſequitur, & Victoria *de poteſtate Papæ & Concil. propoſitione* 22. vbi docet Concilium Prouinciale, vel Epiſcopos ad Regem recurſum habituros,contra Romanum Pontificem mandantem contraria conciliorum decretis,*vt pagina* 275.*Dominicus Bañes* 2.2.*q*.67.*dub*.2. *artic*. 1. *concluſ*.6. *Frater Michael Agia de exhibendis auxilijs fundamento* 27. *per totum*, *& ex noſtris Antiſignanus Couar. pract. cap.* 35. *num.* 3. *Guillelmus Benedictus in cap. Raynutius de teſtamentis*, *verbo Adelaſiam num.* 349. *& num.* 455. Molinus *verbo firma fol.* 148. *col.* 3. §. *die* 21. *vbi* ſcribit Epiſcopum & Capitulum Tiraſonen. ad Aragonum Iuſtitiam conuolaſſe prætendentes ſe nimium eſſe grauatos in impoſitione ſubſidij ab Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, & de ab ejus carceribus manifeſtato quodam Abbate Sancti Ioannis Pinaten. idem Mol. *fol.* 220. §. *manifeſtatus fuit*, caſum refert *& proſequitur* Portoles *cum multis ab eo relatis, verbo firma num.* 101. *Canonicus Cenedo collectanea*

ad Decretum & collectanea 17 *ad Decretales, idem poſthumus ne dicam ſuppoſitus canon. quæſt. c.* 45. *vbi huius opinionis auctores quam plurimos congregat, Salzedo in praxi criminali cap.* 102. *Nauar. in cap. cum contingat remedio* 1. *de reſcript. licet non ita conueniat in Manuali cap.* 27. *num.* 70. *Menocb. de retinenda poſſeßione remed.* 3. *quæſt.* 52. *num.* 354. Hoſtienſis *in ſumma de foro compet. num.* 13. *verſic. ſed nunquid* docens in realibus eccleſiaſtici negligentiam poſſe ſuppleri per Iudicem laicum *Bonadilla cum pluribus ab eo relatis lib.* 2. *politic. cap.* 18. *à num.* 139. *Pacianus conſ.* 164. *maximè num.* 38. *Dominus Regens Seſſe de inhibitionibus. cap.* 8. §. 3. *ex num.* 129. *& deciſ.* 114. *& in epiſtola Regia, quæ deciſiones præcedit ſecundæ partis maximè num.* 70. *ſeſe tamen limitans in modum dubitationis in dict.* §. 3. *num.* 200. *Zeuallos multis in locis maximè de violen. in proœm. cap.* 10. *plures non inculco Doctores, quia eos citatos inuenies apud ſupra dictos, & eos congerit Crauetta conſ.* 268. *& infra plures referam.*

2 Sunt & multæ † deciſiones hanc recurſuum facultatem definientes *apud Oſaſchum deciſ. Pedemont.* 30. *num.* 7. *&* 14. *& deciſ.* 116. *num.* 4. *apud Theſaurum deciſio.* 82. *vbi* additio litera A. multos congerit tenentes in cauſis eccleſiaſticis retinendæ, vel recuperandæ laicum Iudicem inter eccleſiaſticos legitimè procedere, *& deciſ.* 111. *n.* 3. *& deciſ.* 131. *& deciſ.* 117. Doctiſſimus Faber *lib.* 3. *Codicis titulo* 12. Clericũ docet turbantẽ Clericum in ſequeſtro per Iudicem laicum eſſe puniendum. De Clerico vexato in beneficio

per

per alium Clericum, quod adiuuetur à Rege, ſi eius auxilium imploret, media conſtitutione illa. Finis præcepti charitas. *Viuius tradit deciſ. 3 o. n. 5.* Clericus depoſitarius Iudicis officio compellitur depoſiti rationem reddere, *Bald. in l. cum pro quo ff. de in ius vocando, Afflict. deciſ. 24. n. 3. Aufrer. deciſ. Tholoſ. 167. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor, § fin. ff. qui ſatisd. cogan.* & tanquam verior opinio recenſetur Doctorum multitudine corroborata, vt Clericus ſuccedens laico ligetur inſtantia coram Iudice ſæculari inchoata, *vt atteſtatur Gratianus diſcepta. forenſ. c. 16. n. 31.* Equites Hieroſolymitani qui Religioſorum numero continentur, occupationem fructuum ex beneficijs ſub manu Regis facere debent, vt primā propoſitionem decisam fuiſſe Maynard. *lib. 1. deciſ. 17.* & ſecundam *deciſ.* 18. atteſtatur, & *deciſ.* 28. arreſtum repreſentat quo fuit iudicatum iudicem laicum competentem eſſe quoad poſſeſſorium rerum ſpiritualium. Et legati Apoſtolici poteſtas, quæ examinari ſolet in Hiſpania apud Iudices ſæculares, *Couar. pract. cap. 35. num. 4.* in Francia ſolet apud Regia tribunalia limitari. *Mayn. deciſ. 47. 48. 49. & 50. dict. lib. 1.* In Cathalonia quoque vbi parcius Iudex laicus mittit manum in meſſem Eccleſiæ, *teſte Peguera deciſ. 27. par. 2.* adhuc tamen contra eccleſiaſticos ad laicos recurſus admittitur *idem deciſ. 92. p. 1.* Sunt & multæ Romanæ deciſiones † ab huiuſmodi recurſu non ali- *eas refert & ſequitur Lancellotus de attenta. [illegible] 4. poſt limitationem 30. n. 44. celebris eſt in hu-*

Salmantina Canonicatus coram D. Blanchetto, cuius copia eſt apud Farina. 1. par. conſ. 681 n. 13. & quia eas ſtatim ſpecialius inducam, in præſenti non repeto.

4 Prædicta † poſſunt confirmari ex diſcurſu quodam Ludouici de Caſſanate reſcripto ſuper non admiſſione cuiuſdam in Canonicum Pacenſem Regalis Auditorij ope & auxilio; quem adſtruit iuribus, Doctoribus & exemplis. Illud eſt celebre quo Dominus Rex Ferdinandus Andream Martinez in Epiſcopum Tiraſonen. promotum ab Apoſtolica Sede, non ſua tamen præuia nominatione bonis temporalibus, & regni incolatu priuauit; *de quo Çurita noſter annal. par. 4. lib. 20. cap. 31.* Si prælatus Regi eſſet ſuſpectus, quod ab illo poſſit non admitti etiam ſtante Romani Pontificis decreto, obſeruat Petrus de Baiſio *in directorio electionum par. 1. cap. 6. fol. 382. thom. 15. par. 1. num. 4. & 5.* Sed his non obſtantibus Alexander VI. Valent. Caurien. & Elnen. Epiſcopos creauit, nulla preuia Ferdinandi Regis nominatione anno 1499. *eodem atteſtante Çurita lib. 3. par. 5. c. 39.* Aliud memoriam noſtram lugubrem oſtentat de anno M. DC. XI. quando hæc Metropolitana Sedes, & ante omnes eius Decanus D. D. Franciſcus Martinez Marcilla de la Mata ingenij acumine, Deidicæ ſcientię cognitione, & nobili pietate conſpicuus magnam in temporalibus paſſi ſt iacturam. Caſum enarrabit (permittente Deo) Canonicus meus Bartholomeus de Leonardo & Aragonum Regni eiuſque Coronę Chronologicus

nologicus in proſecutione Annalium Çuritæ noſtri, illius hiſtoriæ fide ſucceſſor iure optimo, melior tamen iure anteceſſor, dulci blandoque ſermone, contextu, & eloquentia. De ſupplantationibus Bullarum in Hiſpania frequentibus *Verallus deciſ.* 247. *num.* 1. *p.* 1. *Marcheſ. de penſ. p.* 1. §. 1. *num.* 76. Quod pendente apprehenſione ſileat eccleſiaſtica iuriſdictio, *Portoles* 1. *p. verbo apprehenſio in* 2. *num.* 97.

Pro iſta ſententia inducunt † tex. *in cap. prædia* 12. *quæſt.* 2. vbi indiſtinctè Pius Papa 2. epiſtola ſcribit prædia eccleſiaſtica ab omnibus de irruentium vexatione liberāda. Inducunt, *& tex. in c.* 19. *concilij Mileuit. de quo in cap. placuit* 11. *q.* 1. *& tex. in c.* 71. *Concilij Affricani*, vbi nihil obeſt ei qui iudicium Epiſcopale ab Imperatore poſtulauerit, in cap. *filijs vel nepotibus* 31. 16. *q.* 7. vbi Concilium nonum Toletanum can. ſic decernit. Si Epiſcopus talia agere tētet, Metropolitano eius hæc inſinuare procuret, ſi autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differat, *vbi & gloſ. quæſtionem affirmatiuè reſoluit*. Allegant textum *in cap. Principes* 20. 23. *quæſt.* 5. vbi Iſidorus 3. ſenten. de ſum. bon. c. 53. Principes ſæculi adeundos eſſe ſentit, vt quod non præualet Sacerdos efficere per doctrinę ſermonem, hoc impleat poteſtas per doctrinæ terrorem, & tex *in cap regum.* 23. *ead. cauſa & quæſt.* vbi Hieronymus in Hieremiam c. 22. ſcribit Regum [o]fficium eſſe liberare vi oppreſſos de manu calumniantium, & textum *in cap. adminiſtratores d.* ca-

ſ. 3

Vbi Ioannes VIII. adminiſtratoribus ſæculariũ dignitatum iubet, vt conuenti ab Epiſcopis & eccleſiaſticis perſonis, eorum quærimonias attentius audiant, & diligentius corrigant.

6 Secundò hoc argumento † vtuntur. Romanus Pôtifex laico, vel etiam fœminæ potuit cognitionem demandare inter clericos *cap. præter verſ. ſcribit diſt.* 32. *c. Mennam* 2. *q.* 5. *c. petimus.* 19. *c. iſtud* 20. 11. *q.* 1. *cap. poſtulaſti* 21. *de homicid.*

7 Vt & † Vrbanus II. Lai clericalem iuriſdictionem Rogerio Siciliæ Comiti, & eius heredibus demandaſſe creditur *de quo in ſpecie ſcribit Spondanus ad Baronium anno* 1097. *à num.* 4. *plura de hoc dominio ſcribit Marta de iuriſdict.* 1. *par. c.* 26. *num.* 8. *& in genere proſequuntur Decius in cap. præterea num.* 8. *de offi. delega. & in c.* 2. *de iudic. & Alex. conſ.* 74. *num.* 9. *vol.* 4. *Roland. conſ.* 25. *lib.* 2. *num.* 18. *Menoch. de retinen. remed.* 3. *n.* 5. *D. Seſſe d.* §. 3. *n.* 46. Quinimò & beneficiorum collatio laico ex Papæ priuilegio competere poteſt *Vital. in clemen. ſtatutum n.* 14. *de elect.* De multis regibus ius conferendi beneficia habentibus ſcribit Ludouicus *Gom. de mandatis de proiud. n.* 20. §. *tertio. Boe. deciſ. ſeu q.* 32. *n.* 2. Ergo,

8 conſuetudine † immemoriali induci poterit hæc cognitio, aut præſcriptione quæ vim tituli habet *c. paſtoralis,* §. *præterea de verb. ſignif. cum latius à me congeſtis ſupra q.* 24. *n.* 1. 4. *&* 21.

Quod ſi replices cum Alterio *de cenſur. lib.* 5. *diſput. col.* 4. *litera D.* priuilegium † & præſcriptionem procedere in hoc caſu, quia laicus non poteſt

teſt poſsidere, & ſine poſſeſsione præſcriptio non pro
cedit *cap. cauſam 7. de præſcrip.* Tunc reſpondetur Ro-
manum † Põtificem præoculis ſemper habuiſſe Reg- 10
num acquiſitis iuribus non detrahere, *cap. cauſam 7. qui*
filij ſint legitimi, & in ſpecie Martinus *Papa V. anno* 1429
Natiuitatis Domini, & ſui Pontificatus 12. ſuæ intentio-
nis declarauit non eſſe Reges comprehendere, qui cõ-
ſuetudine immemoriali ius acquiſiuiſſent in certis ca-
ſibus procedendi contra clericos quippe cum diffici-
lius ſoleat Papa iuri competenti laico derogare, *argum.*
cap. cum dilectus de iure patrona. deciſ. 48. par. 1. reſcentiſſ.
num. 9. Huius conſtitutionis copia eſt apud Guidon.
q. 1. quam ibi Ranchinus, & Ferretus commentarijs luſtrãt.
Eiuſdem conſtitutiones memores ſunt, Boetius Epo de rega-
lib. num. 30. qui num. 292. & 293. dictam Bullam nullũ
dare Regibus priuilegium probat, Seſſe d. §. 3. num. 43. &
48. & in d. epiſtola reg. à num. 72 Zeuallos de violent. in
proœm. cap. 10. nu. 36. Ad dictæ conſtitutionis † maio- 11
rem notitiam ſuppone eundem Martinũ V. *anno* 1428.
die 1. Februarij, conſtitutionem feciſſe riguroſiſsimam
contrahentes clericos ad Sæcularium tribunalia, *vt in*
1. par. Bullarij conſtitu. 10. quem Martinum V. primum
fuiſſe arbitrantur, qui promulgauerit Bullam, ſiue pro-
ceſſum in cœna Domini, *ſi bene argumentatur Soto in 4*
ſenten. diſt. 22. cuius opinioni adhæret Penia in directorio
part. ſchol. 18. ſed huiuſmodi proceſſum initium ha-
buiſſe tempore Clementis V. qui floruit ann
colligitur ex *clem. 1. de iudic.* cuius ipſe

uertit Alterius de cenſur. lib. 5. diſputa. 1. cap. 3.

12 Confirmatur ex Romanorum † Pontificiũ diſſimu latione qui ſcientes prudentesque laicalẽ iuriſdictionẽ intra terminos eccleſiaſticæ in multis caſibus eſſe dilapſam, diuturno ſilentio annuebãt, & diſsimulabant, quos ignorantia non excuſabat, erant enim oriũdi à Frantia vbi mos iſte præcipue viget. Hi erãt Benedictus XII. Clemens V. & VI. Gregorius XI. Vrbanus V. & Ioãnes XXII. *De eorum diſsimulatione, & origine atteſtatur Guillelmus Benedictus in c. Raynuntius verbo, & uxorem in 2. nu. 349. De origine teſtatur Laertius Cherubinus 1. par. conſtitu. pontif. in proœm. conſtitu. uniuſcuiuſque Pontificis.*

13 Confirmatur & † hoc fundamentum, quia ratione feudi iudex laicus inter eccleſiaſticos cognoſcit, quia ab eo temporale accipiunt, *vt ait Celeſtinus in cap. nimis. 30. de iure iur. eandem rationem aſsignat gloſ. verb. iure in cap. Romana §. debet de appella. in 6. gloſ. verbo ſuſcipiunt in cap. ſolitæ de maior. & obed.* ergo cum omnes temporale accipiamus à domino Rege nihil mirum ſi ad eum tanquam ad iudicem recurramus.

14 Tertiò quia & ius ciuile † hoc ipſum ſtatuit, vt non valentis, vel non volentis Epiſcopi ius reddere impotẽtia, vel negligentia ſuppleatur à ſæculari, *in authen. vt cler. apud pro. epiſ tit. 11. col. 6. §. ſi vero. De iure noſtri Regni ideãtur ſupra Mol. & Portoles. De iure Caſtellæ eſt lex 39 lib. 2. quam ad longum explicant D. Seſſe d. epiſto. Reg. & clariſsime Zeuallos per totam 1 par. de violent.* prædicti † ſentẽtiam ſuã fulminant ex mul-

tis

tis Sacræ Rotæ deciſionibus ex Achille *de Graſsis deciſ.36.de appella.cuius verbis & vtitur Seraphin. deciſ.Tarraconen.*1003.*n.*1. vbi vrbanius agere exiſtimat eũ clericum,qui cum poſſet de facto reſiſtere procedenti de facto, recurſum habuit ad tribunal ſęculare, *vt in conſ. vltimo Pariſij lib.4.quod ſequitur ibidem Achilles.Mandoſ. de inhib. q.* 21. Nam iudex † qui ſuæ poteſtatis limites 16
excedit,vt priuatus agit, *Menoch. de recuperan. remedio* 8.*num.*13.& 17. *cum pluribus relatis à Sanchez de matrimonio lib.3. diſpu.5. nu.2.*& 4. Et ei † impunè reſiſtitur 17
armis ſpiritualibus, & materialibus, *Maria So.in. in cap. perpendimus num.* 123.*de ſent ent. excommun. Cuchus inſtitu.maior. lib.2. tit.6. num.*352. *Caual.de brachio Regio par.* 1. *num.* 99. & 255. *ad ſatietatem declarat Farinac.part.* 1. *q.* 32. *à num.* 88. Item ex deciſ. *Salmant. canon. die* 14. *Maij de anno* 1595.*coram Illuſtriſsimo Blãcheto, cuius copia eſt apud Farinac. conſ.* 68.*num.*13. *apud Dom. Seſſe d.* §. 3. *num.* 174. Vbi licitus recurſus † cẽ 18
ſetur ad Regia Tribunalia in defenſionem poſſeſsionis, & appellationis interpoſitæ ad Superiorem. Ex *deciſ.*191 *num.*5.*par.*2. Vbi Patroni † in re eccleſiaſti- 19
ca ad auditoria publica recurrere permittuntur. In deciſ. 179. *num.*5.*par.*2.*crimin. Farina.* Exiſtimatur † tri- 20
bunal regium nullum præiudiciale decretum facere iuriſdictioni eccleſiaſticę,imo ſtuoiabile,ſi remiſſerit partes ipſas ad Iudices competentes.

Quintò,quia † Eccleſiæ ipſi hoc recurrẽdi ge. ximè intereſt,põderat D.R.Seſſe *in d.epiſt. R*

leg.2.iuncta gloſſa verbo derogetur,ff.de his qui ſunt ſui, ibi. Dominorum intereſt ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur his qui iuſte deprecantur.

22 Sextò, quia ſtatutum † laicorum in adiutoriū cōſtitutionis eccleſiaſticæ ab ipſis ſacris Canonibus comprobatur,verbi gratia,ſtatutum laicorum, vt obſeruetur dies feſtus à laicis, decretus ad obſeruantiam per Eccleſiam,vt colligitur ex cap. *ſi in adiutorium diſt.* 10. vbi Auguſtinus hæc verba. Si in adiutorium veſtrum etiam terreni imperij, leges ſumitis,non reprehendimus,fecit & hoc Paul. *Actor. c.*2. cum aduerſus iniurioſos, ciuem Romanum ſe eſſe teſtatus eſt, *propoſitionem iſtam pluribus comprobant Bald. in l nemini,C.de ſacroſanct. eccleſ. Benedictus Capra reg.*15. *& præſupponit hanc doctrinam Federicus de Senis conſ.*44 *quem refert & ſequitur Viuius lib.*2.*commu. opinion.*67.*Canedo deciſ.*87. *nu.* 9. *par.* 1. quomodo autem hoc ſit intelligendum bene Gratianus *diſcepta. forenſ.cap.*212.*n.*3.*&*63. Ergo,eccleſiaſtica ordinatio mediante recurſu iure à laicali diſpoſitione roboratur.

23 Septimò,quia naturale ius docet vim vi † repellendam eſſe, *l.vt vim. ff. de iuſt.& iur.c.*2.*c.ſignificaſti* 18. *de homicid.* quod omni animantium generi commune eſt,hinc bruta dentibus, cornibus, vnguibus, teſtis, ...is,ſcammis, ſpinis, & id genus alijs rebus armata ...; ſunt,vt vim propulſare,aut quomodocunq; ...ăt *Manutius in Ciceron.lib.*1.*de offic.pag mihi* 20.

20. *Ciceronianè proſequitur*; Sed his † qui modum excedit, legem non ſeruat, vel quicquam iniuſte mandat vim facit c. quoties 16. ibi. Romanam appellent ſedem & nullus eos excommunicare, eorum ſedes ſurripere, res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præſumat 2. q. 6. quem textum ponderat ad hoc Zeuallos *de cogni. gloſ. 6. num. 33. & 34.* Tu pondera textum in l. lege Iulia ff. de vi publ. vbi vim facit qui non obſtanti prouocatione aduerſus ciuem Romanum ad vlteriora procedit, *& faciunt quæ diximus ſupra q. 26. ad ſolutionem ſecundi argumenti, & quæ cogerit Magon. deciſ. florent. 120. num. 1.* De triplici † violentia ablatiua, expulſiua, & compulſiua diſtingue, *pro vt Caſtrenſis conſ. 27. in prin. lib. 1. quem refert & ſequitur Fuſchus littera V. concl. 214. num. 2. 3. & 10.* ergo licebit reſiſtere inferenti vim per iniuriam, ad reſiſtendum enim, & ad ſe defendendum non eſt opus, vt ille qui reſiſtit auctoritatem habeat, *vt conſiderat Michael Agia fundam. 27. pag. 115.* quod ſi priuata auctoritate hoc intentare licet, potiori iure, regia poteſtate hoc intentare licebit, nam vt Paulus Fuſchius Epiſop. Sarnen. conſiderat. Rex ſolet dici conſeruator ſuorum vaſſallorum, vt nemini iniuria fiat, & quiſque ſuum libere poſsideat, quippe cum & Rex in vaſallis & vaſalli in rege viuant *proſequitur Fuſchus 2. de viſitatione cap. 33. num. 16.* Confirmãtur hæc dicta qui recurſus vim appellationis habet, *Magonius deciſſ. li. 23. num. 1.* & appellatio eſt defenſio, *vt Doct. in ru. appel.* quæ aliquando à iudice maiori qualis 24 25

ſiaſticus ad Dominum Regem qualis eſt ſæcularis inter ponitur *Scat. de appell. q* 8. *num.* 92.

Octauò, quia multi ſunt caſus, quibus & olim, & hodie inter dicta reddebãtur pro rebus ſacris à publi
26 cis Magiſtratibus † *hos congerit Ferret in additionibus ad Guidonem Papæ, q.* 1.

27 Nonò quia Pontificia † Regiaq; poteſtas faternitatis vinculo inter ſe copulata, & mutuo pacis fœdere inter ſe connexa à Deo noſtro procedit, iuxta illud Prouer. c. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, vt & Daniel c. 2. Regi Nabucodonoſor re præſentauit dicens. Deus cœli regnũ & fortitudinẽ, & imperiũ dedit tibi, *proſequitur Zeuallos de cognit. in proœm.*
28 c. 7. Æthnicis † quoq; hoc in propatulo fuit, nã Sacerdotiũ, & Regnũ in vno, & eodẽ cõſtituebãt, quia ab vno, & eodẽ proficiſcebãtur, vnde de Annio cecinit Virgil.

Rex idem hominum Phœbiq; Sacerdos.

Et è cõuerſo idẽ *Virgil.* 1. *Æneydos de Ioue ſic modulatur*

Diuum Pater atque hominum Rex

Et Diuus Ambroſius *ſermone* 18. *in Pſalmum* 118. Plato inquit, eruditionis gratia profectus eſt in Ægyptum, vt Moyſi geſta legis oracula, & Prophetarũ dicta cognoſceret. Inter alia autem didicit apud Ægyptios, non licere Regem abſque Sacerdotio imperare, quinimo ſi ex alio genere quiſpiam regnum vſurparet, cogebatur tim initiari ſacris, vt ſimul Rex eſſet, & Sacerdos. & Mercurius Ægyptus Trimegiſtus appellatus ter magnus erat ſapientia regno, & Sacerdotio,

dotio, hinc & Romani Imperatores Pontifices appellabantur, *c. cleros. §. Pontifex in fine diſt.* 21. Ideò † 29
& ſpiritualis & temporalis gladius exigente neceſſitate conſueuerunt ſibi adinuicem ſuffragari, & in iuuamen alterius ſubuentione mutua, frequentius exerceri, *vt conſiderat Innocen. IIII. in cap. dilecto filio de ſenten. excommu. in 6. vbi gloſ. ſchol. vlt.* Ideo & Marcellus Papa, Maxentij Imperatoris tuitionem erga Sacerdotes deprecatur *in cap. fin. diſt.* 96. Res enim humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinet, & Regia & Sacerdotalis auctoritas defendat, *vt reſcribit Leo Papa ad Pulcheriam Auguſtam de quo in cap. res autem* 23. *q.* 5. Ideo & vna poteſtas ab altera ſemper coadiuuari conuenit, maximè cõtra hæreticos, *vt in cap. præſidentes de hæret. lib. 6. vt ad eius intelligentiam conſiderat Gundiſal.... de hæret. quæſt.* 19. *num.* 9. quia & D. Auguſtinus hæreticorum pertinaciam retundi poſſe à Magiſtratibus laicis epiſtola.48. ad Vinc. ſcribit, *vt & commemorat Sponda. ad Baronium anno* 398. *num.* 6. Perplacet admodum Beati Thomæ Theologorum facile Principis interpretatio, cum exponit Imperatores olim diuos appellatos fuiſſe, ideſt diuinæ prouidentiæ miniſtros, *vt ſecunda ſecundæ quæſt. 99. art.* 1. *& ex eo deſcripſit B. Antoninus* 2. *par. tit.* 1. *cap.* 21. Neque quod ad Regij faſtigij ſanctitatem plurimum facit omittendum exiſtimo, videlicet aliquem publicè excommunicatum Regis menſa, & cõuiuio honeſtatus fuerit nõ ampli-

vitandum ſed impone cæteros citra noxam cum illo verſari poſſe, vt Concilium Toletanum 12. *cap.* 13. his verbis decernit. Quos Regia poteſtas, aut in gratiam benignitatis exceperit, aut participes menſæ ſuę effecerit, hos etiam Sacerdotum, & populorum conuentus ſuſcipere in Eccleſiaſticam communionem debebit, vt quod iam principalis pietas habet acceptum, neque à Sacerdotibus Dei habeatur extraneum. Sic B. Anſelmus *epiſtola ad Ernulphum Priorem.* Audiſtis quibus ex pręcepto Apoſtolico communicare non poſſum, ſine animę meę periculo, quorum communionem, Regi communicans, dum ipſe eis communicat, vitare non valeo. Lege apud Gregorium *Turonenſ. lib.* 7. *cap.* 16. Prætextatum Epiſcopum Rhothomagen. in exilium pulſum, ei indicta pœnitentia ab Epiſcopis Gallicanis à Rege Gumtranno ſuſceptũ, & conuiuio exceptũ, ad ſuos Rhothomagenſes ſine vlla alia venia rediiſſe. Sed illud notatione dignum. Regem ipſum excommunicandi vim & facultatem habere, *id teſtatur Ricardus Angliæ Rex in illo contractu inito cũ Valtero Rhothomagen. Archiepiſcupo, ad cuius calcem*, ita Rex loquitur. Nos autem, quantum Rex poteſt, excommunicamus & concedimus quod incurrat indignationem omnipotentis Dei, quicumque contra hoc factum venerit. Contractus huius exemplar refert Innocentius Tertius P. R. in epiſtolis, & eam non damnat formulam. Epiſtola hęc ſcripta ad Valterum Rhothomagenſem Archiepiſcopum, *proſequitur latiſſime Ioãnes Fileſacus Pariſienſis Theologus*

logus in operibus varijs cap. de idolatria politica. pag. 73. in fi.

Decimo, quia † vbi inſtat mortis periculum, vel ne 30
gotij diſpendium cōminatur non eſt nouū multa per-
mitti, quæ alias minime forent permittēda, *c. baptizari
diſt. 5. cap. vltimo de pœnit. & remiſſ. c. cum ab Eccleſiarum,
vbi gloſ. Schol. vlr. de offi. ordin. l. de pupillo. §. ſi quis riuos,
ff. de nou. oper. nunc. vbi Iaſ. multa exempla congerit, gloſ. v. er
bo periculo moræ in cap. ſacro 48. §. caueant de ſent. excom-
mu. Abb. in c. non minus, n. 19. & 20. verſ. puto de immu.
Eccleſ.* & Diui Pauli exemplo confirmatur, qui Act. c.
23. timens à Iudæis occidi miſſit adoleſcentē ad Tri-
bunum qui ei, Iudæorum conſilium indicaret: Ergo † 31
vbi diſtantia loci, vel difficultas interceſſerit in copia
habenda ſuperioris Iudicis, Eccleſiaſticus iure ad ſæ-
cularem Magiſtratum recurret pro ſui iuris defenſio-
ne, vt in hoc caſu recurri poſſe exiſtimat Martha ec-
cleſiaſticæ iuriſdictionis perpetuus defenſor *lib. 1. de
iuriſdict. c. 48. n. 26. cum ſequent.*

Vndecimo, vt propoſitæ quæſtioni proprius acce-
damus, & in genere videtur permiſſum cuilibet Eccle
ſiaſtico inuocare auxilium ſæcularis, *ex reg. tex. in c. ad-
miniſtratores 23. q. 5.* vt ſignificare voluit Franciſcus
Molinus *de brachio ſæculari lib. 1. c. 6. n. 4.* Subaudię pra-
xi hoc comprobatur, vbi beneficiatus qui vult exequi
Bullas ſuæ prouiſionis aſſociatū petit à Iudice laic
vt literas citatorias exequatur ne partes veniant
xam, & arma, *l. æquiſſimum, ff de vſufru.* docet
deciſ. 111. n. 3. & ſpecialius contra no

Adiunctorum conſilium, & aſſenſum, nam admitti de-
cernit Concilium Tridentinum in hoc cap. 6. *Seſſ.* 25.
32 Et ad † executionem Decretorum Concilij Triden-
tini Pius Papa IIII. in fine Concilij Imperatorem,
Reges, & omnes Principes Chriſtianos per viſcera
miſericordiæ Dei noſtri obteſtatur, *vt conſtat ex Bul-
la ſua de anno 1563. die 26. Ianuarij.* Vnde Concilij
Tridentini defenſorem, & tuitorem Regem noſtrum
appellant, ad quem pro defenſione contentorum in
Tridentino recurſum legitimum interponi poſſe exiſ-
timant *Paz in praxi tomo 2. prælud. vltimo, Flores lib. 1.
variar. quæſt. 4. num. 35. melius tamen num. 62. vbi allegat
conſtitutiones Pij V. & Gregorij XIII. Bouadilla lib. 2. po-
lit. c. 18. n. 135. & 194.*
33 Neque obſtat textus † *in eodem Concilio Triden. Seſſ.
25. cap. 3.* vbi nefas eſſe intimatur cuilibet magiſtra-
tui ſub prætextu, quod non obſeruentur decreta Tri-
dentini prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem ex-
34 communicet, quia non † comprehenditur Regium
tribunal propter celſitudinem dignitatis ſuæ, *vt non
quibuslibet prohibitionibus comprehendi probauimus ſupra quæ-
ſtio. 29. num. 36. in fundamentis.* Confirmatur ex eo quod
Boetius *Epo de reg. num. 284.* atteſtatur apud Belgicas
Prouincias Tridentinam Synodum cum reſeruatio-
ne fuiſſe receptam omnium iurium Regibus illarum
ium in Eccleſiaſticis rebus competentium, &
ribunal Regium defendens ad ipſum appel-
omprehendatur in dict. cap. 3. verſ. ne-
fas

tenent, *Barth. Humada lib. 13. gloſſa. 4. tit. 13. par. 2.* *aldus in candelabro part. 2. caſu 16. num. 114. in expli-* *one Bullæ, Azeuedo in. l. 2. tit. 6. lib. 1. recopila. fun-* *i. 14. vbi latißime proſequitur, quos omnes refert & ſe-* *ur Barboſa ad d. c. 3. num. 10.*

Duodecimò, recurſus iſtos maximè † licitos eſſe 35 oc noſtro Aragonum Regno, vel ex eo compro- ar, quia parlamenta in eo componuntur ex Cle- ica cognitione, vnde magis admittendi *ad tradi-* *& congeſta per Antonium Fabritium in praxi beneſ. lib.* *ap. 2. num. 6. litera A. optime Gramma. decis. 100.*

od ſi † laicus Iudex applaudere poſſit recurren- 36 is ad ſe, quod poſſint eos turbantes citare, & eis ibere & comminari conſequens eſt, nam cui iu- ictio concéſſa eſt, ea quoque concesſa videntur, : quibus iuriſdictio explicari non poſſit. *cap. præte-* *de offic. delega. l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Vnde :apitulo conceditur auctoritas ad faciendum Ca- lanos deſeruire, & coertio conceſſa creditur. *Rota* *ſ. 62. n. 5. par. 2. recentiſs.*

)ecimo tertio, conſiderat Maynar. (vtinam ſic pius m elegans) Eccleſiaſticum iudicē iuriſdictionem n non tantum quoad perſonas Eccleſiaſticas, ſed m laicas ſibi vindicare, *vt Deo duce in p. 1. Canonl-* *cap. 11. cumulabo,* non obſtante quod Chriſtus C- quæ ſunt Cæſaris, & Deo quę ſunt Dei redd- it, *Matth. c. 22.* & Poeta moduletur *diuiſi-* *one Cæſar habet.* Ideò & viciſim Magiſ-

Adiunctorum conſilium, & aſſenſum, nam admitti decernit Concilium Tridentinum in hoc cap. 6. *Seſſ.* 25.

32 Et ad † executionem Decretorum Concilij Tridentini Pius Papa IIII. in fine Concilij Imperatorem, Reges, & omnes Principes Chriſtianos per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obteſtatur, *vt conſtat ex Bulla ſua de anno* 1563. *die* 26. *Ianuarij*. Vnde Concilij Tridentini defenſorem & tuitorem Regem noſtrum appellant, ad quem pro defenſione contentorum in Tridentino recurſum legitimum interponi poſſe exiſtimant *Paz in praxi tomo* 2. *prælud. vltimo*, *Flores lib.* 1. *variar. queſt.* 4. *num.* 35. *melius tamen num.* 62. *vbi allegat conſtitutiones Pij V. & Gregorij XIII. Bouadilla lib.* 2. *polit. c.* 18. *n.* 135. *&* 194.

33 Neque obſtat textus † *in eodem Concilio Triden. Seſſ.* 25. *cap.* 3. vbi nefas eſſe intimatur cuilibet magiſtratui ſub prætextu, quod non obſeruentur decreta Tridentini prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem ex-

34 communicet, quia non † comprehenditur Regium tribunal propter celſitudinem dignitatis ſuæ, *vt non quibuslibet prohibitionibus comprehendi probauimus ſupra quæſtio.* 29. *num.* 36. *in fundamentis*. Confirmatur ex eo quod Boetius *Epō de reg. num.* 284. atteſtatur apud Belgicas Prouincias Tridentinam Synodum cum reſeruatione fuiſſe receptam omnium iurium Regibus illarum [illegible]ium in Eccleſiaſticis rebus competentium, & [illegible]ribunal Regium defendens ad ipſum appel[illegible]omprehendatur in dict. cap. 3. verſ. nefas

ſas tenent, *Barth. Humada lib. 13. gloſſa. 4. tit. 13. par. 2. Viualdus in candelabro par. 2. caſu 16. num. 114. in explicatione Bullæ, Azeuedo in l. 2. tit. 6. lib. 1. recopila. fundam. 14. vbi latiſſimè proſequitur, quos omnes refert & ſequitur Barboſa ad d. c. 3. num. 10.*

Duodecimò, recurſus iſtos maximè † licitos eſſe in hoc noſtro Aragonum Regno, vel ex eo comprobatur, quia parlamenta in eo componuntur ex Cleri laica cognitione, vnde magis admittendi *ad tradita & congeſta per Antonium Fabricium in praxi beneſ. lib. 1. cap. 2. num. 6. litera A. optime Gramma. deciſ.* 100. 35

Quod ſi † laicus Iudex applaudere poſſit recurrentibus ad ſe, quod poſſint eos turbantes citare, & eis inhibere & comminari conſequens eſt, nam cui iuriſdictio conceſſa eſt, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poſſit. *cap. præterea de offic. delega. l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Vnde ſi Capitulo conceditur auctoritas ad faciendum Capellanos deſeruire & coertio conceſſa creditur *Rota deciſ. 62. n. 5. par. 2. recentiſ.* 36

Decimo tertio, conſiderat Maynar. (vtinam ſic pius quam elegans) Eccleſiaſticum iudicē iuriſdictionem ſuam non tantum quoad perſonas Eccleſiaſticas, ſed etiam laicas ſibi vindicare, *vt Deo duce in p. 1. Canonicalis cap. 11. cumulabo,* non obſtante quod Chriſtus Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quę ſunt Dei reddi beat, *Matth. c. 22.* & Poeta moduletur *diuiſu cū Ioue Cæſar habet.* Ideò & viciſim Magiſt

incumbere tuitionem, conſeruationem, & defenſionẽ non tantum laicorum, ſed & Clericorum, vel eorũ qui Eccleſiaſtico ordini addicti ſunt, *ita Carond. In Pandect. c. 13. fin. de iuriſprud. & inſtit. & Maynar. lib. 2. deciſ. 4.*

Contraria tamẽ ſententia lucidiſſimis nititur funda-
35 mentis, & plures non contẽnendæ auctoritatis viri recurſus iſtos in rebus Eccleſiaſticis ad Regia Tribuna-
37 lia enixè deteſtãtur. Vnus eſt † Caietanus *in ſumma verbo excommunicatio cap. 3.* Vbi recurſus iſtos inter ſacrilegia commemorat *Ioannes Andreas, Abbas antiquus n. 1. Panor. Imol. n. 7. Card. n. fin. Bark. n. 4. in c. qualiter. & quan-*
36 *do de iudic.* Defendentes illius tex. auctoritate Eccleſiaſtici Iudicis defectum patratum in exhibenda iuſtitia non poſſe suppleri per ſæcularem; *Boerius Epo in libro heroicar. queſt. in rubr. de immun. eccleſ. num. 14. Cardinalis.* Bertrandus *in reſpon. art. contra laicos* referens prælatos Franciæ excommunicationi perpetuò tradidiſſe laicos intra Eccleſię iuriſdictionem ſeſe interponentes, non obſtantibus eorum prætenſionibus, *Quintilia. Mandoſ. commiſſ. 14. §. reuocandi q. 4. Azor. præ aliis lib. 5. inſtitu. moral. p. 1. c. 14. q. 2. Sayrus in theſauro caſuum lib. 3. c. 18. n. 6.* Gratianus *diſcepta. forenſ. 2. par. c. 238. à num. 74. qui diſcepta. 8. n. 28. & 29.* probat *ex Tiraq. & Surdo* Clericum fideiuſſorem, vel depoſitarium non coram Iudice laico, ſed Eccleſiaſtico neceſſario eſſe conueniendum. Neque Clericus heres laici tenetur cauſam incœptam corã Iudice laico, *Boerius ... Seraphin. deciſ. 957. num. 5. Farina. in recol-*

recollectis criminalibus deciſ. 81.*nu.*5. *& generaliter ſententiam iſtam tenet Genuenſis in praxi Archiep. c.* 21. *à n.*15. Antonius Atrian Concanonicus meus ſacrorum Canonum praxi conſpicuus *in diſertatione iuris & facti pro Mareca pag.* 29. *colum.*1. *Alterius de cenſur. lib.* 5. *diſputa.* 20.*cap.* 2.Sed acerrimè hanc ſententiam defendit ante alios doctiſſimus Franciſcus Suarez *contra Regem Angliæ lib.*4. *cap.* 34. vbi labefactat † radicitus ſex excogitatas excuſationes quibus recurſus iſti defendi poſſe videbantur, ſcilicet ignorantiam, neceſſitatem, conſuetudinem, concordiam, priuilegium, & defenſionem, & Mar. Ant. *var.reſolu.lib.*3.*c.*9.vbi multa ſcribit contra obtinentes res Eccleſiaſticas ſequeſtrari apud Iudicem laicum. 38

39 Rota Romana † iuris Canonici obſeruantiſſima cultrix huiuſmodi recurſus teterrimè deteſtatur, *vt deciſ.*10. *de conſuetud. in antiq. & deciſ.* 2. *in antiquioribus Beſigneti, & in vna Oſcen. Pœnitentiariæ coram Illuſtriſſimo Blanchetto* 10. *Aprilis de anno* 1595. *cuius copia eſt apud Farina.* 1.*par.conſ.*68.*num.*10.*& in alia Oſcen. Canonicatus coram Domino Penia de dicto anno* 1595. *die* 1.*Decēbr. cuius copia breuis eſt apud Farina. deciſ.* 103.*par.* 2.*criminal. & D. Seſſe de inhibitionibus d.* §.3. *n.* 109. *& integra apud Marcheſa. de commiſ. nullita. par.*3.§.3.*deciſ.*51.*& in alia Tuden. beneficij coram eodem Penia de anno* 1604 *die* 5 *Aprilis, cuius copia eſt apud Marcheſa. d. par.*3.§. *deciſ.* 14 *& apud Farina. deciſ.*212. *par.* 2.*crim. vna Pacen. coram D. Marchomontio de an-*

Febru.cuius copia eſt apud Farina. deciſ. 281.*par.2.crimin.*
Ludouicus quoque Gomez *olim Rotæ Auditor in regu-
la de annali q.* 46.Multis Rotæ deciſſionibus compro-
40 bat † ſequeſtrum appoſitum per Iudicem laicum non
impedire pacificam poſſeſſionem, quia eſt actus nul-
lus ex defectu iuriſdictionis.

41 Quorum fundamentum † primum illud eſt, per
multa Concilia ab Eccleſia Romana approbata, &
perpetuo vſu recepta prohibitum eſſe laicis Clericos
trahere ad iudicium ſæcularium, *vt conſtat ex Concilio
Agathenſi.c.*32.*quod refertur in c.Clericum nullus* 47. 11.*q.
q.* 1. Et multo magis Clerici qui ſi de iudicio ſæculari
poſcunt auxilium, inique de Eccleſiæ conſortio iudi-
care cenſentur, *vt in Concilio Cathag.*3.*c.*9. *relato in cap.
placuit* 43. 11.*q.*1. Vnde inolita præſumptio, & illici-
tus curſus talis recurſus appellatur quo Clericus cō-
tra Clericum coram ſæculari cauſam examinat *in Con
cilio Toletano cap.* 13.*relato in cap.inolita* 42. 11. *q.* 1.

42 Præterea extant † recentiorum Pontificum conſti-
tutiones eandem ſententiam confirmantes *Marcelli-
nus Papa in c. Clericum* 3. *Bonifacius in cap. nullus* 8. *Ge-
laſius in c. Chriſtianis* 12.*Gregorius in cap. peruenit.*39. *in c.
fratris* 40. *& in cap. Sacerdotibus* 41. 11. *q.* 1. vbi refert
quod cum Conſtantino Principi oblatę contra Epiſ-
opos accuſationes fuiſſent,in eorum conſpectu libel-
quos acceperat incendit dicens.Vos Dij eſtis à ve
conſtituti, ite & inter vos cauſas veſtras diſ-
gnum non eſt, vt iudicemus Deos,*idem*
& re-

& refertur in cap. 5. ead. cauſ. & quæſt. & repetit Alex. conſ.8.n.9.lib.1. Innocen.III. *in cap. qualiter & quando,* hoc recurrendi genus omnino prohibet *in tit.de iudic.* Honorius III. declarat Iudices violantes Eccleſiaſticam libertatem prætextu legis, vel conſuetudinis excommunicationem incurrere *in cap. nouerit, & in cap. grauem de ſenten. excommun.* Paulus Papa V. † *xv. ſui Pontificatus annum hodierna die fæliciter agens conſtitu. ſua 41. §. 15. & 16.* Id ipſum nouiſſimè confirmat, declarans ſententiam excommunicationis incurrere omnes qui Prælatos Eccleſiæ impediunt, quo minus ſua iuriſdictione vtantur, quique illorum, & delegatorum iudicia eludentes ad Cancellarias & Curias ſeculares recurrunt & ab illis prohibitiones, & mandata contra IudicesEccleſiaſticos obtinẽt,& aduerſus eoſdem exequi procurant, aut id vt faciant dant auxiliũ, conſilium, patrocinium, & fauorem. 43

Secundò, quia multa † ſunt ſtabilita de iure & ſtylo contra huiuſmodi recurrentes, nam imprimis, recurſum realiter attentans quouis quæſito colore poſſeſſorij & petitorij caducitate multatur de iure *in c. ſi diligẽti 12. de for.compet. vbi notant DD. & expreßius in conſtitutione 14. aliàs 17. Innocentij VIII. in 1. par. Bullarij.* Quando conſtat de impedimẽto executionis literarũ Apoſtolicarũ, non tamẽ de perſona ad cuius inſtantiã huiuſmodi impedimentum interceſſerit, ſubintrat iuris præſumptio impedimentum fuiſſe interpoſitũ ab e[illegible] intererat impediri, *vt docuit Rota cora[illegible]* 44

deciſ. 529. n. 4. par. 1. recentiſſ. allegat ad hoc doctrinam Bartholi in l. fin. n. 5. verſ. Item illa res ff. de quæſt. & regulam Campegij de teſtibus num. 394. verſ. 6. ille præſumitur alios refert & ſequitur Farina. conſ. 26. n. 8. par. 1. dummodò ille ſolus intereſſe habeat *Ludouiſius deciſ. 96.* In odiũ recurrentium ſolent haberi acta pro trãſportatis, quæ non fuerunt tranſportata, *vt cum Gabriele de appella. concl. 5. n. 5. & 9. iudicauit Rota deciſ. 751. n. 2. par. 2. recentiſſ.* minus legitimę probationes admittuntur contra recurrentes *deciſ. 348. n. 3. par. 2. crimin. Farina.* Copię ſimplici fides adhibetur contra ipſos *Seraphin. deciſ. 1094.* quãdo pars latitat recurrendo ad Iudicem laicum citari ad videndum iurare teſtes, teſtes iure recipiuntur abſque citatione propter latitantis contumaciam *c. 2. de dolo & contum. tradit Alexan. in l. de vno quoque n. 16. ff. de re iud. Gabriel de cita. concl. 1. num. 299. d. deciſ. 1094. & deciſ. 99. par. 1. crimin. Farina.* Et Capitulum non tenetur de fructibus reſpondere recurrenti *deciſ. 121. par. 1. crimin. Farina.* Sicut nec excõmunicato, *Put. deciſ. 28. lib. 1. Doctores in cap. paſtoralis §. verum de appella.* & generale eſt Rotam fidem adhibere contra recurrentes iuribus minus firmiter extractis *Gratia. diſcep. 238. num. 78.*

Tertiò, quia etiam deficienti eccleſiaſtico in miniſtrando iuſtitiam, ſiue quia deeſt, † ſiue quia deſes eſt, ricus nõ eſt trahendus ad Iudicem laicum, *c. ſi quis placuit, c. Chriſtianis, c. Clericum 11. q. 1. c. qua- v 12. de iudic.* Neque obſtat, quod Eccle-

ſiaſticus

ſiaſticus Iudex ſupplet defectum ſæcularis, *cap. ex tranſmiſſa, cap. licet, c. ex tenore de for. compet.* quia maior ſupplet defectum minoris, *cap. cum ſimus 9. q. 3. cap. Romana de ſupplen. negligen. probauimus latius ſupra q. 5. confirma.* 5. Maioritas † vero eccleſiaſtici probatur, *ex c. denique diſtin. 96. cap. ſolitæ de maior. & obed. Clem. Romani de iure dicemus infra fundamento* 8. Ex quibus derogatæ manent omnes leges ciuiles contrarium diſponentes, *vt aduertit Azor dicto lib. 5. c. 14. q. 2.* 46

Quartò, quia † etiam conſuetudo immemorialis, vel præſcriptio, quę hos recurſus introduxit nulla ſemper fuit iudicata à Doctoribus *in d. c. qualiter de quibus ſupra num.* 7. Et patenter hodierna die in proceſſu, ſeu Bulla in cœna Domini Sanctiſſimi Pauli *d. conſtitu. 63. aliàs* 41. §. 25. & §. 16. vbi conſuetudo immemorialis introducta etiam ad Imperatorem, & Reges recurrendi, irrita decernitur & inanis, vnde ceſſat argumentum xj. ſupra poſitum. 47

Quintò, quia negligente Epiſcopo, cauſa ad Archiepiſcopum, & iſto non curante ad Nuntiũ, & deficientibus his omnibus ad Sanctiſſimum, quod ſi & Sanctiſſimus, ſoli Deo iudicium reſeruatur, qui nouit bene maiorem diligentiam reperiri in Eccleſiaſticis, quàm in Sæculi Iudicibus ad iuſtitiam exhibendam, *vt conſiderat Azor. dicta quæſt. 2. in fine.*

Sextò, quia nec † Clericus pacem publicam perturbans à Regno expelli poteſt *Nauar. in Manu. 27. n. 67. Marta latiſſime de iuriſdictione 2. par.*

vbi num. 39. de pragmatica reuerentiarum nonnulla ſcribit, & de clerico perturbatore 4. par. centu. 2. caſu. 101. num. 4. & Clericus etiam læſæ maieſtatis reus, Eccleſiaſtico Iudici eſt tradendus, vt in Regno Neapolitano traditus fuit cum aſsiſtentia Magiſtratus Regij ab illius Prouintiæ legato Sanctiſsimi *ſi vere referunt Vincent. de Franchis deciſ. 691. Ponte deciſ. 9. Aloyſius collectan. deciſ. 1446. vt & hoc ſequenti fundamento ſolidabitur.*

Septimò, quia quando Clericus turbat poſſeſsionẽ laicalem, vel Clericalem innouat, impedimentum pręſtat, vel violentiam committit, turbatus † quicumq; is
49 ſit forum tenetur ſequi rei incuſati, tam de iure Canonico quam ciuili *cap. ſi Clericus cap. cum ſit generale de for. compet. l. in criminali C. de iuriſd. omn. Iud. l. vltima. C. vbi rem actio*, quomodo ergo ſine iniuria, violatione, & contemptu Eccleſiaſticæ iuriſdictionis fiet, vt excellentior iudex id eſt Eccleſiaſticus *ad cumulata ex ſanctorum patrum teſtimonijs per Michaelem Agia de exhibendis auxilijs fundamento 20. pag. 80.* ſit deterioris conditionis, quam quilibet, vel viliſsimus reus, nam iſte ad ſuum Iudicem, ille coram alieno trahitur *hoc argumento vtitur Cardinalis Bertrandus ſupra allegatus num. 37.*

Octauò, quia ſolis † iudicibus ſiue ordinarijs, ſiue delegatis ſuperioribus, vel inferioribus brachij ſęcularis auxilij inuocatio competit, & in ſubſidium, & in caſu neceſſitatis, *vt Archidia. notat in cap. adminiſtratores. Roland. à Valle conſ. 37. lib. 1. n. 5. Martinus de Fano*

Fario de inuocatione brach. ſecular. num. 2. Franc. Mol. *in eodem tracta. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 4. vbi in initio generaliter loquens de inuocatione ſæcularium cuilibet Eccleſiaſtico competenti, poſſe Iudicibus competere ſe declarat. Etſi attente perſpiciatur Bulla Pij Papæ IIII. Tridentinam Synodum ſubſequens, auxilium ſæculariũ pro Eccleſię Prælatis nõ contra illos ab Imperatore & Regibus deprecatur: ergo alij recurrentes præter iuris Canonici diſpoſitionem facient, ne dicam contra.

Nono Alterius, *in tracta. de cenſur. diſp.* 20. *lib.* 5. *ca.* 2. §. *tandem* argumentũ retorquet † ex Tridentino *Seſ.* 51
25. *cap.* 20. vbi ſancta Synodus grauiſſimis verbis obteſtatur Imperatores, & Reges vt patrocinio recta venerentur omnia quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, nihil autem Eccleſiaſtico iuri ſic expedit, quam vt Eccleſiaſticus iudex, & non alius Eccleſiaſtica negotia tractet *cap.* 2. *de iudic.*

Decimo, quia non excuſantur recurrentes ex eo quod dicant non eſſe receptam Bullam in cœna Domini quoad §. 15. & 16. tum quia mandata Apoſtolica hãc exceptionem non patiuntur, *vt Doctorum ſcripta nouiſſime congerens probat Alterius ſupra diſpu.* 1. *cap.* 7. tum quia † & primi non recipientes peccatum mortale con 52
trahunt non recipiendo *iuxta ingentem Doctorum multitudinem congregatam à Gartia de benef. p.* 11. *cap.* 5. *nu.* 150. Omnes autem admittentes hos recurſus dic... primi non recipientes, quia omnibus annis in... ſu promulgato feria 5. in cœna Domini le...

contra trahentes Eccleſiaſticos ad publica ſæcularium auditoria.

Vndecimo quia ſi turbatæ iuriſdictionis prætextu, vel violentiæ commiſſæ & ſæcularis Eccleſiaſticum,& Eccleſiaſticus Iudicem Sæcularem ad ſuum poſſet trahere Tribunal, vniuerſus mundus confuſione plenus remaneret,ſuis vnicuique non ſeruatis terminis,& ſuos vnoquoque limites excedente *ad congeſta per Gratianum 9. quæſt. 2. per totam cap. peruenit. 11. q. 1.*

53 Duodecimo, quia Eccleſiaſticus † cui munus defendendi inuocentes magis incumbit, & cui officium eſt iudicare de peccatis omnium ouium ſuarum *cap. ſi quis de potentibus 24. q. 3. cap. nouit de iudic. cap. ex tenore de for. compet. notauit glo. in d. cap. regum 23. q. 5. & col-*
54 *ligitur ex multis decretis diſt.* 87. non poteſt † ſęcularem iudicem inhibere *Anchar. conſ. 234. & 236. Oſaſcus deciſ. pedemon. 30. num. 3.* cap. nos ſi incompetenter 41. §. ſed notandum. 2. q. 7. vbi in cauſis ſæculi Sacerdotes & Prophetę non ſe intromittebant *Mandoſ. de inhibit. q. 4. num. 10.* ergo multo minus ſæcularis iudex Eccleſiaſticum inhibere debet. Dixi in cauſis ſæculi,nam in concernentibus animæ periculum & Eccleſiaſticus ſæcularem inhibet *Mandoſius ſupra de inhibi. q. 10. D. Seſſe ibidem cap. 9. §. 2.*

Decimotertio,omnibus in contrarium allegatis Ro ſtudio reſpondit autore D. D. Franciſco Penia Cæſaraug. & eiuſdem ſacrę Rotæ Decano in Tuden. beneſ. *quæ eſt apud Marcheſa de ſanat.*

nat. nullita.par. 3. §. 2. *deciſ.* 14. *vbi n.* 8. *refertur* deciſſionē Achillis & Illuſtriſſimi Blanchetti de quibus ſupra n. 15. illam cum formidine fuiſſe receptam, & ſemper habitam fuiſſe pro ſuſpecta, *vt Quintilianus Mandoſ. ſupra com.* 14. §. *reuocandi q.* 4. *Theſaur. in foro Eccleſiaſtic. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 99. Decisſionis verò Blanchetti in cauſa Salman. nullam prorſus habitam fuiſſe rationem & pœnitus fuiſſe reprobatam.

Item & reſpondet in vna Oſcen. Canonicatus 1. *Decem. de anno* 1595. *cuius copia eſt apud Marcheſa. ſupra d. p.* 3. §. 3. *deciſ.* 51. *num.* 6. 9. 11. 18. 20. & 22. priuilegium † quo poſſet ſuſtentari hæc recurrendi licentia, non præſumi niſi probetur quia eſt quid facti *cap. fin. de ſciſma. l. in bello* §. 1. *ff. de capt.* & quando extaret reliquum erat inſpicere, an eſſet, locale, temporale, generale, vel perpetuum immemorialem verò † conſuetudinem plene non probari aut concludenter, *vt requiritur in gloſ. in cap.* 1. *de præſcriptio. in* 6. *iunctis his quæ congerit Caſtillo deciſ. Sicul.* 12. & *Valenzuela conſ.* 93. *num.* 33. & *conſ.* 100. *num.* 25. & quando probaretur cōſuetudo, omnino ſublata eſt *in conſtitu.* 63. *aliàs* 41. *Pauli V.* & nullus derelictus locus magiſtratibus ſæcularibus ſe intromittendi quomodo libet in cauſis Eccleſiaſticis. An hæ reſponſiones ſatisfaciant? Superiorum iudicium eſto.

Ex rationibus & fundamentis pugnantium & pugnātium Doctorum; aliquas propoſitiones quibus cōſonant, tàm prioris quàm poſte-

tiæ ſequaces illi quia plus recurſibus tribuunt, & in maiori ſumma in eſt minor, iſti quia defenſionem à iure naturali deſcendentem radicitus abolere poſſe non arbi-
57 trantur. Vtinam totum † hoc cedat ad maiorem Eccleſiæ Romanæ laudem & gloriam, cuius definitioni remitto, an illud iure muniatur? *cum piiſſimo & prudentiſſimo Martino Nauarro in Manuali cap.* 27. *num.* 70.
58 Imprimis valde † doleo cum ſcripta quædam legerem quorundam qui cum inſigniter catholici eſſent, decepti tamen, vel propria vtilitate, vel Duareni & ſimilium ingenioſis, & ſubtilibus, non tamen pijs firmis, & ſanis argumentationibus, pro iure Regio ea argumenta proferunt, quibus hæretici abutuntur ad labefactandã Summi Pontificis auctoritatem, & introducendam ſæcularium Principum iuriſdictionem ſuper Eccleſiam, id ipſum Nauarrus ſignificare voluit *de reditibus q.* 1. *monit.* 38. *num.* 7. qui Philippum II. magnis laudibus prædicatum ibi ex animo deprecatur ne aliquos permittat ſub ſpecie maioris iuſtitiæ vtilitatiſque publicæ indirecte laicam poteſtatem intrudere intra Eccleſiaſticę fines *Nauarrũ amplectitur, & Ricardo Hallo de quinq. parti. conſcien. præfat.* 2. *pag. antep.*
59 Deinde animaduerto † cum eodem Ricardo & in eodẽ loco, abuſus qui in his rebus per homines noſtri ordinis irrepſerunt eô Reges catholiciſsimos coegiſſe, [illegible]o reipublicæ tranquillitate auctoritatem ſuam in[illegible] tantisper, quoad Pontifex Maximus conſu[illegible] [illegible]ne informatus alit[illegible] ſtatuiſſet, vt conſiderat

rat

rat Didacus *practi. cap.* 35. *maximè num.* 3. quę praxis ſecundum eum eo tendit, vt tam Eccleſia, quam res publica conſeruetur, nec altera alteram deſtruat.

Pręmiſsus vero † abuſus nec nouus eſt, nec in ſolens 60 nam D. Hieronymus *epiſtola ad Neopotianum de vita cler. cap. 7. de legibus Imperatorum Chriſtianorum* ſic ſcribit. Pudet (inquit) dicere Sacerdotes idolorum mimi, & aurigæ & ſcorta hęreditates capiunt, ſolis clericis, & monachis hoc, lege prohibetur, & prohibetur non à perſecutoribus ſed à Principibus Chriſtianis, nec de lege conquęror, ſed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum eſt, ſed quô mihi vulnus, vt indigeã cauterio? Prouida ſeueraq; legis cautio, & tamen nec ſic refrenatur auaritia. Per fideicommiſſa legibus eludimus, & quaſi maiora ſint Imperatorum ſcita quam Chriſti leges, timemus, Euangelia contemnimus *adhuc Doctor Maximus.*

Similiter † conſtituo inter ſe diſcerni recurſum, ap- 61 pellationem, ſupplicationem, quęrellam ſeu reclamationem, *vt docent Menoch. de arbitra. q.* 70. *num.* 18. *lib.* 1. *Lancellotus de attenta.* 2. *par. cap.* 19. *num.* 7. & 21. *Rolan. conſ.* 94. *lib. & num.* 1. & *plures alij quos refert & ſequitur additio ad deciſ.* 27. 2. *par. crimin. Farin. verbo ſupplicatio.* Illud quoque † moneo *cum Nauarro in Manuali cap.* 27. *num.* 71. *Corduba in ſumma q.* 35. *quos ſequitur Zeuallos* 4. *part. commun. quæſt.* 897. *num.* 247. damnari in Bulla cœnę Domini cognitionem lai[illegible] inter Eccleſiaſticos, data violentia, ſed q[illegible]od [illegible]

violentię Eccleſiaſtica libertas diminuatur, & quod violentia admiſſa per laicum Iudicem, appellatio interpoſita ab alleganti violentiam, coram ſuperiori Eccleſiaſtico proſecutionem non accipiat. Vnde Franciſcus Suarez *contra Regem Angliæ lib.4.cap.34.num.33.*
63 ad excuſandos † huiuſmodi recurſus, duas conditiones imponit, vna eſt quod ſit manifeſta vis, altera eſt quod defenſio ſubſequatur cum moderata tutela, qualis hęc ſit moderata tutela ex deciſ.14.*n.7.coram D.Penia ſtatim allegan da* colligitur. Sex vero conditiones proſequitur nouiſsimè Leonardus Duardus *ad Bullā in cœna Domini lib.2.can.*14.*q.*13.*n.6.& 7.* vt recurrentes
64 cenſuris præfatę Bullæ afficiantur. Id ſane omni † dubitatione caret in Sacra Rota illos recurſus pro licitis ſuſtineri ad publica tribunalia, ſi per ea Eccleſiaſticus non citetur, non inhibeatur non cōminationem patiatur, ſed violentiam paſſus nudum auxiliū ab illis tribunalibus accipiat, ſicut à priuato homine per vias, vel per vicos tranſeunti auxilium accipit is, qui de domo propria ab aliquo potentiori expellitur, *vt cenſuit Rota in dicta deciſ. Tuden. cuius copia eſt apud Marcheſanum ſupra deciſ.*14.*num.7.& apud Farinaiium deciſ.*212. *par.2. crimin.* Et hoc ipſum ſignificauit Suarez *ſupra d. c.34.num.32.* dum ait Clericum vim paſſum à laico iure poſſe defendi contra Eccleſiaſticum, licet non iutione, qua contra Eccleſiaſticum caret, *id quod ... D.Seſſe d.§.3.ex num.129.melius in epiſtola ...7. ...87. & 89. & plures relati à Concanonico*

meo

meo Atrian in cauſa de Mareca pag. 29. col. 2. & pag. 28. §. ſecundum. Inculpata tunc demum erit tutela ſi non alia ſit Eccleſiaſtici ſuperioris commoditas adeundi, *vt obſeruauit Rota in vna Oſcen. Pœnitentiariæ cuius copia eſt apud Farina. conſ. 68. par. 1. num. 6.* Idem Farinacius recurrenti conſulit, quomodo excuſet cenſuras, *in addit. ad deciſ. crim. 103.* Si nil aliud à Iudice laico petat, quam ſimplex & nudum auxilium non tanquam à Iudice, ſed tanquam à priuata perſona potente iuuare precibus, licet ex hac ſupplicatione Iudex ſæcularis occaſionẽ ſumat ſe intromittendi in cauſis Eccleſiaſticis. Ad Principem autem infidelem pro ſua ſuorumve tutela recurrere, nec ipſis Principibus permittitur ſalua conſcientia, *vt latiſſime diſputat Cachera. in fine deciſ.* niſi Iunonẽ imitari velint, quæ Æneydos lib. 7. apud Virgil. ſic deplorat.

Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.

Supradictis † conſequens eſt animaduertere, quod 65
ſi multi Doctores auenas in recurſibus plus debito laxant, excuſationem tamen merentur, tum quia plurimos ſocios habent, tum propter auctoritatem multorum canonum, quos in illo ſenſu grauiſſimi Doctores perceperunt, tum propter ſtylum, & conſuetudinem multarum Prouinciarum feruorosè Catholicarum, & quod in illis Prouincijs Bulla in cœna Domini non ſolet publicari, *vt eos excuſat R. P. D. D. in 4. deciſ. Oſcen. n. 31. § penultimo.*

Sed in caſu † quo Iudex Eccleſiaſticus

cis auxilium imploret, par quodammodo eſt ſæcularis cum Eccleſiaſtico quoad hoc, vt ſæcularis examen faciat de aliquibus, quæ præcedere debent præſtationem auxilij, ſcilicet de commiſſione Iudicis implorantis, quod huiuſmodi imploratio fiat in ſubſidium; quod conſtet per aliqualem cauſæ cognitionem, an valida ſit ſententia, cuius petitur executio, an legitima prouocatio interceſſerit, an conſtet de nullitate; *vt firmant Nauar. in cap. cum contingat num. 7. & 8. de reſcript. cum Innoc. & Doctorib. in cap. 1. de offic. ord. Anchar. conſ. 382. num. 8. & 9. Rolando conſ. 37. volum. 1. n. 4. & 8. Genuenſ. in praxi Archiepiſ. c. 44. Riccio in praxi deciſ. 319. & ſequent. Marcheſ. de appella. in Rom. Cur. par. 1. cap. 5. à num. 235. Michael Agia de exhibend. auxil. pag. 166. Molinus de brachio ſæculari lib. 1. cap. 71*
67 *Tuſcho litera B. concl. 125.* Neque obſtat tex. † *in cap. paſtoralis, §. quia vero de offic. deleg.* Vbi executoribus videtur prohibita ſupra conſiderata aliqualis cognitio, quia ex multis reſponſionibus, vna eſt *quam reddit Michael Agia vbi proximè concluſ. 8. caſu 2. pag. 154.* Quod textus ille loquitur de ſcientia priuata, non de ſcientia publica.

Poſtremò, vt huic quæſtioni manum imponam, illud notitia digniſſimum eſt, quod licet recurrens ad [illegible]ditorium ciuile, ſit excommunicatus ipſo iure, & [illegible] Eccleſiaſticis beneficij, *vt in conſtitutione Mar[illegible] eſt 10. in par. 1. Bullarij & conſtitu. 63. alias 41. [illegible] Bullarij* §. 15. & §. 16. Nihilominus † tamen

men requiritur declaratoria facti propter quod incurritur talis priuatio, *gloſ. verbo conſtiterit in Clem. præſenti de cenſib. Felinus in cap. Rodulphus verſ. declaratoria ſententia de reſcript. & argumento tex. in cap. cum ſecundum de hæret. in 6. definit Rota deciſ. 179. num. 9. in vna Valent. apud Farina. par. 2. crimin.* Item eſt neceſſarium conſtare de mandato ad recurſum à declarando dato *deciſ. 534. num. 2. & deciſ. 751. num. 3. par. 2. recentiſſ.* Nec ſufficit probatio præſumptiua *d. deciſ. 534. num.* 8. Sed eſt † neceſſaria probatio concludens, quia 69
agitur de impoſitione pœnæ, *l. 1. C. de his quæ pœn. nom. Baldus in l. ſed etſi num. 60. ff. ſi quis caut. d. deciſ.* 179. Niſi ſi adeſſent vehementes, & vrgentes præſumptiones ex quibus poſſet oriri probatio concludens, *Aymon. conſ. 73. nu. 19. & 178. num. 1. deciſ. 181. num. 6. & deciſ. 216. par. 2. crimin. Farina. Ludouiſius deciſ. 96.* Vnde actus facti ab huiuſmodi recurrentibus donec non declarentur incidiſſe, ſuſtinentur maxime ſi officia publica gerant, *vt in vna deciſ. Iaccen. 167. num. 2. & 4. par. 2. crimin. Farina.* Et remedia † atten- 70
tatorum illis ſimiliter & competent, quia excommunicatis conceduntur, *ad late congeſta per Lancellotum de attenta. 2. par. cap. 12. amplia. 13. & 3. par. cap. 24. quæſt. 3. num. 10. quem ſequitur Rota deciſ. 586. num. 6 par. 2. recentiſſ.*

Recurſus noſter tibi omnipotens Deus dir[illegible] à quo bona cuncta procedunt, & cui ſine [illegible] us. non poſſum

V

Summaria Quæſtionis. 31.

SVſpectus Iudex ſi aliquid fecerit valet, ſed venit reuocandum, n. 1. & 22.

Irritum, vel irritandum differunt, n. 2. & 8.

Dictiones, alias, vel aliter pro eodem, n. 3.

Nullus quid ſignificet, n. 4. 2. & 5.

Clauſula, ipſo iure, quid ſignificet, n. 6. & 7.

Verba imperatiui modi quid operentur, n. 9.

Nullum nullos producit effectus, n. 10.

Expreſſum magis operatur, n. 11. & 12.

Dictio, alias, habet vim decreti irritantis, n. 13.

Dictio, nullatenus, habet vim decreti irritantis. n. 14.

Decretum irritans quando inficiat poſſeßionem, n. 15.

Dictio, ſi aliter, inducit formam, & decretum irritans, num. 16.

Forma, alia ſubſtantialis, alia accidentalis, n. 17.

Forma ſubſtantialis operatur ipſo iure, n. 18.

Adiunctus facit ceſſare iuriſdictionem Ordinarij, vt Ordinarius ſolus procedat, n. 19.

Conſilium inducit præceptum ſi dicitur de conſilio, ſi dicitur cum conſilio admonitionem, n. 20.

Epiſcopi ſententia cum ſola vnius ex duobus Adiunctis aßiſtentia non valet, n. 21.

Quæſ-

Quæſtio. XXXI.

An geſta per Epiſcopum ſine Adiunctis, ſint irrita, vel irritanda?

RAtio dubitandi eſt quia Adiuncti dantur ob ſuſpitionem, *vt vberius probaui ſupra q. 1. num. 40. & probat Gratianus diſcepta. forens cap. 4. p. 1. num. 16. Theſaur. deciſ. 255. num. 5. & probat tex. in l. apertiſsimi vbi Authen. ſi vero C. de iudic.* Sed facta à iudice ſuſpecto, mero iure † valent, ſed veniunt reuocanda, *gloſ. verbo recuſationes in cap. quoniam contra num. 11. de probat. Innocen. in cap. cum ſpeciali, vbi & Doctores num. 6. verſ. illud autem non memini extra de appella. quem ſequitur & Hoſtienſis ibidem, communem opinionem dicit Oſaſchus deciſ. pedemon. 84. num. 5.* ergo facta per Epiſcopum ſine adiunctis ſunt irritanda, & mero iure valent. 1

Contraria ſententia verior eſt ad cuius corroboratione præmitto, illud † verſari diſcrimen inter irritum 2
vel irritandum, nullum vel annullandum, nam in annullando ſupponitur validitas reſcindendi, ſed non in eo quod debet declarari nullum. *Calder. conſ. 14. aliàs 37. num. 3. de reſcript. Peruſius conſ. 36. num. 3. quos & refert & ſequitur Tuſchus littera N. conclu. 141. vbi proſequitur aliàs differentias.*

Secundò præmitto ſententiam noſtram illis verbis Concilij Tridentini *ſeſſ. 25.*

ma. ibi. Aliàs proceſſus & inde ſecuta nulla ſint nulloſque producant iuris effectus. Cuius clauſulæ dictiones ſingillatim ſunt explicandę. Imprimis
3 dictio † illa, aliàs, idem operatur ac dictio, aliter, *vt Doctorum multitudine comprobat Cenedo ſingulari. 62.* vbi & docet vtram libet dictionem formam inducere & conditionem.

4 Tertiò præmitto dictionem † illam, nulla, eſſe vniuerſalem negatiuam, & excludere principale, & acceſſorium, primarium & ſecundarium *Tiraq. in l. ſi vnquam verſ. reuertatur num. 93. C. de reuocand. dona. Cenedo & ab*
5 *eo allegati ſingulari. 67.* & diſpoſitio loquens † cum hac clauſula operatur ipſo iure, *vt Tiraq. d. verſ. reuertatur*
6 *nu. 243.* vbi & alios congerit. Clauſula vero, † ipſo iure, in praxi idem ſignificat atque latam ſententiam, *vt ex Bald. Ægid. & Romano confirmat Martha de clauſulis, clauſ. 291. num. 3.* alias ſignificationes ſi curioſius velis perſcrutari recurre ad Didacum *in regula poſſeſſor. 2.*
7 *part.* §. *6. num. 6.* Hæc autem † dictio, ipſo iure, operatur præuia declaratione, *vt Martha de clauſ. clauſula. 291. num. 4. Tiraq. ver. reuertatur num. 10. & 39. Ripa*
8 *obſerua. 290. num. 3.* & idem eſt † dicere aliquid irritum eſſe ac dicere ipſo iure non valere. *gloſ. ſchol. penult. in Clem. ſæpe de verb. ſignifi.*

Quartò præmitto verba † imperatiui modi inducere diſpoſitionē ipſo iure vel diſpoſitionem nullam, dū- [...]nt. præſentis temporis, *gloſ. verb. infamia in l. ſi [...] de tranſact. Tiraq. in l. ſi vnquam ver. reuerta- [...] in. dona. Suarez de cenſur. diſpu. 40. ſect. 8. num.*

8.*num.* 3. *Doctores in cap. at ſi clerici num.* 34. *&* 35. *extra de iudic.* vnde cum Concilium loquatur per verbũ illud, producat, clarum eſt, quod diſponit ipſo iure.

Quintò præmitto de iure actum nullum non producere effectum *cap. non præſtat de regul. iur. in 6.* vnde ex actu nullo non inducitur iuriſdictionis præuentio *Iafred. deciſ.* 71. *quem ſequitur Riccius collecta.* 623. & generale eſt ex actu nullo nullũ ſequi effectum, *vt exornat Cotta in memorabilibus ver. actus nullus pag.* 10. *Scatia de iudi. lib.* 1. *c.* 57. *n.* 6. & licet ſufficiens fuiſſet exprimere in Cõcilio actũ contra formã datam eſſe nullum, nihilominus expreſsũ fuit, quod nullũ produceret iuris effectũ quia expreſsũ † magis operatur quã tacitũ *Martha de clauſ. clauſ.* 69. *p.* 2. *n.* 2. & aliquãdo nõ † operatur tacitũ idẽ quod expreſsũ *dec.* 519. *n.* 4. *p.* 2. *recentiſſ.* 10 11 12

Sextò, prēmitto dictionem † illam, aliàs, æquiparari decreto irritanti, vt multis Doctoribus confirmat *Martha p.* 4. *clauſ.* 19. *n.* 7. Similiter, & dictionẽ illã nullatenus, vel † ſimilẽ eidem, vt ſunt verba illa, nulla ſint & cætera, quę annullant actum ipſo iure, *vt copioſiſſime Gonzal. reg.* 8. *gloſ.* 67. *q.* 5. *n.* 65. *&* 66. 13 14

Vnde ſequitur, quod cum verba † iſta habẽtia vim decreti irritantis apponantur ſuper certo corpore, inficiunt poſſeſſionẽ & titulum, *vt poſt longam diſputationem Gonz. d. glo.* 67. *q.* 4. *n.* 46. Hoc poteſt † & cõfir[illegible] ex traditis à Gratiano *diſcepta. forenſ. c.* 208. *n.* [illegible] *&* 24. *ex Roma. Iaſſ. Felin. & Mandoſ.* do[illegible] iſta, ſi aliter fiat actus, ſint nullius robor[illegible]

vel illa, non aliter, nec alio modo inducere formam & decretum irritans.

17 Septimò premitto, quod † duplex forma dari ſolet in diſpoſitione. Alia ſubſtantialis. Alia accidentalis *Salas de legibus q. 96. tracta. 14. diſ. 16. ſect. 9.* Suarez *ibidem lib. 5. cap. 31. num. 2. vbi num. 14. ex Barth. in l. vltim. C. de vend.* colligit eam eſſe formam ſubſtantialem quando à Principe aliquid mandatur cum ea clauſula non aliter, vel ſi dicatur, quod actus ſit irritus, aut inutilis, vel quid ſimile *gloſ. verba ipſo iure in c. 1. & verb. committantur in cap. ſtatutum de reſcrip. in 6. Felinus in cap. cum dilecta nu. 6. eodem titulo in antiq. quos refert &*
18 *ſequitur Suarez d. lib. 5. c. 32. n. 1.* Et adiecta forma † diſpoſitioni, diſpoſitio operatur ipſo iure *Tiraq. in d. l. ſi vnquam. ver. reuertatur n. 67.*

His ſuppoſitis noſtra ſententia clariſſimis nititur
19 fundamentis & apertius probatur, quia dato † Adiuncto ceſſat iuriſdictio ordinarij qui ſolus nō poteſt procedere *text. in l. ſi vnus §. 1. & l. ſi in tres, ff. de recept. arbitr. Ruinus conſ. 5. col. 4. lib. 5. Mandoſ. de commiſ. §. Adiunctum col. 3. quos & refert & ſequitur Theſaur. deciſ. Pedemon. 255. n. 7. idem docet & Gemin. conſ. 24. n. 12. verſ. Item eſt nulla* Tuſchus *litera I. concl. 4. n. 17.* obſeruans *num.* 5. quod ſi Cardinalis detur alicui Cardinali adiunctus, iſte poterit procedere ſolus ſine eo cui adiunctus fuit, non è conuerſo, *vt dicemus infra q. 32. num. 17.* † confirmatur ex verbis d. c. 6. *Seſſ. 25. de* ... quorum conſilio & aſſenſu procedere teneatur.

teneatur. Nam tāta eſt vis dictionis illius, de, vt etiam ſi ſolum conſilium, & non aſſenſus requireretur, quia diſpoſitio vteretur illis verbis de conſilio, inducere-tur præceptum annullans facta contra ipſum, ſecùs ſi diceret cum conſilio, *Marcheſa.de iud.ſuſp.par.2.§.2. num.33.*

1 Tum denique & per argumentū ab ſpeciali noſtra ſententia comprobatur *ex tex.in cap.coram.34.de offic. deleg.* Vbi ſi Epiſcopo non fuiſſet datus Adiunctus cū clauſula, quod ſi omnes intereſſe non poſſent, ſenten-tia data à ſolo Epiſcopo, nulla eſſet, ex cuius textus ſe-nſe colligitur diſpoſita *in hoc c.6.Seſſ.25.* iuri commu-ni eſſe conſonantia.

Quinimò ſi † Epiſcopus & vnus ex duobus Adiū-ctis ſine tertio pronunciarent, ſententia eſſet nulla *d.c. coram, c.cauſam matrimonij, cap.cum cauſa de offi. delega. l. duo ex tribus, ff.de re iud. Gemin.conſ.24.n. 11. verſ. ſuper ſexto, Ruyn. & Mandoſius quos refert & ſequitur noſter Pliban.x.§.2.Adiunctus.par.1.n.4.pag.123.* 21

Non obſtat propoſita dubitandi ratio, quia non ſo-lum ob ſuſpitionem dantur Adiuncti, ſed & propter alias rationes † *de quibus ſupra quæſt.1.n.28. & ſequenti,* 22 quin potius de iure Ciuili etiā facta à Iudice ſuſpecto ſine Adiunctis ipſo iure ſunt nulla, *Bart.in l.quia poterat 4. num.3.ff.ad Trebellia. per textum in l. vnica, C.ſi q præd. poteſt.* ſicut & geſta à Notario ſuſpecto fu[illegible] ſi pro tali datus examen fecerit *Gratianus conſ. cap.100.n.53.*

Summaria Quæſtionis 32.

ADiuncti & Epiſcopus eodem iure cenſentur. n.1.
Iuriſdictio alterata quando faciat delegationẽ. n.2. & 18
Verba in potentiori ſignificatu interpretanda, n.3.
Adiuncti quando ſunt Iudices delegati. n.4. & 20.
Eps quando ſit ordinarius, & quando delegatus n.5.7. & 21
Ordinaria iuriſdictio eſt, quæ competit perpetuô dignitati etiã ex ſpeciali priuilegio, num.6.
Iuriſdictio in dubio cenſetur ordinaria potius quã delegata. n.8 & 9.
Adiuncti non poſſunt habere ſportulas, n.10.
Adiunctorum ſententia eſt appellabilis ad ſuperiorem immediatum, n.5. & 1[illegible]
Adiuncti ſolo iure iurando recuſari non poſſunt, ſed eſt neceſſaria cauſa, n.12.
Adiunctorum iuriſdictio eſt fauorabilis. n.13.
Delegati iuriſdictio eſt odioſa, n.14.
Intellectus cap.4. Seſſ.6. n.16.
Eps quando cenſeatur procedere, vt delegatus, n.20 remiſſiuè.
Auditor Rotæ coauditori quando inhibeat. n.15. & 17.
Adiunctus ordinario poteſt inhibere, n.16.
Cardinalis adiũctus ſine Cardinali cui adiungitur poteſt procedere. n.17.

Quæſtio XXXII.

An Adiuncti ſint Iudices delegati, vel Ordinarij?

[V]idetur, quod ſint Iudices delegati, quia [quoad] iuriſdictionem cenſentur † eodem iure, ac Epiſ-

ac Epiſcopus, *vt probaui ſupra quæſt.* 3. *num.* 11. 12. 13. 14. & durat Adiunctus quandiu durat is cui adiungitur, *Tuſchus pract. concluſ. litera A. concluſ.* 200. Sed Epiſcopus eſt in hoc caſu, vel Iudex delegatus, vel delegatus & ordinarius ſimul ergo & Adiuncti.

Minorem probo ſic, quia iuriſdictio Epiſcopi alteratur per Adiunctos *deciſ.* 321. *n.* 2. *par.* 2. *diuerſ.* Similiter & alteratur iuriſdictio Capituli, *vt probaui ſupra q.* 2. *num.* 7. *&* 8. Vnde ſuccedit regula ex. in l. 3. ff. de offic. eius, vbi hæc verba. Si Prætor ſit is qui alienam iuriſdictionem exequitur, non tamen pro ſuo Imperio agit: ſed pro eo cuius mandato ius dicit, quoties partibus eius fungitur. Ex † cuius textus verbis colligunt, *Dec. ibi num.* 4. *Iaſ. in l. ius ciuile per tex. ibi num.* 2. *ff. de iuſt. & iur. Boer. deciſ.* 151. *num.* 5. *& cōmuniter Doctores, vt apud Viuium lib.* 1. *commun. tit.* 22. *num.* 9. *optime Achilles de Graßis deciſ.* 2. *de reſcript.* Ordinarium alterata ſua iuriſdictione quoad aliquem caſum, in illo delegatũ remanere. Probo minorem † & alio modo, quia verba ſunt accipienda in potentiori ſignificatu, *l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff. ſi ager. vectigal. Bart. in l. Lutius ff. de cond. & demonſtra. Cagnol. in rubr. ff. ſi quis ius dicenti non ob. num.* 13. *verſ. quæ tamen, quos ſequitur, Menoch. lib.* 2. *de præſump. cap.* 16. *num.* 10. At in potentiori ſignificatu accipietur iuriſdictio, ſi vel delegata, qui eſt maior, *cap. ſane de offi. delega.* vel vtraque & delegata & ordinaria, interpretetur, *vt conſiderat D rubr. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Marginal numbers: 2 (beside "partibus eius fungitur"), 3 (beside "delegatũ remanere").

Confirmatur præfata minor, quia iuriſdictio conceſſa in hoc cap. 6. *Seſſ.* 25. eſt eadem quæ conceditur in cap. 4. *Seſs. 6. de reforma.* ad quem tex. ſe refert, *vt probaui ſupra quæſt.* 10. *num.* 1. *& quæſt.* 17. *num.* 9. Sed iuriſdictio conceſſa in d. c. 4. eſt delegata, vt colligitur ex illis verbis dicti cap. 4. auctoritate noſtra: ergo Epi-
4 ſcopus & Adiuncti ſunt Iudices delegati, maxime † ſtanti doctrina Bart. *in l. duo indices* 28. *de re iudic. ſcribentis* Adiunctos eſſe Iudices delegatos, non ordinarios.
5 Corroboratur & aliter ſæpe fata minor; nam † ſi cauſa committitur Epiſcopo à lege, vel canone, aliquid addendo, vel immutando ordinariæ iuriſdictioni, quã non habebat, talis commiſſo eſt delegata, quod ſi iam habebat, eſt excitatiua commiſſio iuriſdictionis ordinariæ, dummodo non alteretur iuriſdictio, & primo caſu appellatio ad Sanctiſſimum, ſecũdo vero ad Metropolitanum, & reſpectiue ad alios interponitur appellatio, *vt hoc vltimum probat Cenedo ſtatim citãdus, & reliqua omnia Maranta in ſpeculo par.* 4. *diſt.* 5. *num.* 77. *Mandoſ. in gloſſa facultatis. § ſitque, verſ. ordinarius in fine, fol.* 68. *latius Cenedo quæſt. cap.* 34. *num.* 7. quem fideliſſime tranſcribit Riccius *reſolu. pract. ca.* 449. Fulcitur, & tandem hæc ſententia, quia ſi Adiuncti eſſent ordinarij, ſentẽtiæ datæ à maiori parte ſtandum eſſet, *l. duo ex ribus. ff. de re iud. notat* Curia Piſana *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 20. non ſtatur, *vt conſiderauimus ſupra quæſt.* 2. *n.* 8.

Contrariam ſententiam ex infraſcriptis declino Capitulum Sede vacanti ſuccedit in hac præhe-

præheminentia procedendi cum Adiunctis contra Capitularem delinquentem, vt probaui ex *Sacra Congregatione ſupra q.* 17.*n.* 35. Ergo, eſt iuriſdictio ordinaria, & non delegata, quia ſi eſſet delegata non ſuccederet, *vt dicta quæſt.* 17.*n.* 8. 12. *&* 13. quia eadem eſt iuriſdictio illis, ac Epiſcopo.

Secundò, quia iuriſdictio † ordinaria eſt etiam ea quæ ex ſpeciali priuilegio deſcendit, ſi perpetuò dignitati, vel officio aſſignetur, *vt probaui ſupra d.q.* 17.*nu.* 14. hoc ipſum docet Lapus *allega.* 84.*n.*4. §. *in Chriſti nomine*, vbi talis aſſignatio pro excitatione accipitur ab eodem, argumento tex. in l. ſæpe, ff. de offic. præſ. excitare vero iuriſdictionem idem eſt, ac iuriſdictionẽ ordinariam concedere, *vt ſupra numero* 5. 6

Tertiò, ex communi † *de qua per Menochium de præſump.lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 31. *per Viuium libr.* 1. *commun. tit.* 22. *num.*9. *Caſtillo deciſ. Sicul.* 87.*num.* 1. *cum pluribus ab eiſdem allegatis* diſtinguenti quod ſi Iudex adiungatur à Principe alicui ordinario, dicitur delegatus, ſi à lege, ordinarius: ergo cum à Concilio Triden. Capitulares iſti adiunguntur Epiſcopo, non delegati ſed ordinarij cenſebuntur, *vt infr. n.* 18. 7

Quartò, quia in dubio † potius ordinaria quam delegata iuriſdictio conceſſa præſumitur, *Faber lib.* 3. *tit.* 12. *diffini.* 17. *vbi additio n.* 3. *gloſ. verbo ipſa lex in l. & quia* 6. *ff. de iuriſd. omn. iud. gloſ. ſchol. vltim. in l. vni liceat potentior. Aliciat. reg.* 3. *præſump.* 36, *n.* 2. *M...præſump. lib.* 2. *c.* 16. *à n.* 8. Et merito, † c... 8

delegata tãquam extraordinaria magis præiudicialis, temporalis,& ſpecialis non præſumitur,quælibet autem harum ſpecies in iure exoſa eſt, *vt Menoch. à.d.n. 8. atque hanc ſententiam ſequitur Caſtren. in Authen. ſi vero, C. de iud. Curia Piſana lib. 2. c. 18. n. 20.*

10 Ex qua reſolutione ſequitur,Primo quod iſti † Iudices tanquam ordinarij nullo modo poſſunt habere Sportulas *Viuius.d.lib. 1.commun.tit.22. n.9.*

11 Secundò, quod appellatio † poterit interponi ad Superiorem immediatum, *vt Viuius.d.n.9. & Gratianus diſcepta.forenſ.cap.* 100. *num.* 50. *vt & ſupra num.* 5. quia ſunt ordinarij.

Tertiò,& ſequitur,quod non poterunt tales Iudi-
12 ces recuſari ſolo † iureiurando,ſed erit neceſſaria cauſa ſufficiens, quod ſi præfati Adiuncti eſſent Iudices delegati ad eorum recuſationem,partis iusiurandum ſufficeret, *vt ex Annan. ſingular.* 15. *Imol. Franc. & Bertach. docet Caſtillo deciſ. Sicul.* 87. *num.* 4. *Gratianus d. cap.* 100. *num.* 49. Et ſic intelligo quod dixi ſupra *q.9.n.3.*

13 Quartò,& ſequitur Adiunctorum † iuriſdictionẽ, vtpote ordinariam eſſe fauorabilem *ad tradita ſupra quæſt.* 1. *& per Valaſcum par.2.conſulta.* 152. *nu.* 4. Si vero eorum iuriſdictio † eſſet delegata,& per conſequẽs eſſet reſtringibilis ſtricta,& odioſa *cap. P. & G. de offi. dele. Gail.lib.* 1. *obſerua.* 35.

[illegible] & ſequitur ex ſupradictis ad alteram quæſ- [illegible] diuncti poſſint inhibere ordinario,ne ſine ipſis

ipſis procedat, vel Adiunctus Adiuncto, & ordinario. Videbatur dicendũ, quod non, quia delegatus delegato inhibere non poteſt, cũ par in parẽ non habeat imperium, *c. innotuit de electione, l. ille aquo, §. tẽpeſtiuum, ff. ad Trebel. l. 4. ff. de arbitr. docet Mandoſ. de inhibitionibus q. 8. n. 2. Porroles verbo competẽtia pu n. 7. pag. 429.* Item, quia Collegæ † & coauditori Auditor Rotæ non inhibet 15
deciſ. 29. & deciſ. 30. de dol. & contu. deciſ. 6. & deciſ. 566 de appella. in antiq. Scilicet poſt concluſionem in cauſa. Nihilominus contraria ſententia verior eſt, *quam ſequuntur Doctores Staphileus de ſign. iuſtitiæ, cap. 23. incipit præcommiſſ. pag. 332. in paruis, Mandoſius de inhibit. q. 62 n. 2. Theſaur. deciſ. 235. nu. 7.* Aſſeueramus † Adiun- 16
ctum datum ordinario, vel etiam delegato, maximè ad Vniuerſitatem cauſarum, poſſe illis inhibere. Et iura in contrarium adducta loquuntur in delegatis, in quibus datur omnimoda æqualitas, ita vt vnus alteri & è conuerſo adiungatur, at nos loquimur in Iudice conſtituto, cui adiungitur & alius, diſcrimen verſatur nam in illis vnus ſine altero procedere non poteſt, *vt cap. cauſam matrimonij, & cap. cum cauſa de offi. delega.* At in Adiuncto eſt diſſimilis ratio, quia ipſe ſine eo, cui adiungitur procedere poteſt, ſed non † è cõuerſo iux- 17
ta ſtylum inter Cardinales receptum, *de quo Gemi. conſ. 24. n. 12. verſ. Item eſt nulla. Tuſchus litera I. concl. 417. n. 5.* Hic tamen ſtylus inter Epiſcopum, & Adiunctos ſeruatur, *vt diximus ſupra q. 5. à nu. 5. & faciunt d. 31. n. 19.* Item eſt aliud diſcrimen general...

eodem tempore naſcitur & datur omnium delegatio, hic iudicinato, adiunctus datur. Quod ſi replices auditorem Rotæ coauditori poſſe inhibere ante concluſionem in cauſa, *vt dicta deciſ. 29. & deciſ. 30. de dolo & contum. in antiq.* Reſpondeo, *cum Mandoſio de inhibit. q. 4. num.* 11. inhibitionem illam procedere vigore poſterioris reſcripti derogantis primæ commiſsioni *cap. 3. de reſcrip.*

18 Neque obſtant in contrarium † adducta, non allegata *ſupra num.* 1. & 2. nam licet alteretur iuriſdictio ibi, tam competens Epiſcopo quàm Capitulo, non tamen alteratur ad tempus, & à Principe ſolo, ſed à lege & in perpetuum quæ faciunt iudicem ordinarium, *vt ſupra num.* 9. De huiuſmodi alteratione plura proſequitur Maſtrillus *deciſ.* 292.

Non obſunt adducta *num.* 3. quia ſi ordinaria iuriſdictio eſt potentior, *vt ſupra num.* 8. 9. & 14. iam verba potentiori ſignificatione interpretantur, *vt conſiderat Menoch. d. lib. 2. præſumptio.* 16. *num.* 10.

19 Nec adducta d. num. 3. in fine quia † delegatio facta in d. cap. 4. Seſſ. 6. dirigitur ordinario viſitanti, vt poſsit libere procedere etiam contra exemptos, *ad tradita per Cenedo d. q.* 34. *num.* 4. Sed nec iure hoc probatur, nec ſacra Congregatio aliquid dicit de exemptis. Quare verius dicẽdum eſt delegationem fieri ibi, appellatio interpoſita ab Epiſcopo viſitãti, licet de ... non ſuſpendat, *vt & declaratio, quàm Zerola, re. viſitatio n.* 3. *habet, quàm refert. & Farin.*

ad

ad Seſs. 24. cap. 10. §. appellatio verſic. 2. vbi Barboſa num. 4. & Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 17. litera Q.

Ad dicta ſupra *num. 4.* ex Bart. reſpondeo loqui de † Adiuncto dato à Principe, *vt & intelligit Tuſchus in pract. concluſ. 427. litera K num. 3. citans Ioannem Andream in cap. fina. de re iudic. & Barth. in dict. l. duo Iudices.* 20

Denique allegata ſupra † *num. 5.* potius confirmant noſtram ſententiam, quia delegatur in Concilio Epiſcopis id quod de iure communi competebat, vt Sacram Congregationem declaraſſe Zerola Farina. & Marcilla atteſtantur his verbis. Caput hoc decimum non ſuſtulit appellationem deuolutiuam, ſed ſuſpenſiuam tantum, licet Epiſcopus id faciat tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus *prout dicitur hoc cap. 10.* Cum tamen hæc iuriſdictio iure ſuo ordinario etiam ante Concilium Tridentinum competeret, nec impediret deuolutionem appellationis ad Metropolitanum, *& probatur apertè ex tex. in dict. cap. 4.* ibi iuxta Canonicas ſanctiones, ſupponendum eſt ad prædicta, quod tex. in dict. cap. 4. *Seſs. 6. & cap. 10. Seſs. 24.* loquitur de viſitatione. Alia proſequere, *vt in quæſt. 5. ſupra n. 10.* 21

Quando vero † Epiſcopus cenſeatur procedere, vt delegatus, vel ordinarius diſputant Doctores, *quos congerit Barboſa ad Seſs. 24. cap. 10. num. 2. de reformation.* Quando vero ordinario per reſcriptum Principis cauſa committitur, quomodo cognoſcatur facta eſt delegatio, vel excitatio iuriſdictionis. 22

Claperijs decisionum, cap. 8. quæſt. 1.

Non obſtat vltimo loco facta conſideratio ex dictis ſupra quæſt. 2. num. 8. quia eſt ſpeciale in fauorem iuriſdictionis Epiſcoporum ordinariæ *pro qua tot ſunt ſtabilita in iure deciſ. 745. num. 7. par. 1. diuerſ. Veral. deciſ. 366. par. 1.*

Summaria Quæſtionis 33.

C*Lerici primi gradus & ſecundi qui ſint. n. 1.*

Canonici Eccleſiæ Collegiatæ ſunt Clerici gradus ſecundi, n. 2.

Rotæ Sacræ Auditores diſtinguebantur primo, & ſecundo gradu, n. 3.

Iuriſdictio, alia ſuprema, alia modica, alia infima. n. 4.

Iuriſdictio, alta, media, Baſſa. n. 5.

Iuriſdictio diuiditur in Imperium merum, mixtum, & iuriſdictionem. n. 6.

Iuriſdictio alia maxima, maior, magna, parua, minor, minima. num. 7.

Iuriſdictio, alia grauis, alia leuis. n. 8.

Vniuerſitates, an iuriſdictione careant. n. 9. & 19. 40.

Capitulo non eſt territorium, n. 10.

Epiſcopo & Capitulo iuriſdictio ſimul competit. n. 11.

Epiſcopo tanquam capiti omnia referuntur. n. 12.

Capitulum an poſsit incarcerare Canonicum. n. 13.

Capitulum an habeat iuriſdictionem in Decanum. num. 14. & 42.

Archie-

Archiepiſcopus dilinquens non punitur à Concilio Prouinciali, num. 15. 44.
Capitulum acquirit iuriſdictionem præſcriptione, conſuetudine, & priuilegio. num. 17.
Capitulum non diſpenſat contra Canones, n. 18.
Capitulum in quibus ſtatuat. n. 20.
Legem qui condit, an habeat coactionem. n. 21. & 24.
Legis diffinitio. n. 22.
Tyrannus legem ferre non poteſt. n. 23.
Iurati habent coercitionem in ſubditos. n. 26.
Capitulum compellit Capitulares intrare & ſtare in Capitulo. num. 28.
Rector compellit Beneficiarios ire ad Capitulum. n. 29.
Nutuales ſine cauſa & cum malitia poſſunt deſtitui à Capitulo. num. 30.
Capitulum priuat fructibus & diſtributionibus aduocantem contra illud, num. 31.
Synodalis conſtitutio permitens Capituis, & eorum præſidentibus punitionem, declaratur, n. 32.
Coercitio modica quæ ſit, & quando habeat locum. n. 33.
Mulcta quid ſit? n. 34.
Iuriſdictio propria quando competat Capitulis. n. 35.
Tridentinum Seſſ. 25. de reforma. cap. 6. §. cæteris explicatur. n. 36.
Capitulum quando indicat ceſſationem à diuinis. n. 37.
Aſſiſtentes quando nominentur à Capitulo. n. 38.
Parochus Capitulo quando ſubijciatur, n. 39.
Iuriſdictio ſine territorio eſſe poteſt. n. 41.

Digitized by Google

Capituli coactio de iure ad Canonicum antiquiorem expectat. num. 43.

Quæſtio. XXXIII.

An Capitulo ſit iuriſdictio aliqua, in Decanum, in Capitulares, vel in Præbendarios ſuos?

Conueniens eſt huic tractatui propoſita quæſtio, Adiunctorum enim iuriſdictio initium ſumit à Capitulo, *vt ſupra quæſt.* 2. *num.* 7. Oporet ergo perſpicere, qualis iuriſdictio reſideat in capite, vt confirmata maneat, quæ membris eſt attributa.

1 Ante omnia † ſupponendum eſt Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, nominari Clericos primi gradus, & reliquos Clericos dici ſecundi gradus, *vt Sarnen. in Proemio regularum.* §. *nam ſatis*, *Lanzellotus in*
2 *templo Iudicum lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Adeò † vt etiam ſi ſint Canonici, ſi ſint Eccleſiæ Collegiatæ, appellentur Clerici ſecundi gradus. *Borius de auctoritate magni con-*
3 *ſilij num.* 83. Simili modo † & Sacræ Rotæ Auditores duplici, primo. & ſecundo gradu diſtinguebantur, nam Iudex aquo Auditor gradus primi, & Iudex ad quem Auditor gradus ſecundi, *ad Sarnen. d.* §. *nam ſatis*, appellabantur.

Deinde ſuppono *ex Eguinario Duareno & Goueano, quem refert & ſequitur Quintana Dueñas lib.* 1. *de iuriſdict. tit.* 6.

tit.6. n.14. Iuriſdictionem † dici alteram ſupremam, 4
quæ ciuiles omnes, criminaleſque cauſas, priuatas &
publicas complectitur. Alteram modicam, quæ iudi-
cationem de negotijs ciuilibus interpoſitam, modera
tur. Alteram infimam, ſiue anguſtiſſimam, quæ non
iuriſdictionem, ſed notionem comprehendit. † Aliàs 5
vocatur iuriſdictio alta, media, Baſſa, *ut declarat Coppi-
nus de ſacr. pol. lib. 3. cap. 6. n. 9. Maynardus deciſ. 19. lib. 2.
Borrellus in ſumma p. 1. tit. 41. nu. 68.* Et † aliàs dicitur 6
hæc poteſtas merum imperium, mixtũ, aut iuriſdictio.
*l. 3. D. de iuriſd. omn. iudic. declarat Fachineus controuerſ.
9. cap. 94. 95. 96.* Aliàs † vocatur maxima, maior, mag- 7
na, parua, minor, minima, *ut idem Borrel. d. tit. 41. n. 59.*
Iuriſdictio † vero, alio ſimpliciori modo diſtinguitur, 8
& declaratur à Pontificijs in leuem, & grauem, *Pabor-
mit. in cap. cum ab Eccleſiarum n. 9. de offi. ord. Idem in c.
cum contingat. n. 28. & 29. de for. comp.* vbi, leuis, & mo-
dicæ iuriſdictionis, plura referuntur exempla, & in-
fra, n. 33.

His ſuppoſitis videtur dicendum capitulo nullam
eſſe iuriſdictionem, quia † omnes vniuerſitates iuriſ- 9
dictione carent, *teſtimonio Innocentij in c. cum acceßiſſent
n. 2. de conſtitut. argumento, tex. in l. ſi duas 6. §. eſt autem
verſ. ſupra hunc. D. de excuſ. tut.* Et Capitulo † non eſt
territorium, *Innocentius in c. cum contingat de for. compet.
Cucus inſtit. maior. lib. 2. cap. 7. n. 16.* Et quando † aliqu[illegible]
eſſet iuriſdictio cõpetit Epiſcopo & Capitulo [illegible]
c. cum conſuetudinis 9. de conſuetudine. c. Epiſ[illegible]

cauſam audiat. 15. *q.* 7. *cap. ſcitote* 6. *q.* 3. *cap. non eſt de conſuetud. in* 6. & vulgare eſt Capitulum non habere iuriſdictionem ſine Epiſcopo. *Lanzelot. de attentat.* 2.
12 *p. in præfat. lim.* 1. *num.* 77. Et † cum Epiſcopus ſit caput, ad illum tanquam ad principale membrum omnia ſunt referenda *proſequitur Petrus Gregorius in repetitione. cap. conquerente de offic. ordin. cap.* 11. *num.* 16. ſicuti dicimus de lege condita à Principe de conſilio ſuorum procerum, *l. humanum. C. de legibus diximus ſupra. q.* 1. *num.* 7. *&* 8. Ex his cenſuit Paponius *lib.* 1. *tit.* 3.
13 *arreſto.* 2. Capitulum † etiam Paſtore deſtitutum non poſſe incarcerare Canonicum quia id non licet ſine Epiſcopo. Quid in hoc tenendum? Docui ſupra. *q.* 17. *num.* 35. *& q.* 32. *num.* 5.

Id autem maximè videtur procedere in iuriſdictio-
14 ne quam Capitulum † prætenderet in Decanum ſuũ; nam rationis ſiue iuris tramite rectè penſato inferior nulla iuriſdictione vti debet in ſuperiorem. *c. inferior de maiorit. & obed.* At Decanũ caput eſſe Capituli, & per cõſequẽs ſuperiorẽ probabo, *infr. q.* 34. *n.* 6. *&* 44.

15 Sed corroboratur exemplo Archiepiſcopi † cuius delictum non punitur à Concilio Prouinciali, licet eius caput ſit, ſed à Synodo denuntiatur ſuperiori puniendum *cap. graue nimis.* 29. *ver. Metropolitani de præb. vbi & notauit Hoſtienſis num.* 16. *Ioannes Andreas. nu.* 8. *Anton. num.* 4. *q.* 2. *Ancarr. num.* 10. *Sanchez de matrimonio lib.* 8. *diſp.* 17. *nu.* 35. *Sala de legibus. q.* 97. *tract.* 14. *diſp. num.* 46.

Sed

Sed magis † in ſpecifica forma id quod de Decano 16
proſequimur, adſtruitur in cap. ex parte 8. de cleric. nõ
reſident, vbi agebatur de priuando Decano, & ex illo
tex. colligunt. *Panormit. ibi num. 5. quem ſequitur Coppinus de ſacra politia. 1. cap. 1. n. 12. & eius additio.* Capitulũ
propriè non poſſe citare Prælatum, neque inferiorem
neque parem, quia in parem non habet imperium. *cap. cum inferior de maiorit. & obedientia. cap. innotuit de electione. l. ille à quo. §. tempeſtiuum D. ad trebellianum.*

Corroboratur hæc pars † ſi conſideremus Capitulum 17
poſſe præſcribere iuriſdictionem corrigendi ſingulos de Capitulo ſine Epiſcopo: ergo ceſſante præſcriptione, ſecus eſt, *vt hanc conſequentiam ponderat Marianus Soccinus. in cap. cum contingat. num. 4. de foro compet. & antecedens probatur ex traditis à Staphileo de ſpectatiuis tit. de modo & forma num. 12. pag. 87. à Doctoribus in cap. irrefragabili de officio ordin. Vbameſio de conſuetud. conſil. 14. n. 6. & 7.* Rurſus ſi conſideremus † nec Capitulũ, 18
nec alios Prælatos inferiores diſpẽſare cõtra Canones,
etiã vbi diſpẽſatio cõceditur à iure: quia diſpẽſatio eſt
de lege iuriſdictionis, *Bermonius Couerius de publicis concubin. §. fuerit diſpenſatum, num. 1. thom. 11. par. 1.*

Nihilominus tamen dicendum eſt, omnia † Colle- 19
gia in his quæ pertinent ad Collegium aliquam habere iuriſdictionem, non tamen propriam, *vt Felinus & Pratis infra referendi conſiderant, Pro qua ſentẽtia eſt textus in cap. dilecta de exceſ. Prælat. in l. fin. C. de iuriſd. omn. Iu[illegible] quem tex. ad hoc ponderat Panormitanus quæſt. 6. num.*

Digitized by Google

& nu. 9. §. an autem verſ. & attende. Tuſcus lit. C. concluſ. 455. num. 2. l. fin. vbi Bartholus. D. de Colleg. il. 2. vbi glo. finalis. C. de conſtitu. pec. Felinus in. c. cum omnes num. 10. §. quarto eſt aduertendum de conſt. Pratis in Clypeo paſtorali thom. 13. par. 2. cap. 5. à num. 1. fol. 365. optimè Paponius lib. 1. tit. 3. arreſto. 3. Ex quibus ſequi-

20 tur primo, quod † Capitulum poteſt ſtatuere in rebus ſibi ſpecialiter pertinentibus. *Gloſſa celebris verſ. ſtatutum in cap. 2. §. cæterum de verb. ſig. in 6. quam ſequitur Felinus d. num. 10. Seraphinus deciſ. 707. num. 4. Roſſella. verſ. excommunicator §. 3. Suar. de leg. lib. 4. cap. 6. nu. 11. vbi Sala. quæſt. 95. tracta. 14. diſputa. 8. ſect. 162 num.* 84.

Sed obſtat, nam videtur dicendum Capitulo competere iuriſdictionem propriam in ſtricta ſignificatione ſumptam non impropriam, & in lata ſignificatione de-

21 claratam. Nam eo ipſo † quod quis habet poteſtatem condendi legem & habere creditur poteſtatem cogend. iuriſdictione, nec ſufficeret poteſtas dominationis. *Argum. tex. in l. 2. D. de iuriſd. omn. iud. ca. præterea*

22 *de offi. dele.* Quia lex † eſt præceptum ab eo impoſitũ qui vim habet cogendi, *l. 1. l. legis virtus. D. de leg. D. thom. 1. 2. quæſt. 90. artic. 3. & 2. 2. quæſt. 67. articu. 15. Suarez de leg. 1. cap. 8. nu. 2. notatur in cap. duo ſunt cap. bene quidem diſt. 96. cap. cum acceſſiſſent. cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. cap. Eccleſiarum, cap. ſolitæ de maiori. & obed. Bart. in l. omnes populi. q. 1. D. de iuſtitia & ibidem. 1. q. 1. art. 3. Summiſtæ. ver. lex*, hinc eſt,

vt

vt tyranus † legẽ ferre non poſſit,nec mirum quia iu- 23
riſdictione caret.*Bald.in l.decernimus,C.de Sacros.Eccle.* *quem ſequitur Salas ſupra q.95.tracta. 14.diſp.8.ſect.5.nu.* 38.Cui difficultati † reſpondetur quod requiritur me- 24
rũ,& mixtum imperium pro condendis legibus con-cernentibus deciſione litium,non tamen ad conden-das leges pro commodiori adminiſtratione rerum ad comunitatẽ pertinentiũ, nam in his iuriſdictio lato mo-do ſumpta ſufficit,*ad Gratian. diſc.9.n. 10.Fel.ſup.d.n.* 10. §. 4. *eſt aduertendum. Pratis d. cap. 3. num. 1. Suar. dict. capit. 6. num. 12.*

Secundò,ſequitur ex ſupra dict. quod ſi † Capitu- 25
tulo & Canonicis facultas ſeu auctoritas conceditur fa-ciendi delebrare Capellanos,& coercitio concessã in-telligitur *l.fin.D.de offic. eius l. veteres D. de itiner. act. quępriuat. l. 3. §.fin.D.de pen. legata.c.præterea.de ſuſpicio-nis de offic.deleg.docet Rot.deciſ.65.num.5.p.2 recentiſ.*

Tertiò ſequitur,& ex ſupra ſatis,vt Prætor & Iurati † habeant ſpecialem facultatem coercendi officiarios 26
ſuos inferiores pro congrua reipublicæ adminiſtratio-ne tàm in vim priuilegij, quàm in vim iuris cõmunis, *Felin. d. §. 4. eſt aduertendum Maſtrillus deciſ. 300.num.* 28. & 34.

Quartò ſequitur, quod ſi Decanus † delinquat in 27
ſuo officio,ſua abutens poteſtate,recte puniatur à Ca-pitulo,*vt ex Paponio lib.1.tit.3. arreſto.4. obſeruat Fabri-cius in praxi de benefi.cum Dig. c. 4. n. 48.pag. 427.* hac puniendi iuriſdictione intelligitur Panorm.

in c. irrefragabili num. 2. *in fine de offi. ord.* Docens ipſum corpus Capituli non ſingulos de Capitulo eſſe Iudicem & ipſi ſoli Collegio competere iuriſdictionem, *vt Paponius & Fabritius præcitati, intelligunt.*

28 Quintò ſequitur, † non poſſe Capitularem à Capitulo recedere niſi licentiam obtineat, quia ſicut compelli poteſt, vt intret. *Clem. ne Romani.* §. *porrò de elect.* Fortius vt remaneat. *l. Patre furioſo. D. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, cuius textus auctoritate id docet Curia Piſana lib.* 2. *cap.* 8. Quod confirmatur ex conſtitutionibus Synodalibus huius Archiepiſcopatus Cæſarauguſtan. *de maior. & obed. cap. vnico. fol.* 120. Vbi

29 etiam in inferioribus Eccleſijs Rector, † aut Vicarius poſſunt pœnam imponere renuentibus ire ad Capitulum.

30 Sextò ſequitur, Aſſiſios, † Portionarios, ſeu Beneficiatos locis ſuis ad nutū Capituli priuari poſſe, imò & ſuis Præbendis, intelligo de nutualibus, *ita Fabritius in praxi de reliquis ſtipendijs. c.* 7. *lib.* 2. *n.* 16. *pag.* 275. Nō obſtanti pacto de non priuando, *vt Fabri. in praxi de offi. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 31. Exemplo Vicarij Epiſcopi, quem ipſe Vicariatu poſſet priuare etiam ſi de non reuocando iuraſſet, *ad Bobadilla. lib.* 1. *politicæ. c.* 16. *n.* 4. *litera. D. & litera A. num.* 13. Et Vicarij Capituli Sede vacante quem à Capitulo eodem caſu poſſe deſtitui (fauente Deo) demonſtrabo, *in Canonicali par.* 1. *c.* 44. *n.* 57. & 16. *num.* 17. Etiam ſi hæc deſtitutio fieret ceſſantima cauſa, dūmodo abeſſet malitia, vt de amotione

tione Magiſtri Capellæ Burgenſis ſedis ex multis docuit Rota *deciſ. 778. num. 2. & 3. par. 1. diuerſorum.* In praxi tamen id obtinet, vt etiam ſi adeſſet malitia nihilominus nutuales poſſint amoueri, quia Capitulum vtens iure ſuo, non facit iniuriam, *l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs. c. cum Eccleſia vulterana, vbi glo. verb. iniuria de elect. Beſignet, deciſ. 2. de rer. per. ex quibus ſic docet Gonza. regula. 8. gloſſ. 5. §. 6. num.* 47. Quod confirmatur ex reuocatione Vicariorum nutualium Capitulis permiſſa, declarante ſic Congregatione Sacra, *de qua teſtimonium perhibet Garcia de beneſi. p. 1. cap. 2. n. 94. quicquid contra ſentiant, Rebuffus, Gutier. Flores & Gracian. de quibus Barboſa ad Trid. Seſ. 7. c. 7. n. 6. & Seſ. 24. cap. 18. n. 33.*

Septimò, ex his ſequitur, vt Capitulum poſſit priuare Prębendarios ſuos diſtributionibus & fructibus, ſi aduerſus Eccleſiam ſuam patrocinium ferant. *Gloſ. verb. contra Eccleſiam in c. fina. de poſtulan.* Hæc eſt iuriſdictio correctionalis Capitulis permiſſa in priuatione Capituli & diſtributionum conſiſtens, *de qua ex Abbate & alijs loquitur Bapoinus lib. ... pit. ... atreſt. 3.* 31

Et ex dictis infero pœnam illam arbitrariam contra Capitularem Capituli ſecreta reuelantem, de qua locuntur Doctores *Salzedo in praxi crim. c.* 103. *§. vltimo. Menochius de arbitrar. lib. 2. cen. 6. caſu* 538. *num.* 20. eſſe infligendam à Capitulo ceſſante iureiurando de Capituli ſecreto non pandendo, nam ſi iuſiura intercedat, cum grauis ſit à Canonib... pœna

ta, maiorem & grauiorem iuriſdictionem requirit.

Octauò, ex ſupradictis colligitur quanta cum iuſti-
32 ficatione procedat Alphonſina † conſtitutio, *de qua in Synodalibus huius Archiepiſcopatus. c. vnico de offi. ordin. fol. 90.* Vbi quibuſcunque Eccleſiarum Collegiatarum Capitulis præſidentibus concedit facultatẽ (ſine præiudicio, tamen Archiepiſcopalis iuriſdictionis) corrigendi exceſſus per Canonicos, Portionarios, Beneficiatos & ſeruitores intra Eccleſias commiſſos, & mulctam pro eis imponendi.

33 Ad cuius † conſtitutionis declarationem ſciẽdum eſt, quod mandata iuriſdictione intelligitur mandata, & modica coercitio. *l. fin. D. de officio eius, l. Magiſtratibus. D. de iuriſdict. omn.* Et eo ipſo quod quis ſit Prælatus habet & modicam coercitionem, *vt infra q. 34. arg. 3. num. 25.* Modica autem coercitio non ſolum poteſt exerceri contra ſeruos, ſed & contra liberos, *vt docet Iaſſo in d. l. Magiſtratibus nu. 2.* Et dicitur modica coercitio, ſi attenta qualitate perſonæ communi opinione ſeueritatem non contineat. *l. final. vbi glo. C. ad Syllanian. Iaſſ. in d. l. Magiſtratibus num. 1.* Et hæc modica coercitio & poteſt eſſe verbalis & perſonalis. *Bart. in l. Imperium in vltimis gradibus meri imperij. D. de iuriſdict. Iaſſ. in d. l. Magiſtratibus n. 1. & manet cum hac opinione Decius in d. l. fin. D. de offi. eius. n. 3.* Et pœna pecuniaria, *vt Dec. d. n. 3. quem ſequitur Menochius de arbitrar. lib. 2. 5. n. 30. caſu 438.* Et ſolet vocari imperium mi- *...rthalus ſumta in d. l. Imperium. n. 11. quem ſequitur*

Leonar-

Leonardus ad Bullam Cœnæ lib. 2. Canon. 17. q. 3. num. 3. Baſſa autem iuriſdictio eſt eadem quæ minor iuriſdictio. *Barthol. in l. fin. num. 5. D. vti poſſid.* ſiue eſt eadem quæ pedanea iuriſdictio. *Marcus deciſ.* 201. *p.* 1. Modicum autem in quantitate pecuniaria, relinquitur arbitrio Iudicis, *Menoch. de arbitr. caſu.* 145. *num.* 9. ſicut & modica percuſio, *idem caſſu* 553. *num.* 7. & modicus locus *l. locus eſt.* 60. *vbi Rebuf. de verb. ſigni.* & modicum tempus, *l. ſi debitori D. de Iudic.* & modicum terræ. *l. ſed. & ſi. D. de Iudic.* & modica falſitas, *de qua Ric. p.* 3. *deciſ.* 328.

Deinde † ad declarationem eiuſdem conſtitutionis in illis verbis (mulctam pro eis imponendi) obſeruandum eſt mulctam hodie conſiſtere in pœna pecuniaria, *l.* 2. §. *fin. vbi Bartholus, & Barboſ. num.* 11. *D. de indicijs.* & licet de iure ciuili is ſolum poſſit mulctã indicere, qui publice indicium habeat, *vt Barth. in d.* §. *fin. num.* 28. *& Barboſa num.* 19. De iure tamen Canonico ex delegatione etiam is qui publice iudicium non habet poteſt mulctam indicere, *vt ex multis congerit Barboſa d.* §. *fin. num.* 94. *per text. in c. paſtoralis.* 28. *de offic. deleg.* 34

Iuriſdictio tamen † propria & ſtricta ſolet Capitulis competere, vel ex conſuetudine, vel ex præſcriptione, vel ex priuilegio, vt in Eccleſijs quibus Clemens VII. iuriſdictionale priuilegium conceſſit. *Eas re... ſet addit. ad Paponi. lib.* 1. *tit.* 3. *arreſ.* 3. *vt ponde... pra num.* 17. Idque probatur *ex hoc cap.* 5 ... 35

36 *reform.*† Cæteris autem in rebus, vbi hæc verba. Cæteris autem in rebus, Capituli iuriſdictio & poteſtas, ſi qua eis competit & bonorum adminiſtratio, ſalua & intacta omnino relinquatur, *vbi Barboſa num.* 25. refert declaraſſe Sacram Congregationem, hoc debere fieri iuxta conſuetudinem & ſtatuta hactenus obſeruata.

37 Ex his ſequitur Primo, † Capitulum poſſe indicere ceſſationem à diuinis. *cap. irrefragabili.* §. *cæterum de offi. ordin. cap. ſi Canonici. c. quamuis, eodem tit. in 6. tractat Menochius de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu.* 180. Dummodo Canonici ſint in tali conſuetudine & priuilegio, *vt obſeruat Imola in d.* §. *cæterum, n.* 18.

38 Secundò, ſequitur ad Capitulum ſpectare † nominationem exiſtentium in Pontificalibus tàm in Miſſa, quàm in Veſperis ſi eiuſdem Eccleſiæ ſit conſuetudo. *cap.* 12. *verſ. committantes de reforma. Seſſ.* 24. *vbi Farina.* §. *fin. Barboſa. num.* 43. *Marcilla lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 17. *lit. K. in fine.*

39 Tertiò ſequitur, vt Parochus † ſubſit Capitulo, in actibus concernentibus cultum diuinum, ſi ita habeat conſuetudo, *gloſ. ver. perceptionem in cap. irrefragabili de offi. ordin. quem ſequitur Rubeus apud Gratianum diſcept.* 298. *n.* 50. *p.* 2.

Non obſtant in contrarium à deducta argumenta [illegible]uibus diſtinguendo reſpondemus. An loquamur † [illegible]iſdictione propria & ordinaria & hæc ceſſante [illegible]tudine, præſcriptione, vel priuilegio, nullo

modo

modo Capitulis competit, *vt dixi ſupra num.* 17. *& num.* 35. Aut loquitur de iuriſdictione impropria & laxa, & hæc Capitulis competit, *vt ſupra num.* 19. *& num. ſequenti.*

Neque obſtat id quod diximus *ſupra num.* 10. quod Capitulum territorio caret, quia bene poteſt † eſſe 41 iuriſdictio ſine territorio. *cap.* 1. *de Relig. Dom. gloſ. verb. diuiſis in cap.* 1. *d.* x. *gloſ. ver. Diœceſim in clem. ne Romani. §. ſane de electione, Rota deciſ.* 324. *num.* 10. *par.* 1. *recentiſ.*

Non obſtat, id quod de ſuperioritate Decani † reſ- 42 pectu Capituli dicitur ſupra *num.* 14. quia aduertendum eſt Decanum Capituli Cathedralis ſe habere ad ipſum Capitulum hoc modo. Eſt caput Capituli in hunc effectum, vt eius ſit conuocatio, & in Capitulo habeat primam ſedem, non tamen eſt maior, ſed inferior toto Capitulo, *Nauarr. conſ.* 6. *num.* 5. *ad ſolutionem.* 2. *de offi. ordin. Sanchez de matrimon. par.* 3. *lib.* 8. *diſput.* 17. *num.* 36. Eſt & caput & quo ad alia de quibus infra quæſt. ſequenti num. 6. & 44. arg. 2. Circa coactionem vero Capituli aduertendum eſt, † quod 43 de iure coactio iſta ſpectat ad antiquiorem Canonicum, *Abb. in cap. in Geneſi. num.* 2. *de elect. Idem in c.* 2. *de his quæ fiunt à maior. par. Rebuffus de nomin. q.* 21. *n.* 6. *&* 8. dico infra. q. 34. n. 21.

Id quod de Decano dixi modo, confirmatur exē[illegible] Archiepiſcopi † cui eſt ſimiliter Synodi Prouin[illegible] coactio, & illi præeſt, in prima ſede, nō tamē eſt

Digitized by Google

Synodo congregata, *Nauarr. conſ. 6. num. 5. ad ſolutionem. 1. de maior. & obed.* & ab Archiepiſcopo appellatur ad ipſam Synodum, tanquam ab inferiori ad ſuperiorem *gl. ſchol. vlt. in cap. à collatione de appell. in 6. Hoſtienſis in cap. graue. 29. de præb. Cardin. in Clem. 1. § quod etiam in interdictis. num. 1. notab. 1. de ſent. excomun. vbi Ancharranus num. 4. notab. 5. quos refert & ſequitur Sanchez de matrimonio. par. 3. lib. 8. diſp. 17. num. 36.* Archiepiſcopus vero à Synodo puniri non poteſt, licet aliud in Decano à Capitulo puniendo dictũ ſit ſupra, num. 42. Quia Archiepiſcopalis dignitas præexcelentiori gradu eſt condecoranda. *d. c. graue vbi conſiderat Butrius num. 17. Panormi. 8. quos refert & ſequitur Sala de legibus q. 97. tracta. 14. diſpu. 20. ſectio. 4. num. 46.* Sed non ideo permittitur Archiepiſcopo diſpenſare in conſtitutione Synodi Prouincialis, vt vtrumque nouiſſimê multis authoritatibus confirmat Moneta *de commutat. cap. 5. num. 267.*

Plura huic congrua quæſtioni, ſequens ediſſerit.

Summaria Quæſtionis. 34.

PRima Dignitas poſt Pontificalem quæ ſit. num. 1.

Prælatio attenditur ex conſuetudine num. 2.

Archidiaconus de iure eſt prima Dignitas. n. 3.

ior, Præpoſitus, Decanus, Abbas, Archidiaconus, Archipresbiter, dicuntur Dignitates primæ poſt Pontificam. num. 4.

Præpo-

Præpoſiti, cur ſic vocentur. n. 5.

Decanus eſt caput Capituli,*n.6.& 44.Reparat collapſa,n.8. iudicat,n.11.ſucceſsit Archipresbytero,n.4.& 12.mo dicam iuriſdictionem cenſuris expedit,n.13.punit delinquentes in choro etiam Canonicos, n.14.*

Caput cæteris membris dat fomentum, n.7.

Vniuerſitas delinquit,ſi caput delinquit, n.9.& 43.

Rectore,& Conſiliarijs *condemnatis, Rector ſoluit dimidiũ pœnæ, n.10.*

Decanus compellit etiam Canonicos ad modeſte loquendum, & proceden. n.15. etiam in choro. nu. 16. eſt hoſtis Epiſcopi. n.19.

Cantor habet iuriſdictionem etiam in Canonicos.n.17.

Plebanus habet iuriſdictionem, n. 18.

Decanus ſedet primo loco, n.20. eſt Prælatus. n. 21. præcedit officialem, nu.22. inuigilat choro.n.23. Cognoſcit de punctatione. n. 24. recedit à choro ſine licentia. n. 26. Procuratorem ſignat ſine Capitulo. n. 27.

Dirimit votorum paritatem,n.28.recognoſcit monitoria legẽda.n.29. & 46. diſpenſat. n. 36. interdicit. nu. 37. viſitat.n.42.

Prælatus quilibet habet modicam coercitionem.n.25.

Decanus non nominat ſolus Commiſſarios.*n.30. Solus non aperit Epiſtolas. n.31. Capitularibus aſſurgit. n. 32. veniam petit receſſurus, num. 33. admonet, & refert Epiſcopo.n.34. Eius maioritas, vel minoritas pende à conſuetudine. n. 35.40.& 41.*

Decanus de Tudela multis prærogatiuis gau-

Archidiaconus de Birbieſca eſt ordinarius. num. 39.
Archidiaconus quando Vicarius Generalis. n. 45.
Conſtitutiones Synodales de recognoſcendis edictis reuocatæ, num. 47.
Delegatus procedit contra Epiſcopum turbantem. n. 48.

Quæſtio. XXXIIII.

An Decanus habeat iuriſdictionem in Capitulum, vel Præbendarios?

ANte omnia ſuppono, quod Dignitas maior,
1 ſeu prima † poſt Pontificalem dicitur illa, quæ non habet aliam Dignitatem ſuperiorem excepta Pontificali. *Farina. deciſ.* 886. *in recollectis ciuilibus, Ceremoniale lib.* 1. *cap.* 18. *Riccius reſolutio. practicab. cap.* 168. *num.* 4. Attenditur † autem maio-
2 ritas prælationis, non ſecundum ius, ſed ſecundum conſuetudinē. *Zabarella conſil.* 62. *n.* 1. *in principio, & in medio. Pariſ. de reſig. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 83. *Mantic. deciſ.* 175. *n.* 3. Prę alijs Cochier. *ad reg.* 3. *Cancell. à num.* 19.
3 vbi multa de Decanatu. Nam † de iure communi Archidiaconus eſt prima dignitas poſt Pontificalē, *Aretinus cōſ.* 23. *n.* 7. *verſ. quia de iure, Boer. deciſ.* 186. *n.* 5. *verſ. minimo Gramaticus deciſ.* 64. *num.* 19. *Additio ad Ludoui. deciſ.* 411. *num.* 5.

Deinde ſuppono † dicta de Decano in præſenti in ... petita de quolibet perſonatu, dum ſit prima ... Pōtificalem: nam & Prior Eccleſię Col

legialis

legialis vel ſæcularis, vel regularis æquiparatur Abbati. *Nauarr. conſ. 4. de maior & obed. num. 3.* Nec intereſt, quod primus iſte vocetur Archipræsbiter, quia & Archidiaconus ſucceſſit Archipræsbitero, *deciſ. 533. n. 5. p. 2. recentiſ.* Et Decanus Archipræsbiteri ſucceſſor eſt, *c. ad hæc. §. Archipræsbiteri de officio Archidiac. c. miniſteriũ de officio Archipræsbit. c. dudum de priuileg. Rota deciſ. 4. n. 1. de elect. deciſ. 17. de cõceſione præb. in nouis. d. deciſ. 533. n. 5.* vbi dicitur quod Archipræsbiter Decanus præſbiterorum eſt, *Moſconius de Maieſtat. Eccle. 1. c. 13. p. 1. Fabritius de beneſi. cum Dign. c. 4. num. 44. vbi additio litera R.* Nec intereſt, an appellatur Præpoſitus, nam & hic comparatur cum Decano. *c. nullus. cum ſeq. diſt. 60. Fabri. d. c. 4. n. 50.*

Et Præpoſiti † ſunt hi qui in Eccleſia regulari vocabantur Priores, & nunc ſæculares effecti adpellantur Prepoſiti, *Doctores, & gloſſa verb. Præpoſituras in c. 1. de conſuetud. in 6. & verb. Præpoſiti in c. 1. de ætat. & qualit. eodem libro. Coppinus de ſacra pol. 1. tit. 6. num. 13. Fabri. dict. cap. 4. num. 52. Petrus Gregor. Syntacm. lib. 15. p. 2. c. 18. num. 60.* Vbi Coppinus & Fabritius atteſtantur Præpoſitos, ſic vocari, qui ante nominabantur Priores, vt patiantur diminutionẽ nominis, ſicut paſſi ſunt, qualitatis & poteſtatis. 5

His ſuppoſitis, videtur dicẽdũ Decano incũbere iuriſdictionẽ aduerſus omnes Eccleſię cui eſt Præ Prębẽdarios. Primo, † quia eſt caput Capituli hac alma Sede, difficultate caret, *vt in B*

poſita poſt. q. 1. *n.* 71. Ius commune id ipſum de alijs Eccleſijs ſuadet, *vt legitur & notatur in c. cum inter vniuerſas,* 18. *de elect. c. poſt electionem de conceſſ. præb. l. non plures. C. de Sacroſ. Eccleſ. l.* 1. *&* 2. *C. de Decur. lib.* 12. *Rota deciſ.* 4. *de elect. & deciſ.* 17 *poſt med. de conceſ. præb. in nouis, & probat Suarez de legib lib.* 4 *c.* 6. *vbi Sala. q.* 95. *tract.* 14. *diſp.* 8. *ſect.* 16. *n.* 84. Et cum fictio naturā imitetur. *§. minorem inſt. de adop.* Decanus, vt cætera membra regat & gubernet, neceſſe eſt, cum in corpore naturali

7 membra à capite † fomentum, decorem & formam recipiant, & memoria, intellectus & voluntas capiti inhereant, in quo diuinæ pulchritudinis effigies eſt ſituata. *l. ſi quis in metallum. C. de pœnis. proſequitur Boerius de author. mag. conſil. n.* 18. quia caput, principale membrū eſt corporis. *l. cum in diuerſis. D. de religioſ. dixi ſupra. q.* 1.

8 *n.* 8. Et † ad Decanū tanquam ad caput Collegij ſpectat erigere collapſa, colligere ſparſa, & recuperare perdita, & deformia formare, *ad Rodericum Zamorenſem Epiſcopum, in ſpeculo vitæ humanæ lib.* 2. *c.* 13. Sicuti &

9 † patratum delictum à capite, patratum ab vniuerſitate cenſetur, *Tyberius Decianus conſil.* 10. *n.* 45. *lib.* 1. Quo-

10 modo hoc intelligatur dicam, *infr. n.* 43. Et Rectore † condemnato cum Conſiliariis ſuis ad aliquam ſummā dimidiā exſoluet Rector, & Cōſiliarij dimidiā. *l. quoniā* [illegible] *vbi Salizetus. C. de appel. & lib.* 1. *cōmunium. tit.* 24. *n.* 10. [illegible]undò, quia de iuriſdictione Decani † quā plures [illegible]ates atteſtantur. In primis de iure diuino Exo[illegible] nē ſic ſcribitur, & electis viris ſtrenuis

de

de cuncto Iſrael, conſtituit eos Principes populi Tribunos & Centuriones, & quinquegenarios & Decanos, qui iudicabant plebem omni tempore, quicquid autem grauius erat referebant ad eum, faciliora tantummodo indicantes, *quam authoritatē ad hoc propoſitum ponderat Rodericus in ſpeculo lib. 2. cap.* 13. Item probatur, quia Archipresbyteri † quibus Decani ſucceſerunt, *vt ſupra num.* 4. iuriſdictionem leuem exercent, *Panor. in cap. cum contingat. num. 28. & 29. de foro compet. & in cap. cum ab Eccleſiarum num. 9. de officio ordin.* voluntariam non contentioſam, *Cucus inſtit. maior. 2. cap. 11. num. 11. vbi tit. 12. à num. 6. docet.* Idem † de modica iuriſdictione Præpoſiti in Clericos Eccleſiæ ſuæ; quam cenſuris poteſt expedire, & quod Decani habeant iuriſdictionem ſaltim in minoribus, *probat Garcia de expenſis cap. 9. num. 5. & 6. tracta. tom. 17. folio* 204. Hæc iuriſdictio, & competit Decano, vt ſucceſſori Archidiaconi, *deciſ. 4. de elect. in nouis* ſiue tanquam Collegij Prælato. *deciſ. 9. de preb. in nouis*, imo & ordinaria cōpetit, vel vt Decano, vel vt Archidiaconi ſucceſori. *Speculator de offic. ordin. §. 1. quem ſequitur Mohedanus deciſ. 164. num. 4. & latius proſequitur Riccius Collectan. 1618. par. 5. glo. ver. iurgia. in. cap. perlectis. d.* 25. quam iuriſdictionem excomunicationis gladio poteſt communire, *vt notat Petrus Greg. in cap. conquærenti de offic. ordin. cap. 11. num. 14. & dixi de Præpoſito ſupra num. 5.*

12

13

Qui † in choro deliquerit etiam Canonicus præſidentis arbitrio diſtributione mulctatur, *vt ſanctus C*

rolus in actib. Eccleſiæ Mediolanen. par. 1. fol. 16. col. 4. *diffinit*. & id eſt quod dicitur, *in cap. 2. de offic. Archip.* quod Archipresbiteri poteſtate vtuntur in Cardinales Sacerdotes, *qui ſint iſti? Explicuimus ſupra quæſt. 1.*

15 *num.* 30. Tam † Archidiaconus, quam Decanus Canonicos modeſte procedere, ſuo tempore loqui, & vota proferre curat, & ſecus facientes à Capitulo eijcit & ſeruitij illius diei amiſſione caſtigat, *Anaſtaſius Germonius in ſuo Archiepiſcopali lib. 1. tit. 11. cap. vnico.* Ma-

16 le † legentes, negligenter cantantes, confabulantes, ridentes, aut irreuerenter in choro verſantes, denuntiante Cantore Decanus ſalutari pœnitentia cohibet. *Idem Anaſtaſius lib. 4. tit. 13. cap. 14. §. 1.* Rurſus Archipręsbiter ſummit informationes ſuper matrimonijs à forenſibus contrahendis de quibus in Tridentino *Seſ. 24. de reform. matrim. cap. 7.* Admonet ſuos Sacerdotes, vt muneri ſibi iniuncto ſatisfaciant, excitantes clamorem in choro, vt ab ſtrepitu deſiſtant, & minima expedit, quæ ab Epiſcopo ſunt ordinata, & quæ figuram Iudicij non requirunt. *Litta deciſ. 129. apud Farin. in crimin. par. 2.* & ſecundum conſtitutionem Synodalem huius Archiepiſcopatus alia exequitur, *de quibus ſupra quæſt. 33. num. 32.* Hæc eadem pars, corroboratior permanebit argumento ſumpto à minori ad maius, quod validum eſt in iure, *cap. cum in cunctis vbi gloſ. in princ. de elect. Eucrardus in locis legalibus cap. 15. num. 1.*

At Primicerius † ſeu Cantor iuriſdictionem exercent non ſolum in ſacrificulos hoc eſt inferioris gradus Clericos,

Digitized by Google

ricos,ſed & in Canonicos & Dignitates,*gloſ. in §. final. in pracmat. ſanct. tit. quomodo diui. offic. Chopinus de ſacra polit. tit. 3. num. 10. Fabricius in prax. de beneſit. cum Dignit. lib. 3. cap. 4. num. 56.* Immo † & Plebanus habet 18
iuriſdictionem cumulatiuam tàm in Clericos quàm in laicos. *cap. 3. cap. 4. vbi notat Innoc. do offic. ordin.* & quilibet Rector ius habet mulctam exigendi, *vt præſuponit ex Barthol. in l. 1. D. de albo ſcribendo, Marcus, deciſ. 805. par. 1. deciſ. 9. de præb. in nouis. Achilles deciſ. 8. de procurat.* ſimiliter & à † congruo quia congruit rationi, vt 19
Decanus iuriſdictione ſit munitus, qui *teſtimonio Roderici ſepra d. cap. 13.* ſi recte agat, Epiſcopo odioſus ſit, neceſſe eſt: adeô vt illius ſit hoſtis, ſi Collegij amicus eſſe cupit.

Tertiò quia hæc Dignitas, multis prærrogatiuis conmunitur, nam † primo loco, poſt Epiſcopum Decanus ſiuè præpoſitus exiſtit & prima poſt Pontificalem Dignitas appellatur, nam poſt Pontificalem maior & principalior cura, & Collegij adminiſtratio ei congruit, proximior eſt Epiſcopo Dignitate & honore, cui propinquior eſt Conſilio & aſſiſtentia, *vt Rodericus in dicto ſpeculo. lib. 2. cap. 13.* Dicitur † Prælatus 21
Collegij, *deciſ. 9. de prabendis. in nouis.* Ad Decanum ſpectat Capitulum congregare, *eo modo quo dixi ſupra q. 33. num. 43. & probat. l. 2. C. de decurion, vbi notat Bartho. & Curia Piſana lib. 1. cap. 2. nu. 3. vbi additio lit. a.* in tantum vt ſine eo Capitulum congregari non poſſit. *l. nulli. D. quod cuiuſque Vniuerſit. l. 1. D. de*

cretis ab ordin. notant Doctores in c. 1. de Syndic. & Curia Pi
22 *ſana lib. 1. c. 8. n. 1.* Præpoſitus † Eccleſię Collegiatæ officialem foraneum præcedit, *Riccius in praxi deciſ.* 577. Decanus habet præheminentiam. *Mohed. deciſ.* 164. Et habet aſſiſtentiam iuris communis præheminendi alijs Præsbyteris Eccleſię. *Puteus deciſ.* 210. *lib.* 3. *n.* 2.
23 Inuigilat † ſuper proſecutione diuini officij, & diſciplina chori. *Concilium Baſilienſe. Seſſ.* 21 *tit. quomodo diuina offi. ſint celebr. quod allegatur à Rota deciſ.* 533. *p.* 2. *rec. n.* 5. Tempus horarum pſallendarum, & alia inferiora miniſteria deſignat. *Clem.* 1. *de celebr. miſ. vbi Vitalin. n.* 63. *Zabarel. n.* 4. §. 1. Indicit ſilentium in choro, etiam ſi alius acquiſiuerit huiuſmodi facultatem, quia cenſetur acquiſiſſe cumulatiuè. *d. deciſ.* 533. *n.* 1. & 2. Cog-
24 noſcit, † an quis ſit bene, vel male punctatus? *Rota deciſ.* 432. *p.* 3. *diuerſ. Alex. Ludo. variar. lib.* 1. *c.* 67. Adſcribitur inter inferiores Prælatos. *dec.* 9. *de præb. in nouis.*
25 *Achill. deciſ.* 8. *de procurat.* Et quilibet Prælatus † modicam coercitionem habet, vt compellat pro conſuetis Eccleſię ſeruitijs præſtandis. *Bald. vol.* 1. *conſil.* 130. *n.*
26 2. *in fine.* Receſurus à choro † non licentiam poſtulat à Punctatore, *vt de Præpoſito docet Ricc. in praxi. deciſ.* 583.
27 Non eſt priuata perſona, ſed Prælatus, & † Procurator ab eo conſtitutus contra Epiſcopum in cauſa Capituli cenſetur bene conſtitutus. *Achilles. d. deciſ.* 8. *de Procur.* Præſidis † ſuffragium dirimit paritatem votorum, *vt de Senatu Delphinatus probat Franciſ. Marc. de-ciſ. lib.* 1. & *lib.* 2. *deciſ.* 295. *De Senatu Neapolitano*

Franch.

Franc. deciſ. 252. p. 2. n. 2. De Luſitano Gamma. deciſ. 1. n.
12. De Pedemontano Theſaurus Dec. 1. n. 5. De omni Senatu,
idem Theſaurus. d. deciſ. 1. n. 8. in fine. Recognoſcit † lite- 29
ras, ſiue Apoſtolicas, ſiue ordinarias, in Cathedra,
vulgo pulpito legendas in hac alma Metropolitana
Sede, *vt in conſtitut. Synodal. cap. vnic. de exceſſ. Præl. fol.*
97. ſed de hoc infra n. 46.

Attento tamen iure communi, quæſtio noſtra negatiuè reſoluenda eſt, quia vrbs, orbe non maior eſt, *vt argumentatur D. Hieronymus in c. legimus. d. 93.* Sed Capitulum iuriſdictione caret, *vt oſtendi ſupra q. 33. n.*
17. Ergo, & Decanus. Hinc eſt, vt Decanus prohibea-
tur ſolus † nominare Commiſſarios, *argumento eorum* 30
quæ tradit Ioannes de Platea. in l. quid extra ordinarium. C.
de legation. lib. 10. & alij quos ſequitur Bobadilla in politica
lib. 3. c. 8. n. 67. Hinc † etiam eſt vt prohibeatur & ape- 31
rire Epiſtolas ſine Capitulo. Ideoque nulla fuit adhibita fides Epiſtolæ quam Tyberius ſine Senatu aperuit à Pilato miſſę de Chriſti Domini noſtri vita, Paſſione, & Reſurrectione. *D. Antoninus in Hiſtoria. tit. 6. c. 12. §. 1. Bobadilla lib. 3. politic. c. 7. n. 68. Baronius vbi & Spondanus in Annalibus anno Chriſti 34. Tyberij. 18. n. 63.*

In hac autẽ Sede Cæſaraug. quatuor adhibitis Capitularibus Epiſtolas non Regias aperire permititur,
vt 4. p. ſtatut. c. 6. Hinc & eſt † vt Capitularibus ſuis 3[2]
aſſurrectionem debeat. *Argumento Capituli eſto ſubiectus d. 95. docet Curia Piſana lib. 2. c. 3.* Vt exiens † à choro etiã pro re communi veniam petat. *Anaſtaſius G*

nius,in ſuo Archiepiſcopali lib. 3. c.6.§.2.S.Carolus in actibus Eccleſiæ Mediol. fol. 16. col.4.

34 Secundo, quia & † Archipresbyteri prohibentur cohercere & pœnam iniungere ſibi inobedientibus in officio,ſed permittuntur dumtaxat, admonere Clericos,vt muneri ſuo ſatisfaciant, quod ſi non fecerint Epiſcopo referre. *Ancharranus in clem.1.de præb.n. 1.in fine, & alij Canoniſtæ in c. 1.& 3.de offi.Archipresb.quos refert & ſequitur Rota apud Farin.in crimin.2.p.deciſ.*129. Et ſi aliquãdo Decanus iuriſdictionem obtineret, hęc iuriſdictio intelligeretur data cumulatiue cum ordinario, *vt neruoſe defendit Burſatus conſil.391.n.10.lib.4.*

35 Tertio,quia hoc ipſum multis authoritatibus confirmatur in quibus dicitur,Decani † prærogatiuas cõſiſtere in ſola prælatione quadam ſeu iure ſedendi inter primos; & aliquando cenſeri vt perſonatum, aliquando vt dignitatem *ad notata per Copinum de ſacr.polit. lib.1.tit.1.nu.17. Antonium Fabritium in praxi de benefi. cum dignit.c.4.n.45.* In quo multum præſtat conſuetudo, *ad gloſ. ver. Decanus in prag. tit. quomodo, diuin.offi.ſit celeb.§.ſuper his,deciſ.4.n.3.de electio. deciſ.9.de præb. dec. 17. de conceſſ.præb. in nou.* Idem dicitur de Abbate circa punitionem Capellanorum, *deciſ.717.apud Farina. in recolec. ciu.*

36 Vnde nonnulli Decani,† diſpenſant circa celebrationem nuptiarum extra tempora; *Coppinus ſup.lib.2.tit. -.n.6. & 47.Fabri. d. c.4.n.* 47. In quo aduertendum ·ocunque tempore poſſe matrimonium contra-

hi

hi corã Parocho,ſed nuptiarum ſolẽnitates,conuiuia, traductiones ad domũ, & carnalẽ copulam prohiberi certis tẽporibus.*c.10.Seſ.24.de refor.matri.vbi ſcribentes referunt ſic Sacrã Congregationẽ declaraſſe.*Et nonnulli De
cani poſſunt † interdicere. *c. dilecti de appella. notat In-* 37
noc. in c. irrefragab. de offi. ord.n.4. Alij punire poſſunt, *deciſ. 2. de præſc.in nouis*,& alij alijs præheminẽtijs gau-
dent,*Mohedanus deciſ.* 164.Exemplum † ſit in Decano 38
Eccleſiæ Collegiatæ de Tudela irregularibus præheminentijs communito, *vt Farina.in recollectis ciuili. de-
ciſ.* 709. Item in Archidiacono † de Birbieſca Sedis 39
Burgen. qui venit appellatione ordinarij in cauſis ciuilibus, criminalibus,& matrimonialibus,*vt Coccinus deciſ.* 346. *num.* 1.

Non obſtãt ſuperius allegata,quia reſp.in iuriſdictione Decani principaliter eſſe attendendam conſuetudi
nẽ, *dixi ſupra fund.3.n.35.*Et ideõ † aliquando eſt ma- 40
ior,& aliquando minor, *vt de Præpoſito atteſtatur Rota deciſ.4.num.5.de electione in nouis.*Hinc fit vt Archipreſbyter per poſſeſſionem decem annorum poſſit acquirere iuriſdictionem iniungendi Canonicis curam animarum ſub cenſuris. *Mart. deciſ. 177. in votis Piſanis.*
Et è conuerſo Decanatus † ſæpe non ſonat in nomen 41
Dignitatis,ſed in ſimplicis beneficij,*deciſ.17.de præb.in nouis.* Aliquando in ſimplicis Perſonatus quandoque in Dignitatis,& aliquando nullã habet vmbram Prælaturæ. *Coppinus de ſacra politia lib.1.tit.1.n.17. Antonius Fabritius in praxi de benef.cum Dignit.c.4 n.41.& dec*

de præb.in nouis. Et aliquando diuerſis gaudent prærogatiuis, *quas recenſui ſupra fundamento* 3. *n.* 15.

42 Nam & multis Decanis viſitatio † & punitio inferiorum competit ex conſuetudine. *c.* 2. *Seſ.* 24. *de reform.vbi Altamiranus n.* 27.*fol.* 128. quos ſemel legitimè correctos & punitos Epiſcopus denuo corrigere & punire prohibetur ſuper eodem, *vt Sacram Congregationem declaraſſe refert Guillemart ad Trid.Seſſ.6.c.* 4.*in prætermiſſis, & diximus vberius ſupra q.* 27.*num.* 22. Et

43 quod † ſupra diximus. *num.9.*vt factum à capite, cenſeatur factum ab vniuerſitate, intelligitur ſi cõſuetudo ita ſe habeat à qua non eſt recedendum. *Zephalus conſil.* 328. *à num.*41.*lib.*3.*quem refert & ſequitur additio ad Magonium deciſ.Luc.* 72.*litera A.* Et quod ſupra diximus de punitione Capellanorum Abbati competenti.*num.* 4. intelligitur ſtante conſuetudine immemoriali, vel priuilegio. *Farina.in recollectis ciuil.deciſ.*717.

44 Illud vero, † quod dicitur Decanum eſſe caput Capituli, *vt num.6.* intelligitur, quo ad minora & ſingularia, quæ poſſunt Decanus & Capitulum ſtatuere ſine Epiſcopo, nam quo ad vniuerſa, & maxime quo ad maiora Epiſcopus caput eſt. *c. nouit. de his quæ fiunt. Suar. de legib.lib.4.c.6.num.* 11. *vbi Sala tract.* 14. *q.* 95.

45 *diſp.*8.*ſect.*16.*n.*84.Et quando Archidiaconus † iudicabat Clericos. *c.perlectis diſt.* 25. hoc faciebat nomine Epiſcopi, cuius erat Vicarius Generalis.*c.*1.*de offi. Archidiac.*Et ab ipſo prolibito reuocari poterat. *Præin dicto. c.perlectis.n.*32.*argumento tex.in l. iudicium ſoluitur.*

ſoluitur. D. de Iudit. vbi refert Barboſa in l. 1. *artic.* 3. *num.* 221.

Sed diſputandum eſt de prærogatiua Decani ſedis Cæſaraug. ſiue Præſidis, in recognoſcendo edicta ſiue monitoria in Cathedra Vulgo, Pulpito, Legenda. *Ad dicta ſupra num.* 29. In qua quæſtione, eadem qua ſemper ſimplicitate ſententiam meam explanabo. Non mouebor ad aliter ſcribendum tanquam ſedis ipſius Canonicus, nec tanquam Officialis principalis, & Vicarius Generalis Domini mei D. Petri Gonçalez de Mẽdoza, nunc Archiepiſcopi Cæſaraug. ſed ad Seguntinen. Eccleſiam tranſlati. Prætenditur ergo hæc facultas à Capitulo Cæſaraug. ex conſuetudine vetuſta. Et cum die 18. Auguſti de anno 1619. Dominus meus mandauiſſet publicare literas quarundam indulgentiarum, & eius miniſter veniam poſtulaſſet à Decano, iſto renuente licentiam concedere, ſuo inconſulto Capitulo, non ſpectato conſultationis fine & Capituli aſſenſu. D. D. Petrus de Molina tunc Vicarius Generalis ipſemet Cathedram animoſe conſcendit, & indulgentias publicauit, & licet cauſam coram. R. P. D. Vbaldo pendenti, teſtes pro Capitulo examinati, ſatis probent conſuetudinem memoriam hominum excendentem de venia legendi à Capituli Prȩſide poſtulari conſueta, nil tamen de facultati prohibendi lectionem edictorum.

Nec id videtur rationi † conſonum, nam hæc ctorum examinatio & lectionis prohibitio quæ

tis Diæceſibus de anno cIↄ. Iↄ. xv. & auctoritate Vrbani VI. & de hoc Archiepiſcopatu conſtat ex Synodo, illo anno, celebrata per Alfonſum ſuum Archiepiſcopum, vt in conſtitutionibus Synodalibus, *de exceſſibus Prælatorum cap. vnico. fol. 97.* fuit reuocata per Leonem X. *de anno* cIↄ. Iↄ. *xviij. vt cōſtat ex Bullario conſtit.* 30. §. 3. *thom.* 1. quæ reuocatio fuerat introducta à Bonifatio IX. *in Leonina conſtitutione relato. & à Martino V. conſtit. 2. par. 1. pag. 250. & à Gregorio XIII. conſtit. 19. par. 2. & Paulo V. conſtit. 41. §. 14. vbi Laertius Cherubinus ſatis id explicat & diſertè Cōcanonicus meus Antonius Atrian pro Mareca fol. 39. in Regal. 6.* & in hac alma ſede non eſt veroſimile talem licentiam ſaltim propriam, quæ poſſit concedi & denegari, *ad Panormit. in cap. tuæ fraternitatis. num. 3. de Cleric. non reſid. per tex. ibi.* Prȩſidenti fuiſſe permiſſam. Ex ſequentibus coniecturis, in primis quia nec conſtitutio Synodalis iam reuocata, vt modo dixi loquitur de Prȩſidibus Eccleſiarum, ſed de Vicario Generali vel Offitiali principali. Itē quia ſi Prȩſes, talem dandi licentiam propriam acquiſiuiſſet immemoriali vſu, quomodo, tanto tēpore nō occurrit alicuius edicti publicatio digna licētiæ denegatione? Deinde ſi Prȩſidis arbitrio cōceſſio, vel denegatio fuit relicta, cur die illa 18. Auguſti, Decanus ad conſilium Capituli, recurſum habuit? Rurquia inueroſimile videtur Iudices Apoſtolicos, a quos & huiuſmodi maieſtas prætenditur, ſilicentiæ denegationi, eſſe ſubiectos, de quibus

Iure

Iure cautum eſt, poſſe † ſuam iuriſdictionem contra 48
quoſcumque turbantes defendere, etiam contra ipſum Epiſcopũ. *Lelius Zechius de rep. Eccl. c. 22. n. 6. pag.* 207. quod ſi Epiſcopus, qui eſt caput Capituli, *vt ſupra n.* 44. turbare nõ poteſt; quãto minus Preſes Capituli.

Quæſtio Vltima.

De fonte ex quo harum quæſtionum reſolutio congeſta fuit, ideſt

De Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ.

Quæſtio iſta decem ſupra vnum. §§. continebit.

Primus de Origine.
II. De Nomine.
III. De Natione.
IIII. De Numero.
V. De Qualitate.
VI. De Præſtantia.
VII. De Priuilegijs.
VIII. De Iuriſdictione.
IX. De Deciſ.
X. De Styllo.
XI. De Salario.

§. Primus de Origine.

OLim ex toto terrarum orbe nedum Eccleſiaſticæ, ſed & profanæ & nedum priuatorũ, ſed etiam Principum & Regum ad Summũ Pontificem deferebantur etiam ſponte, & quo venientibus facilior ad Pontificem aditus pateret, ei

Digitized by Google

celebrandas Miſſas perageret, obuiam fiebant; quo tempore habebat ſecum nonnullos inſignes, ac eximios Iuriſconſultos, qui in Capella diuinis inſeruiebant, & inde Capellanorum nomen habebant. Papa igitur his adſtantibus cauſas committebat, & hi ſunt qui hodie vocantur Auditores Rotæ, *vt Veſtrius in Praxi lib. 2.c.17.n. 1. Zechius de rep. Eccleſiaſtica. cap. 11. Scatia de iudicijs lib. 1.c.26.pag. 50.n. 1.* De his creditur eſſe ſubrogatos in locum eorum, qui erant in Aula Lateranen. quorum octo erant de numero minorum, & quatuor de ordine maiorum, *vt Vantius de nullit. ex defectu iuriſdictionis n 41.* Quô reſpexit Ludouicus Gomez *in prohemio regular. §. nam ſatis.* dicens, Sacræ Rotæ Auditores duplici, Primo & ſecundo gradu diſtingui ſolitos, nam Iudex aquo, Auditor gradus primi, & Iudex ad quem Auditor gradus ſecundi appellabatur, *proſequimur ſub q. 33. n. 2. & 3.* De his intelligendũ eſt quod dicitur *deciſ. 24. de ſent. excom. in antiquis.* Auditorem ſecundæ inſtantiæ non debere abſoluere excommunicatum, per Auditorem primæ inſtantiæ, ſi ritè & rectè eſt excommunicatus. De his intelligitur, deciſio Faſtoli *dub. 42. caſu. 21. n. 1.* in illis verbis. Demũ communiter omnes alij Auditores primi gradus concordant, *proſequitur Marta de Tribunalibus c. 13. n. 5.*

§. II. De Nomine.

Illud in primis obſeruandum eſt Auditorem dici, ...ticulus alicuius cauſæ committitur audiẽdus & exa-

& examinandus, *c. ſuper quæſtionum, §. verum cum totum de offi. deleg. Zabarel in clem. Auditor de reſcrip. n.* 4. Auditor eſt in duplici differentia, alius conſtitutus à ſuperiori, vt Papa, Imperatore, Rege, alius ab inferiori, *vt proſequitur Zabarella in d. clem. Auditor num. 6. l. præcipimus, verſ. quod ſi à Duce. C. de appellat.* Auditor deputatur à Papa, vno ex quatuor modis, vel Auditor Cameræ, *de cuius iuriſdictione præheminentia, & authoritate Salluſtius in praxi A. C. per totum librum, Veſtrius in praxi lib. 2. cap. 4. Flores variarum lib. 1. quæſt. 12.* Vel Auditor contradictarum, *de quo Hoſtienſis in ſumma in princ. de offic. ordin.* De modo procedendi per contra dictas, ante alios eſt conſulendus Veſtrius *in praxi lib. 1. cap. 5. à num. 5. Tuſchus lit. A. concluſ. 552.* Alius dicitur Auditor Maiorum cauſarum, hic ſolet eſſe Cardinalis *gloſ. ver. deputatus à nobis in clement. Auditor de reſcrip. Franc. Marc. quæſt. 348. num 3. par. 1.* Alius dicitur Auditor Romanæ Curię de quo ſermo noſter eſt inſtitutus. Ideô autem additur Romanæ, quia & multa alia Rotæ Auditoria ſunt, vt Bononienſis quam inſtituit Paulus III. *conſtit. 4. thom. 1.* Mazeratenſis, quam inſtituit Sixtus V. *conſt. 94. thom. 2.* Et Ferrarienſis, quam inſtituit Clemens VIII. *conſti. 59. tho. 3.* Appellantur Rotę Auditores, ea forſam ratione quod in orbem ſedentes controuerſias rotant, ac examinant, *Scacia de Iudit. cap. 26. num. 1. pag. 50.* Appellantur Capellani, *vt ſup. cap. 1.* Auditores Papæ, *Tuſchus lit. A. concl. 553. num. 7.* Cauſarum Sacri Palatij A-

ditores, *vt Bellamera in illo celebri conſil.40.in princ. Gratian. diſcept. 573.num. 45.* Domini Auditores, *Bellam. dic. conſ.40. num. 42. in fi.* Et vocantur Magiſtri à Romano Pontifice, quos miniſtrandæ iuſtitię præfecit, *Mandoſius ſup. gl. facultatum, §. Magiſter fol.41.*

§. III. De Natione.

AVditores Rotę deſumuntur ex diuerſis gentibus & in gratiam Principum illarum iuxta illud Exodi. *cap.18.* vbi Deus dixit Moyſi, Prouide autem de omni plebe viros prouidos. Ita ex Hiſpania duo, ex Gallia vnus, ex Venetia vnus, ex Romania tres, ex Peruſio vnus, ex Bononia vnus, ex Germania vnus, ex Ferraria vnus, & ex Mediolano vnus, *vt Marthesanus de commißion. in fine principij.*

Circa Hiſpanos notandum eſt, *cum Mandoſio reg. 20. quæſt.1. num.16. fol.134.* Quod vnus ex Caſtella, & vnus ex Regno Aragonum deſumitur, & obſerua quod non dixit ex Regnis, ſed ex Regno. Nec eſt neceſſarium vt vna vice ex prouincia Valentię, Cathalonię altera vice, & Aragonię altera vice deſumatur, quia Supremus Regni Aragonum Senatus, me ab illo in Auditorem Sacrę Rotę primo gradu, & nemine ex Dominis diſcrepante ſemel & iterum Regi noſtro propoſito, de anno CIↃ. IↃC. XXIIj. Cenſuit eum poſſe eligi, qui ſit ex Regnis Aragonum non habito reſpectu ad alternatiuam, quod fœlici electioni maxi-

maxime eſſet nocibile, quia coarctaretur ad paucio-res, *ad deciſ.65.nu.7. par.1.Recentiſ.* Et caſus eſſet contingibilis, vt præſtantior ad illud Tribunal reperiretur in vno Regno, tali vice, qua Regnum illud eſſet excluſum.

§. IIII. De Numero.

PAulus Caſtren. *conſ. ſuo* 282. *lib.* 1. *quem refert & ſequitur Tuſchus lit. A. concluſ.* 553. Meminit quinque Auditorum dumtaxat. Duodecim vero fuiſſe Auditores & colligitur ex Vantio *de nullitate ex defectu iuriſdict. num.* 41. Et Franciſco Burſato. *conſil.* 392. *num.* 23. *tho.* 4. Vbi ſic ſcribit. Duodecim viri morum candore, eminentique ſcientia præexcellentes deputantur, qui vice Papæ viuentis, cauſas audiant & tanquã lucernæ ſupra montem poſitæ vniuerſo orbi iura reddant. Hunc numerum hodie eſſe ſtatutum colligitur ex traditis ſupra *cap.* 3. De Cardinalibus etiam dicebatur, quod ad inſtar Apoſtolorum erant duodecim; *vt Veſtrius lib.* 1. *prax. cap.* 1. *num.* 1. *vbi Grauatus nu.* 9. Tempore Faſtoli erant Auditores viginti ſupra vnũ, *vt Faſtolus in deciſ. dubio.* 15. *cauſa.* 5. Tempore Egidij Bellamera quatuor ſupra decem Auditorum mentio fit, *vt refert Rota deciſ.* 475. *nu.* 6. *par.* 1. *Recentiſ.* Tempore Sixti IIII. erant quatuordecim, & poſtea ad duodenarium numerum per eundem Pontificem ſunt redacti, *vt conſti.* 2. §. 3. *pag.* 333. *par.* 2.

Digitized by Google

§. V. De Qualitate.

ELigendi in Auditores Sacri Palatij Apoſtolici debent eſſe Doctores famoſi, & quod poſt Doctoratum per triennium in eo ſaltim legerint, vitæ integritate, honeſtate, & alijs virtutibus commendati, & ijdem habeant bonum teſtimonium & in bonis ſal tim ducentos florenos aureos de Camera annuos in beneficijs, vel bonis Patrimonialibus in portatis de quibus valeat ipſe in Curia ſuſtentari, *Sic ſtatuit Martinus V. conſtit.* 3. §. 14. *par.* 1. Decanus Rotę de præmiſſis inquirit, & Vicecancellario refert & Vicecancellarius Papę, *vt in d. Martiniana conſt.* 3. §. 15. Præuia inquiſitione & vera reputata, Vicecancellarius & qua tuor Auditores eligendo decretalem, vel legem ſi fue rit Canoniſta, vel Legiſta pro repetitione intra menſem facienda aſſignant, qui omnibus arguere volentibus reſpondere tenētur, *vt in eadē conſtit.* 3. §. 16. Si in repetitione taliter ſe geſſerint, vt merito ſint cōmēda tus ex relatione Auditorum, Aduocatorum & Notariorum à Vicecancellario admittitur, *vt in eadem conſtit.* §. 17. *proſequitur Zequius de rep. Eccleſiaſt. c.* 11. *fol.* 189. Iſti appellantur Auditorandi & ſolent reprobari, vt de duobus atteſtatur Ludouicus Gomez *reg. de triennali quæſt.* 10. §. 1. Et de Philippo Decio ad Auditoratum mandatum habente, excluſo à loco, quia eſſet baſtardus, obſeruat idē Gomez *de triēnali. q.* 2. §. *& quod regula in fine, repetit Lupi de illegitimis cōment.* 1. §. 3. *n.* 35.

Amatis

Amatis *deciſ.* 52. *nu.* 20. Agens de Rota Marchiæ,ſeu Maceratenſi, hæc verba ſcripta reliquit. Statuimus, mandamus,& ordinamus, quod dicti Auditores debeant eſſe Iuris vtriuſque Doctores excellentes, ac inſignes vſu & peritia iudicandi præſtantes,Clerici,& non vxorati,qui in eadem ciuitate Mazeraten. per integri anni ſpatium cum eorum familia non habitauerint. Auditor datus licet non ſit Sacerdos,ſi tamen eſt in ætate, vt ſtatim in Sacerdotem poſſit promoueri, id ſufficit *Rota deciſ.* 269. *lib.* 2. *num.* 3. *&* *deciſ.* 347. *n.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.*

§. VI. De Præſtantia.

ROta Romana venit immittanda tanquam omnium Iuriſconſultorum auriga & Magiſtra Iuriſque lucerna totum illuminans orbem, *Viuius deciſ.* 486. *num.* 13. *lib.* 3. In hoc auditorio cuncta ad doctrinam, prudentiam, integritatem, ac ſanctitatem attinentia ineſſe videntur. Hoc auditorium virtutis quoddam monumentum vocari iure poteſt. Huius auditorij tanta eſt iuriſperitia, tàm inſigne iudicium, adeo publica authoritas incredibiliſque grauitas, vt quod in controuerſijs deciditur, tanquam ex oraculo dictum in omne æuum credatur. Si quis dicat, ſic Rota definiuit, pro eodem reputatur vt olim. Pytagoras dixit. *Proſequuntur ante alios Grauatus ad Veſtrium cap.* 17. *num.* 3. *Gomez ad regul. Cancellar. in*

quæſt. 1. *verſic. non tamen ſilentio præteribo, cap. de ordin & offi. Prothonotar. Mandoſius de commiſ. cap.* 3. *§. attenta fol.* 16. *Marta de tribunalib. cap.* 3. *num.* 4. *fol.* 32. *Garcia de beneſi. in fine proemij.* Auditores Præfectis Prætorio æquiparantur, *vt Marius Salamonius cenſuit in l.* 1. *D. de offi. Præfecti Prætorio, quem refert Grauat. ad Veſtrium lib.* 2. *cap.* 17. *num. fin.* Sed hæc æquiparatio poteſt ſuſtineri quo ad hoc, nam ſicut à Præfectis Prætorio appellari non poterat, *vt docet Cato Papienſis in rub. de Senat. num.* 7. *vol.* 1. *Repetit.* Sic nec ab Auditoribus Rotæ. Quo ad alia vero hæc æquiparatio, non iure procedit, propter incredibiles Præfectorum prerogatiuas de quibus idem Grauat. *ad Veſtrium. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. Auditores Rotę dicuntur: Egregię perſonæ, *de quibus in l. ad perſonas. D. de iure iur. deciſ.* 7. *de teſtibus in nouis, notat Ludouicus Gomez in cap. mulieres num.* 47. *de iure iur. in* 6. Si Auditores ſint Epiſcopi, non ſedent præſtantiori loco quam ſi ſimpliciter eſſent Auditores. *Seraphinus deciſ.* 716. *n.* 15. *& faciunt quæ diximus ſup q.* 22. *n.* 22. Verumtamen eſt quod Auditorum Romanæ Curię officium vacat per promotionem ad Eccleſias Cathedrales, *Innocen. VIII. conſt.* 6. *p.* 1. *pag.* 378. Præferuntur alijs Iudicibus, *Ioſephus Ludouicus deciſ. Lucenſi.* 3. *n.* 51. Auditori dicenti de ordine ſanctiſſimi procedere credendũ eſt, *Marches. de derogat. fer. p.* 3. §. *num.* 96. *pag.* 391. Sicut & Auditori. C. creditur, ſi lit quatuor auditis terminis ad declarationem alis. *Puteus deciſ.* 5. *n.* 3. *lib.* 3.

§. VII.

§. VII. De Priuilegijs.

IN primis eſt obſeruandum, multa priuilegia Sacræ Rotæ Auditoribus eſſe conceſſa ob publicam vtilitatem, *Romanus conſilio* 136. *vbi Mandoſius lit. E.* quibus non cẽſetur derogatũ, niſi eorum particnlaris mẽtio fiat, *Flaminius Pariſius de reſignat. benefi. lib.* 12. *q.* 14. *n.* 9. In primis vt beneficia regularia & ſæcularia ſimul & diſiunctim, & in titulum & in commendam, cum cura, vel ſine cura, in inferioribus, vel in maioribus Eccleſijs ſub diuerſis, vel ſub eiſdem tectis retinere valeant, *vt patet in conſtit.* 13. *Clem.* 7. *p.* 1. *Bullarij pag.* 577. §. 2. Hoc priuilegium declaratur, *in eadem conſtitut.* 13. §. 21. vt intelligatur. Saluo debito beneficiorum ſeruitio, & quod beneficia incompatibilia intra annum, cum alijs beneficijs permutent, vel ceſſante incompatibilitate in ſuam vtilitatem conuertant. Secundum eſt, quod Auditores ad hanc beneficiorum retentionem in omnibus orbis prouincijs naturales exiſtant, *vt dict. conſtitut.* 13. §. 2. *circa finem.* Tertium, vt intra ſeptenium ordines beneficijs annexos recipere non compellantur. *dict.* §. 2. *in fine.* Quartum, vt poſſint abſoluere à caſibus reſeruatis, *vt dict. conſtit.* 13. §. 3. Quintum, vt poſſint teſtari etiam de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, *vt dict. conſtitutio.* 13. §. 4. *&* §. 24. Sextum, vt poſſint reſignare, vel permutare quæcumque beneficia, vel coram Ordinarijs, vel coram Canonicis Cathed

Eccleſiarum,vel coram perſonis in dignitate conſtitutis,*vt d. conſt.* 13.§.5. Septimum,vt in omnibus etiam curatis beneficijs habeantur abſentes pro reſidentibus quo ad omnes fructus, diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, *vt d. conſt.* 13.§.6. quod vero & in abſentia quotidianas diſtributiones percipiant multi ſentiunt Doctores. *Zechius de rep. Eccleſ. cap.*11.*Barboſa in remiſsionibus ad Trident. Seſ.* 24. *cap.* 12. *de refor.* §. *octauus caſus. Riccius. p.* 3. *reſolutio.* 391. Octauum vt poſſint cum vno vel duobus ſocijs anticipatè,vel poſticipatè horas Canonicas recitare, *vt d. conſti.* 13. §. 7. niſi interſint diuinis officijs aliquarum Eccleſiarũ quarum morem ſequi debent, *vt. d. conſt.* 13. §. 25. Nonum,vt poſſint eligere confeſſorem qui quottannis vel in articulo mortis præterquam in certis caſſibus à culpa & à pœna eos poſſit abſoluere, & vota cõmutare (exceptis tribus votis) *vt d. conſt.* 13. §. 8. At electio confeſſarij permittitur ſeruato tenorequem præſcripſit Clemens. VIII. *ſua conſti.*. 115.§.9.*pag.* 165.*part.* 3. Decimum vt paſſint habere Altare portatile Miſſaſque celebrare paulisper antequam dies eluceſcat, & tempore interdicti coram ſuis domeſticis & ſex amicis, *vt d. conſt.* 13. §. 9. *vbi.* §. 23. illud de celebratione ante lucem,declaratur, quod ſic celebretur vt immoletur Chriſtus in luce qui eſt candor lucis æternæ. Vndecim, vt ſtationum Indulgentias conſequantnr, pro- vel alienam Capellam viſitando, *vt d. conſt.* 13. Duodecimum eis & eorum familiaribus vſus

lacticinij

dicinij & ouium ſemper eſt permiſſus, *d. conſt.* 13. §. 1. Decimumtertium vt expectatiuas gratias expediẽdas & non impediendas reſeruationibus generalibus ad tres collationes conſequi poſſint. *d. conſt.* 13. §. 12. & §. 14. vbi de expedita gratis facienda & quod in expectatiuis alijs preferantur, ſiue iam Auditores, ſiue antequam Auditores fuerint, eas obtinuerint. *Tuſcus lit. d. concluſ.* 553. *num.* 2. 3. & 4. *Creſcent. deciſ.* 10. *de Priuilegijs.* Decimumquartum quod non teneantur regula de publicandis reſignationibus, & quod habeantur tanquam veri & non ficti familiares Palatij *d. conſt.* 13. §. 13. Decimumquintum vt ſint exempti à iuriſdictione ordinaria. *d. conſt.* 13. §. 15. Decimumſextum, vt ſint exempti à decimis & gabellis, *d. conſt.* 13. §. 16. Hæc Priuilegia fuerunt confirmata à Paulo III. *conſt.* 12. *par.* 1. *pag.* 633. quo ad translationes vero, expectatiuas, teſtamenta & incompatibilitates moderationem acceperunt à Pio V. *conſtit.* 73. *part.* 2. *pag.* 269. & circa reſidentiam à Pio IIII. *conſt.* 91. §. 3. *par.* 2. *pag.* 132. Quo ad publicationem à Gregorio XIII. *conſt.* 85. *p.* 2. & *d. conſt.* 13. §. 26. *Pariſius de reſignat lib.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 3. Circa decimas à Pio V. *conſt.* 9. *par.* 2. *proſequitur, Lel. Zechius de rep. Eccleſ. cap.* 11. *pag.* 189. Decimum ſeptimum Priuilegium eſt, vt Auditores beneficij collationem faciant de cuius lite cognouerunt quamuis gratia illius ſit directa Ordinario in forma dign... *Clem. auditor de reſcr. Seraphinus deciſ.* 833. & *num.* 5. & *dicimus infra. capit.* 8. *de iuriſdictio...*

legium decimumoctauum eſt,vt de ſententijs datis ſine officij non teneantur reddere rationem. *Viuius de ciſ.* 37. *num.* 9. De Priuilegio prorogandi ſatalia dican. infra. *capit.* 10. §. *Auditoribus.*

§. VIII. De Iuriſdictione.

DE huius Capituli materia multa traduntur infra de ſtyllo. cap. 10.

Rotæ Auditores omnes vnū Tribunal conſtituunt coram quo pendent lites & cauſæ in eo cõmiſſæ, licet ratione commodioris expeditionis fiant diſtributiones particulares, *Seraphinus deciſ.* 318. *num.* 2. vt à ſimili Lati fundus cenſetur diuiſſus facilioris culturæ gratia, taliter quod partes diuiſſę non ſunt fundus ſed ſolum partes illius. *l. Caius* §. *fin. de leg. lib.* 2. *proſequitur Dominus R. Seſſe deciſ.* 387. *num.* 33. Auditorum alter alterum ſubrogare poteſt, *Puteus deciſ.* 340. *num.* 3. *lib.* 3. & ideo ſi cauſa committitur duobus Auditoribus & vnus alteri deferendo cauſam remittat, & ille Dominus cui deferebatur remittendo ex aliquo motiuo, eandem cauſam Auditori ſibi deferenti remittat, & ille vlterius in cauſa procedat, proceſſus tenet & valet. *deciſ.* 13. *num.* 1. *de offic. deleg. in nouiſ.* Rotæ literis non obtemperans, Eccleſiaſticas cenſuras damnabiliter incurrit, *Farin. deciſ.* 308. *num.* 1. *in crimina.* Inhibitio Rotæ ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda & cauſat [illegible] 1. *Achilles. deciſ.* 7. *de attentat. quem ſequitur Seraphinus*

raphinus deciſ. 654. *numer.* 2. Non tamen attentat qui venit contra inhibitionem obtentam, ſine præcedentia grauaminis, *Gratian. diſcept.* 17. *nume.* 3. Auditor datus cum poteſtate inhibendi in curia, extra curiam inhibere non poteſt. *Caſador. deciſ.* 4. *nu.* 3. *de reſcriptis,* quod ſi Auditor ad partes ſit datus cum poteſtate citandi, tunc & inhibere poteſt *deciſsi.* 4. *num.* 1. *de foro compet. in antiq.* Quando vero datur conmiſsio in cauſa appellationis à ſententia data per aliquem Coauditorem non prius inhibet, quam conſtet degrauamine. *deciſ.* 68. *de appellat. in antiq.* Inhibitio procedens ab vno auditore, eſt ac ſi procederet ab vniuerſis Auditoribus, *Lancellot. de attent.* 2. *p. cap.* 20. *ampliat.* 19. *&* 25. *num.* 6. Auditores Rotæ habent iuriſdictionem ordinariam in cognitione cauſarum, in diffinitione delegatam, *Veſtrius in prax. capit.* 17. *num.* 2. *lib.* 2. *Veral. deciſ.* 276. *par.* 1. *Marcus deciſ.* 348. *Viuius deciſ.* 37. *Marche. in proem. thom.* 1. *de commiſsion. Borrellus in ſumma deciſ. tit.* 41. *num.* 122. Conferunt beneficium de cuius cauſa cognouerunt vt diximus ſupra, *de priuileg. cap.* 7. *priuileg.* 17. & inſtituere poſſunt præſentatum, quamuis nouam Papę prouiſionem, & ſuper eas literas non expediuerit, *Veralus deciſio.* 61. *part.* 1. ſed beneficij reſignationem non recipiunt ſine ſpeciali mandato, *deciſ.* 15. *de renuncia. in antiq.* At alijs delegatis ſuprafata collatio non permittitur, *vt obſer. Immola. in clem. auditor de reſcrip. notab. vltim. & ſit.* 1. Sed non in praxi in qua, & præfata c

inferioribus delegatis eſt in vſu, requiſito prius & nolente ordinario conferre, *Lara de anniuerſar. lib. 2. cap. 11. n. 16. & faciunt tradita à Flores. var. q. 4. n. 65. 66. & 70.* Quod vero ſufficiat conſtare de negligentia, licet non præcedat intimatio, probabile eſt, *ad Gar. de beneſ. 6. p. c. 2. n. 95.* Auditor deputatus in cauſa beneficiali poteſt purificare gratiam de qua agitur coram eo, quia iſtud eſt de pertinentijs cauſæ, & ſi faceret hoc executor lite pendente reuocaretur per modum attentati. *Bellamera deciſ. 666.* Compellit partes ad declarandum articulum generalem, *Bellamera deciſ. 120.* Non relaxat à carceribus ſine præuia cognitione iniuſtæ incarcerationis, *Bellamera deciſ. 355.* Taxat expenſas coram ſe factas, *deciſ. 42. de re iudic. in antiq.* niſi concesſerit reuerentialia, *deciſ. 43. de re iud. in antiq.* Cognoſcit de cauſa etiam ſi male fuerit appellatum, *deciſ. 63. de appella. in antiq.* Auditor declarat cauſam eſſe deſertam abſque alia commiſſione, *deciſ. 72. & 86. de appellat. in antiq.* Delegatus ab Auditore ad recipiendos teſtes non poteſt ſubdelegare, *deciſ. 8. de offi. deleg. in nouis. proſequitur latiſſimè Farina in prax. crim. q. 77. vol. 2. num. 150.* Auditorem tamen obſerua non poſſe concedere remiſſoriam niſi de voluntate partiū vel de ſpeciali mandato, *Fari. d. q. 77. n. 149. melius Scatia de iudic. 2. c. 8. n. 832. Seuerolus trac. de remiſſ. tho. 3. p. 3. fol. 379.* In Curia ſine ſpeciali commiſſione nō ...uit, *deciſ. 3. de ſent. excom. in antiq.* Cum autem literas denunciatorias non remittit ad partes, *deciſ.*

deciſ.26.de ſent.excom.in antiq. Cauſa beneficialis in Rota & non in alijs inferioribus tribunalibus eſt cognoſcenda, *Veſtrius in prax. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. quia ibi melius quam alibi tractantur & definiuntur, *vt proſequitur Gonçalez reg.*8. §.2. *proem. num.* 60. & hodie de cauſa beneficiali cognoſcere, & commiſsionem demandare poteſt Nuntius Hiſpaniæ quicquid olim potuiſſet. *Idem Gonzalez d.* §. 2. *num.* 58. *&* 63.

§. IX. De Deciſſionibus.

SOlet dubitari, an Rotæ deciſſiones faciant ius, nā facere videtur ex ſequētibus. Primo quia quælibet Iudicis inferioris ſententia habet pro ſe quand præſumptionem ex authoritate iudiciaria ortam, *cap. ſicut* 16. *de re iudic. l. res iudicata. D. de Reg. Iur.* Maximè tamen deciſsiones Rotæ cuius Auditores non poſſunt pronuntiare niſi de conſilio aliorum Coauditorum, aliàs eſſent periuri. *Puteus lib.* 1. *deciſ.* 348. *num.* 2. *Tuſcus lit. a concl.* 555. *num.* 8. ſi modo ſit ſententia diffinitiua, vt ſtatuit Pius IIII. *conſt.* 44. *thow.* 2. ipſis vero diſcordantibus recurrendum eſt ad Cardinales *Zabarella. in clem. auditor. num.* 10. *quæſt.* 7. *de reſc.* & debent deciſsiones ſuas componere, cum cauſarum aſſignatione, vt omnium deciſſionum inſpectio conteſtatur. Aliàs iudicibus ad fatuitatem tribuitur ſi ſentētias ſuas cum expreſa cauſa proferant. *Gonzalez reg.* 8. *gl.ſ.* 3. *num.* 41. Niſi ſi ſententiam ſuam Iudex fund-

tis muniat quibus maximè ſe mouiſſe ad ſic ſententiãdum diffiniat. *Syluestr. in ſumma verbo diuortium nu.* 25. In ſecunda vero inſtantia Iudex, cauſis debet iuſtificare ſententiam ſuam, *Decommitibus de differentijs thom.* il. *fol.* 194.*n.*77. Secũdo, quia clem. 2. *vt litependente* in qua cauetur copiam citationis dandam parti, in Romana Curia coram eius Auditoribus non habet locum quia eſt deciſſum à Rota in contrarium, *vt in deciſ.* 9. *aliàs.* 279. *vt litepend. in nou.* Tertio, quia Capitulum oblatæ de appellat, loquens de non præueniendo partem appellantem in impetratione reſcripti, per partem appellatam, non habet locum in Curia, vbi ſtatim datis Apoſtolis, pars appellata poteſt impetrare commiſſionem, *Rota deciſ.* 16. *de appellat. in antiq.* Pro cuius rei maiori notitia aduerte quod in appellatione proſequenda non eſt dubium, quin pars appellata poſsit præcurrere, *vt multis Doctoribus confirmat. D. R. Seſſe deciſ.* 134. *num.* 8. *par.* 2. Circa obtentionem vero commiſsionis præueniendam adeſt dubium de quo conſule Doctores *Couarr.* 1. *variarum cap.* 18. *Grat. diſcept.* 1. *num.* 11. *part.* 1. *& p.* 3. *diſcepta.* 421. Circa nimium celerem præcurſum vide Doctores. *Decium in d. cap. oblata nu.* 20. Sed non facere ius probatur quia nullius Iudicis ſententia eſt generalis, licet ſit neceſſaria & redigenda in ſcriptis, *glo. ver. interpretatores in cap.* 1. *de poſtul. prælat. cum qua tranſeunt Doctores.* Secundo quia Rota ſæpius iudicat contra ipſas deciſsiones à ſe datas. *Card.*
Paſtoralis de fide inſtrum. q. vltim. & apud vete-
res

res abijt in proberuium quod Rota aliquando Rotat. *Gomez in cap. 1. num. 49. de Iud.* Tertio quia Rotę deciſſiones ſunt magnę authoritatis apud omnes, non tamen faciunt ius, niſi aliter à Romano Pontifice ſint aprobatę. *Iuxta communem opinionem, de qua Maſcard. concl. 485. num. 7. Viuius in Sylua communium opinionum lib. 1. opinion. 398. num. 8. & deciſ. 401. num. 20.* Et extra proprium caſum quem reſoluerunt, etiam in ipſa Curia Romana nullo modo ſunt attendendę, *Hieronymus Gabriel conſ. 38. num. 17. vol. 2. quem ſequitur Viuius deciſ. 499. num. 21.*

In hoc dubio reſolutio ſit *ea quam tradit Franc. Patinus in proemio ad extrauagantes, §. fina. Tuſcus liter. R. concl. 368. num. 4.* quod in Curia Romana ſi deciſsionum ſit obſeruantia continua, ad inſtar Stylli faciunt ius. *cap. ex literis de conſtit. cap. quam graui de crim. falſ. notat Moneta de commutat. cap. 5. quæſt. 4. num. 146.* Id intelligo cum hac limitatione, quando in contrarium non apparent validiores rationes quia in totum non æquipolent legibus, *vt ex Geminiano Franco & Felino concludit Mandoſ. reg. 19. quæſt. 15. num. 23.* Extra Curiam vero Romanam habentur deciſsiones tanquã reſponſa prudentum, *de quibus in §. reſponſa prudentum inſt. de iure nat.* Hinc eſt vt prẹfatę deciſsiones commu nem opinionem conſtituant, *Cæſar. de Barcijs in conſil vnico poſt deciſ. ſuas num. 174. Zeball. thom. 1. comm. contra communes in præfatione. num. 25. cum multis D. ribus ab eo allegatis,* Immo Rotę opinio præualet

muni opinioni, *atque ita tenent additio ad Decium in l. iura ſanguinis, D. de reg. iur. quam ſequitur Cochier ad reg. de Triennali. num.* 89. Officium auditoris eſt ſingulos actus qui fuerint geſti à principio litis vſque ad finem cum ſententia in vnum colligere & illos referre vt per Coauditores rectius Iudicetur, *deciſ.* 443. *lib.* 3 *par.* 3. *diuerſ.* non autem erit neceſſarium, deciſſiones ponere in conſilijs, *vt infra cap.* 10. §. *Auditorem volentes & §. Poteſt in cauſa.*

§. X. De Styllo.

AD maiorem huius Capituli notitiam ſciendum eſt ſtylli cognitionem eſſe magni Momenti vt facile ſuaderi poteſt ex dictis ſupra cap. pręcedenti §. *in hoc dubio & ex dicendis infra*, nam & in qualibet materia ſtylli cognitio pro pręcipua reputatur, vnde Ambroſius, *in Lucam cap. de natiuitate Saluatoris*, ait multum laboraui in deprimendo ſtyllo. Stillus autem, *ex Doctrina Bartoli in l. de quibus num.* 10. *D. de legibus quem ſequitur Molfeſius ad conſuetudines Neopolitanas proemiales q.* 18. *num.* 2. *& ſequent.* Eſt modus procedendi in cauſis & negotijs. Hic ſtillus eſt duplex vnus facti, alius iuris. Sic & diſtinguitur à Rota *deciſ.* 212. *num.* 2. *par.* 1. *Recentis*, ſtyllus facti ſignificat frequentiam actuum ſic ...uendi, ſcribendi, procedendi, & formam ſeruari ſo...n in ſermone, ſcriptura & proceſſu, *vt aduertit Sua... lib.* 7. *de legibus. cap.* 5. *num.* 4. *quem ſequitur Molfeſius*

ſius ſuprà n. 5. Styllus iuris propriè conſideratur in iudicijs, & vel ab extrinſeco, vt ex obiecto legis, circa quā verſatur, vtpote lex quæ diſponit circa ſtyllū, & iuxta hanc intelligentiam accipiuntur leges Caſtellæ, quæ appellantur leges Stylli, & de hoc ſtyllo dicitur quod eſt inducendus (vt valeat) coram Magiſtratu habente authoritatem legis condendæ, *vt Ioſephus Ludouicus deciſ. 96 p. 2. n. 7.* De hoc ſtyllo intelligerem vulgare proloquium, vt ſententia contra ſtyllum non valeat, *de quo Portoles 4. p. verſ. Styllus pag. 411. & Theſaurus deciſ. 1. n. 9.* Et de hoc ſtyllo dicitur, quod facit ius in caſibus à iure non deciſſis. *Tuſchus litera S. concl. 697.* De hoc ſtyllo intelligitur id quod habetur apud Doctores, *Afflictis in conſtit. Regni de officio Iuſtitiarij, c. nihil veterum n. 11. & ſequitur Rota deciſ. 212. n. 1. p. 1. Recētiſ.* ſcilicet obſeruantiam Tribunalis Rotæ alijs eſſe præferendam, imò ſecundum eum, alios Iudices regulari debere. Secundo modo ſtyllus accipitur ab intrinſeco, id eſt ex modo quo introductus fuit in materia iudiciaria, ſic, & ſic procedendi, & hoc modo ſtyllus dicitur quid facti & coincidit cum conſuetudine. *Molfeſius d. q. 18. n. 12.* De hoc ſtyllo dicitur, quod non requirit confirmationem ſuperioris habentis poteſtatē legis condendæ, *vt Ioſephus Ludouicus deciſ. 96. p. 2. n. 28.* Et de hoc ſtyllo dicitur, quod ſtyllus Rotæ, vel cuiuſlibet alterius Tribunalis, quo ad illud Tribunal habetur pro lege. *Mandoſius de inhibition. q. 8. nu. fin. ſup. cap. præc. §. in hoc dubio.* De hoc facti ſtyllo d...

tur

quod reſpicit ordinem & ſeriem aliquid faciendi, non autem deciſſionem, *Tuſcus lit. S. concl. 692. num. 12.* de hoc ſtyllo intelligitur communis Doctorum ſenten tias exiſtimantium, quod Iudex non citatis partibus ſe informat de ſtylo ex officio ſuo. *Praxis cancellariæ in princ. §. 1. Ricciuscollectanea 794. Mareſcot. 2. variar. c. 12.* De hoc ſtyllo ſtatuti ſupponit Rota *d. deciſ. 212. p. 1. Recentis num. 2.* eſſe præponendum ſtyllum priuati Tribunalis, quoad ſe ipſum, Rotali ſtyllo, qui nõ extenditur ad alias Curias maximè in partibus, *Honded. conſil. 28. num. 62. lib. 1. Lanzellotus de attemtatis part. 2. ca. 20. lim. 10. num. 1. & 2. thom. 5. fol. 413. quos ſequitur Gratia. diſce. 604. num. 12. par. 4.* De hoc ſtyllo intelligitur & illud quod dicitur terminos palatij non ſeruari in partibus, *de quo in practicabilibus Rotæ num. 41.* De hoc ſtyllo ſimiliter & credo eſſe intelligendam doctrinam illam qua docemur Iudicem illius fori, non poſſe diſcedere ab opinioni aprobata per conſuetudinem, quamuis communis ſententia ſit in contrarium, *Gratia. p. 1. diſceptat. 158. num. 15.*

Ex quibus conſequens eſt multum vtilitatis eſſe decerpendum ex cognitione priuati Rotalis Tribunalis ſtylli.

Sciendum ergo eſt quod in Rota Auditor ſubrogatus in locum primi cenſetur ſubrogatus quo ad om- ... *deciſ. 9. de reſcript. in antiq. Bellamera deciſ. 140.*

... onuntiat appellationem deſertam, non poteſt ... mnare in expenſis, nec imponere perpetuum, ſilẽ

tium

tium niſi ſeruatis terminis, *deciſ. 35. de re iud. in antiq.*

Taxat expenſas coram eo factas, non factas in partibus, niſi aliter committatur, *deciſ. 44. de re iud. in antiq.*

Inhibet poſt concluſum in cauſa, *Ricci. par. 3. reſol. 303.* licet commiſſiones poſt concluſum in cauſa non ſuſtineantur regulariter, *vt in reg. 36. aliàs 38. aliàs 39. Cancellariæ infra §. Auditor Coauditori.*

Dubitans ſuper admiſſione articulorum, vel articulo appellationis, conſultis ſocijs pronuntiare debet, *deciſ. 34. de probat. in antiq.*

Executio actus iudicialiter expediti poteſt fieri in ipſis vacantijs, *Bellamera deciſ. 657.*

Compulſio ad concordandum de Notario pro executione, etiam ſi requirat partis citationem, poteſt fieri in domo, *Bellamera. deciſ. 658.*

Quando executio transfertur in Rotam non ſolet decernere executionem, niſi habita cognitione iuſtitiæ cauſæ, *deciſ. 412. & 498. num. 3. p. 3. lib. 3. diuerſ. Marches. de cauſa beneſi. par. 1. cap. 7. num. 53. pag. 285. Marescot. 1. variar. cap. 86. num. 31.* nam acta & proceſſus de partibus, vt plurimum ſunt nulli, *Marcheſan. de ſanatoria §. 1. num. 134. pag. 19.* Niſi ſi ſententia, lata ſit ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis *Farin. deciſ. 123. n. 10. in crimin.* cuius deciſſionis author eſt, Dom. Peña Archidiaconus Cæſarauguſtanus & ſuper cauſa filij cuiuſdam Aragonenſis.

Stante clauſula ſublata, tutius agendo, Aud. let partes remittere ad ſanctiſſimum

var. cap. 37. *num.*66. Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis ſilet in Rota, quæ contentatur vnica expeditione literarum ſuper gratia principali, *Mareſcot.* 2. *var. cap.* 40. *num* 41.

Ex cauſa ſibi bene viſſa ſolet apponere ſequeſtrum & etiam ex officio. *deciſ.* 454. *par.* 3. *diuerſ. Caſador. deciſ.* 13. *nu.* 7. *de reſtitut. ſpoliat. Cæſar Gra. deciſ.* 2. *de appella.* Præſertim quando conſtat de attentatis. *Mareſco.* 2. *var. cap.* 77. *num.* 59. & poſt latam primam ſententiam, ſiue in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, *Puteus deciſ.* 166. *lib.* 2. *deciſ.* 77. *lib.* 3. *par.* 3. *diuer. Caſſad. deciſ.* 2. *de ſequeſtrat. poſſ. & fruct. pag.* 301. *Grat. diſc.* 114. & 232.

Solet condemnare ad fructus perceptos ante litem motam *Mareſ.* 2. *var. cap.* 112. *num.* 65.

Si cauſa quæ erat coram Auditore committatur Cardinali, Cardinalis intimat commiſſionem & non inhibet, *Lanzel. de attent. tho.* 5. *p.* 2. *cap.* 20. *num.* 53. *fol.* 405. Sed talis intimatio inter Coauditores, non habet locum, *vt num.* 55.

Executoriales Rotę debent intimari parti & reproduci intimatio coram Auditore, ac ſeruari quatuor termini & tunc declaratur intimatum incurriſſe. *Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 10. *pag.* 284. *de cauſ. poſſ. & propr.*

De danda copia citato, vel de præcurſu appellati ad obtentionẽ cõmiſſionis diximus ſupra, *c.* 9. *de deciſ.*

Solet abſoluere in partibus à cenſuris ad caute- ... cauſa appellationis & nullitatum committa- ... ia vero non abſoluit, niſi aliter de nullitate

conſtet,

conſtet, *Puteus deciſ.* 41. *lib.* 1. & poſt rem iudicatam in Curia nullo modo, niſi cum clauſula patito iudicato, vel in ferijs, Natiuitatis & Reſurrectionis D. N. I. Chriſti & cum reincidentia. *Verallus deciſ.* 2. *p.* 1. Habilitates ad beneficia probantur per teſtes deponentes de publica voce, & fama, vt de Doctoratu & probari ſolet. *deciſ.* 14. *de probat. in antiq. Veral. deci.* 277. *n.* 4. *p.* 1.

31. Auditor coram quo producitur Bulla, non bene expedita, viſſa ſupplicatione, dum non ſint verba Papæ poſita, ſolet remittere illam ad Cancellariam, vt corrigatur, *Alphonſus. reg.* 37. *aliàs* 39. *num.* 3.

Si aliqua cauſa commiſſa eſſet duobus Auditoribus, ille cognoſcet de cauſa cui dicta commiſſio primo fuerit præſentata & alter nullo modo cognoſcet. *deciſ.* 1. *de conſtit. deciſ.* 6. *de reſcrip. in antiq. & facit deci.* 470. *li.* 2. *apud Iacob. Puteum idem cauetur in conſtit.* 13. *Innocen. VIII. par.* 1. *p.* 386. §. 1. *vbi.* §. 3. quod in cauſis viduarum & pupillorum ſummam quingentorum florenorum auri non excedente procedit, vt in cauſis beneficialibus, *vbi &* §. 2. quod arbitratur in citatione minus legitimê executatâ, quæ ad notitiam citati peruenit, *vbi &* §. 4. *quod* remiſſorias, & nouam dilationem de conſilio Coauditorum concedit, *&* §. 5. quod admittit ad reiterationem articulorum nulliter, vel male per partes obſeruatorum, *&* §. 6. quod adhibet fidem inſtrumentis regiſtratis de conſilio fratrum, *vbi &* 7. quod de conſilio, commiſſo appellationis a procedit ſuper grauamine, *vbi &* §. 8. quod

gat, vel concedit de nouo fatalia, *de quo infra* §. *Auditoribus.* In ipſa die in qua adimpletur momentum termini ad appellandum, ac ſi adimpletum non fuiſſ[illegible] poteſt iuſtitiam miniſtrare, *vt* §. 9. ſupplet nullitates ex inordinato proceſſu, *vt* §. 10.

Antequam vero Auditorum quis cauſam incipiat, alter alteri deferre poteſt, *deciſ.* 13. *de offic. delega. in nouis.*

Notarij Auditorum pauperibus ſcripturas facere debent gratis, vel cum ſola cautione, ſi ad vberiorem fortunam deuenerint, *deciſ.* 2. *de conſtit. in antiq.*

Auditores volentes habere conſilia in cauſis coram eis vertentibus, debent bene videre proceſſum, & clare elicere dubia vera, vt ſui Coauditores vera conſilia dare poſſint *deciſ.* 3. *de conſtit in antiq.*

Solet commiſsio dari cum hac clauſula, arbitrio Rotæ. Hæc clauſula intelligitur, id eſt, ommiſſo iuris rigore, & attenta æquitate iuris gentium, *Benimtendis. deciſ.* 31. *num.* 4. *Creſcen. deciſ. fin. num.* 3. *de teſtib.* intelligitur pro vt de iure. *Benint. d. deciſ.* 31. *num.* 5. *deciſ.* 641. *par.* 3. *lib.* 3. *Diuerſ. Marches. de prorogatione fatal. p.* 3. §. 1. *n.* 99. *Seraphi. deciſ.* 1429. *num.* 1. Poſita in examine teſtium, ſi ſint interrogati teſtis cum interrrogatorijs partis aduerſæ, ſanat nullitates, & fides teſtibus adhibetur, *Cæſ. de Graſ. deciſ.* 11. *num.* 18. *de probat. Creſcent. deciſ.* 4. [illegible] *teſtibus*, quid operetur in penſione? vide Doctores, [illegible]*hi. d. deciſ.* 1429. *Marta. clauſ.* 166.

[illegible]itor cauſæ non autem Iudex remiſſoriæ in par[illegible] ebe[illegible] articulos admitere. *deciſ.* 1759. *par.* 3. *diuerſ.*

Non

Non poteſt in cauſa criminali, reum citare, vt compareat perſonaliter ſine ſpeciali commiſſione, *deciſ. 7. de dol. & contum. in antiq.*

In qualibet parte litis poteſt pronuntiare cauſam eſſe deuolutam, *deciſ. 27. num. 1. de reſcrip. in antiq.* Non poteſt ſine noua commiſsione de cauſa cognoſcere, vbi remiſſoria bullata fuerit. Licet partes renuntiare velint remiſſoriæ, *deciſ. 33. de teſtibus in antiq.*

Licet pronuntiet bene proceſſum, & male appellatum, negotium principale manebit in Curia, *deciſ. 4. n. 3. de for. comp. deciſ. 63. de appellat. in antiq.* Non tamen ipſe exequitur ſententiam ſuam, *deciſ. 34. de re iud. in antiq.* Poſtquam autem ſententia ſit executioni demãdata, iã tũc exit à Curia, *Sarnen. de annal. q. 44. §. antepenult.*

Poteſt in cauſa in qua nullum dubium habet, pronũtiare de conſilio & aſſenſu Coauditorum, licet cauſam non poſuerit in conſilijs, *deciſ. 22. de re iudic. in antiq.* quomodo det dubia quæ habet? conſule Rotam, *deciſ. 5. de verb. ſignific. in antiq.*

Equitatem magis quam rigorem amplectitur, niſi in caſſu, vbi rigor ſit ſeruandus, *Viuius. deciſ. 486. n. 3. li. 3.*

Auditor qui habet cauſam in Rota remouetur. *Marcha. de ſuſpitione iud. p. 2. §. 2. num. 4. & de appellat. extra Rom. Cur. pa. 1. cap. 7. num. 13. & 14.*

Si appelletur ab Auditore quod ſpreta exceptione abſoluit, debet admittere appellantem ad probandũ & ſi probauerit, reuocare. *Bellamera deciſ. 354.*

Auditoribus Rotæ Romanæ Innocẽt. VI.

facultatem, vt poſſint prorogare fatalia, ſemel, bis, ter, & quoties arbitrio Auditoris videbitur. *Scatia, & ab eo relati de appellat.q.15.n.220.§ ſi aliquo.vbi & §.8.*

Citat in Curia, & extra Curiam ſi id habet in commiſſione, *Caſſador deciſ.4.de reſcrip.*

Expedit remiſſorias ad partes ſub ſuo ſigillo, *Bellamera deciſ.657.*

Compellit partes ad concordandum de Nuntio. *Bellamera deciſ.658.*

Subſcribit ſententiam Coauditoris defuncti ſine citatione partis. *Puteus deciſ.348.lib.1.& deciſ.157.par.3. diuerſ.*

Auditor in deciſſione cauſarum loci conſuetudinē vbi actum eſt debet attendere, in litis ordinatione ſtylum loci vbi agitatur. *Bellamera deciſ.78.* Et generale eſt in omni Tribunali Eccleſiaſtico, vt circa ordinatoria attendatur locorum ſtatutū. *Gratian.diſc.164.n.10. Surdus deciſ.26.n.14.* Quomodo hoc intelligatur, conſule Doctores, *Marta de iuriſdic.4.p.caſu.31.& 32. & melius Genuen.in praxi Archiep.c.85.à n.12.*

In obligatione Camerali terminos non ſeruat, *deciſ.946.p.3.diuerſ.*

Auditor, Coauditori non inhibet poſt concluſionē in cauſa, *deciſ.29.& 30.de dol.& contum.deciſ.6.& 66. de appell.in antiq. vt & retulimus ſup.q.32.n.15. vide ſu- §. inhibet.*

Rota non dicitur conſtare de non titulo, niſi ...ſſionem, vel rem iudicatam contra eum cui

obijci-

obijcitur *Seraphin. deciſio.* 983. *numer.* 7.

De ęquitate admittit Rota poſt concluſionem in cauſa teſtes & inſtrumenta,etiam in cauſa profana,*deciſ. 2. de reſtit. in nou. Gloſator ad regulam* 36.*aliàs* 38.*& aliàs* 39. *num.* 2. *vbi Cochier. num.* 7. Cui aduerſatur diſpoſitio iuris Canonici. *cap. cum dilectus. de fid. inſtrum. cap. auditis de procurat. vbi diſputant Doctores.*

In vltima die audientiæ de menſe Iulij,ordo eſt,ordinem non ſeruare. *Ludouiſius deciſ.* 176. *num.* 10.

§. XI. De Salario Auditorum.

SAlarium condignum nullo modo his excellentiſsimis viris conſignatur,& de hoc vetus eſt iam quęrimonia, nam Gambara,*de authorit. legati. lib. 6. à nu.* 340.*fol.* 196. *thom.* 13.*p.* 2. hæc verba ſcripta reliquit. Auditor Rotæ qui laborat pro communi vtilitate & ex eius officio non habet præmia condigna laboribus ſuis,poſſet de redditibus Eccleſiæ viuere,& Patrimonium conſanguineis conſeruare, in nobis poſſet verificari communis opinio, quod penſiones eſſent merę profanæ, quia redditus Eccleſiaſtici debentur nobis,propter ſtudia & labores quas ſine intermiſſione pro aliorum negotijs ſuſtenemus, Aduocati, Procuratores,Notarij,& id genus hominum qui laboribus noſtris fruuntur, Palatia ædificant, latifundi munt,officijs locupletantur, locupletes linqu reditates, & paupertatem vndecunque fu

Auditores ſemper Egeni, afflicti & Syſiphio Saxo voluendo addicti, maledictis (ab his præſertim qui contra ſe iuris ſinceritatem experti ſunt) oppido laceſſiti egere non debent, quos toti mundo iuſtitiam miniſtrare oportet, ex publico alendi ſunt, qui pro publica ſalute laborant, cum nemo ſtipendijs proprijs militare debeat. *cap. cum ſecundum de præben.*

10 Hodie ſalarij loco ſingulis diebus certæ portiones panis & vini, & ſingulis menſibus regalia quingenta ſingulis Auditoribus miniſtrantur, vt notiſsimum eſt, & pro quodam ſalario extraordinario propinæ eiſdem permittuntur, *vt Nauarrus conſ. 21. num. 3. & 4. de reſcript.* Dixi, ſalarij loco, quia alias ab omni munere, manus eius debent eſſe immunes. *Iuxta conſtitutionem Martini V. §. 14. thom. 1.*

Cedant ſcripta in hoc libro ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Virginis immaculatę, glorioſi Præſulis Valerij huius noſtræ Cæſaraugustanæ Sedis, & Præſulis, & Patroni & Martyris Vincentij Diaconi ſui.

Nihil dictum proteſtor quod ſubiectum non ſit Eccleſiarum Matri & Magiſtræ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

REPERTORIUM
TOTIUS OPERIS.

A.

ABBAS. De illius ſimultanea iuriſdictione cum generali. q. 4. n. 5. In punitione Regularium eſt maior Epiſcopo. q. 12. n. 12. 20. 28. & 29. Sancti Ioãnis de la Peña punitus ab Archiepiſcopo Cæſarauguſtano. q. 22. n. 25.

Abſolutió Reo diſpoſito negari nõ poteſt. q. 15. n. 5. In foro interiori quomodo conſtet. n. 7. Ab excommunicatione in foro conſciẽtiæ non requirit Sacramẽtum pœnitentiæ. n. 8. Sacramentalis dari non poteſt abſenti. n. 10. Abſolutionis extra ſacramentalis forma. n. 11.

Actor. Sequitur forum rei. q. 30. n. 49. Et ciuiliter & criminaliter poteſt in eodẽ iudicio agere. q. 18. n. 25. Actio criminalis competit pro iure publico. q. 18. n. 8. Dicitur criminalis ſi eſt impoſita pœna ordinaria crimini. q. 18. n. 2. & 23.

Adiunctus. Si delinquit quis puniet? q. 6. n. 10. Multis rationibus conuenit, quod aſſiſtat. q. 1. n. 38. Adhibetur Iudici ſuſpecto etiam in Aragonia. n. 39. Illius cõceſſio Sedis Apoſtolicę maieſtatem conſeruat. n. 41. Etiam in leuibus procedit. q. 2. n. 5. 6. & 10. Illius iuriſdictio reſtringitur in tribus. n. 8. Iuriſdictionẽ habet. q. 3. n. 5. Conudex ſolet appellari. n. 9. Sequitur naturam eius cui adiungitur. n. 10. Illius aſſenſus neceſſarius eum facit principalem cum Epiſcopo. n. 13. 14. 16. Iuramentũ præſtat ſicut alij Iudices. n. 15. Et Iudex ordinarius, & delegatus iure dicitur. n. 17. Et eius conſilium [illegible] aſſenſus expectatur. Iuriſdictio illius ſimultanea, ſiue ag[illegible]

tiua. q. 4 n. 8. An ſit ordinaria, vel delegata. n. 12. Poteſt recuſari partis iuramento. q. 9. n. 3. Eius decretum comprehendit & Collegiatas Eccleſias. q. 10 n. 3. An in Eccleſia S. Mariæ? q. 12. n. 24. Nominatio Adiunctorũ in Eccleſia Cæſarauguſtana, fit toties, quoties opus fuerit. q. 13. n. 2. Conſilium & aſſenſus illius requiritur in cauſis criminalibus criminaliter intentatis. q. 15. n. 15. Vocatur Adiuua. q. 13. n. 27. Aſſenſus & conſilium non eſt neceſſarius ad morum emendationẽ. q. 16. n. 2. Aſſociatio Adiunctorum de iure communi pendet à voluntate Epiſcopi viſitatis, niſi procedat ad punitionẽ. q. 24. n. 13. Facit ceſſare iuriſdictionem Ordinarij, vt Ordinarius ſolus procedat. q. 31. n. 19. Et Epiſcopus eodem iure cenſentur. q. 32. n. 1. Quando eſt Iudex delegatus. n. 4. & 20. Non poteſt habere ſportulas. n. 20. Illius ſententia eſt appellabilis ad ſuperiorẽ immediate. n. 5. & 11. Solo iureiurando recuſari non poteſt, ſed eſt neceſſaria cauſa. n. 12. Iuriſdictio illius eſt fauorabilis. n. 13. Ordinario poteſt inhiberi. n. 16. Sedis Cæſarauguſtanæ Adiunctorum conceſſio. q. 1. n. 42. Additamẽtum participat de principali. q. 3. n. 12. Collega ſuccedit deficienti. q. 5. n. 2. Quando vnus delinquit, an alter puniatur? q. 5. n. 14. Connexum habet principalis honorem. q. 2. n. 11. Libellus cõtra Adiunctos q. 2. n. 3. Quid quando non nominantur. q. 13. n. 1.

Annata illius ſolutio fauorabilis eſt. q. 29. n. 14. Quindemnia ſuccedunt Annatis. n. 15. Ingreſſus varia ſunt nomina. q. 29. n. 16. Sunt odioſi. n. 17.

Appellatio ab indebita carceratione rectè interponitur. q. 20. n. 13. In viſitatione regulariter non ſuſpendit. q. 26. n. 4. A viſitatione ſuſpendit ſi excedatur modus. n. 3. Eſt prohibita in Sicilia à Magiſtratibus qui viſitantur. n. 6.

Appre-

REPERTORIVM.

Apprehenſio. Illa pendente per laicum, ſilet Eccleſiaſtici iuriſdictio. q. 30. n. 4.
Arbitrarium non eſt quod pendet ex alterius voluntate. q. 18. n. 16.
Archidiaconus etiã ſine cura debet habere ætatem completam 22. annorum. q. 19. n. 12. Quando Vicarius Generalis? q. 34. n. 45. Extra Diœceſim cenſetur vt priuatus. q. 22. n. 23. De Birbieſca eſt ordinarius. q. 34. n. 39.
Archiepiſcopus. Borja iuriſdictionem Adiunctorum impugnauit, nihilominus fuit confirmata. q. 1. n. 44. Coadiutor quibus prohibeatur? q. 29. n. 43. Delinquens non punitur à Concilio prouinciali. q. 33. n. 15 & 44. Toletanus excommunicatus ab Aragonum Epiſcopis. q. 22. n. 2. Crucis delatio extra prouinciam non illi permittitur, ſed patriarchis. q. 22. n. 21. Delinquens in Diœceſi ſuffraganei ab illo puniebatur. q. 22. n. 19.
Argumentum ab abſurdo valet. q. 1. n. 45. De Cardinalibus ad Canonicos valet. q. 17. n. 17. Impiorum argumentis non eſt vtendum contra Sedis Apoſtolicæ poteſtatem. q. 30. n. 58. Felini diluitur, & proponitur. q. 3. n. 4. & 24.
Auditor Sacræ Rotæ Romanæ diſtinguebatur primo, & ſecundo gradu. q. 33. n. 3 De Auditorum Rotæ origine, nomine, natione, numero, qualitate, præſtantia, priuilegijs, iuriſdictione, deciſsionibus, ſtyllo, & ſalario. q. vltima. Coauditori quando inhibeat. q. 32. n. 15. 17.

B.

Beneficium fundandum plures conditiones admittit, quam fundatum. q. 27. n. 3. Vnitũ deſinit eſſe tale. n. 23. Beneficiati del Pilar qui ſint exempti? q. 12. n. 25.
Bulla ſeculariʐationis Sedis Cæſarauguſtanæ. poſt ſi. q. 1. Supplantationes Bullarum in Hiſpania vſu frequentes. q. 30. n. 4. Q[illegible] primùm Bullam in C[illegible] Dñi publicauerit? n. 1[illegible] culariʐationis decla[illegible]

q. 3.n. 35. & 11. num.8

C

Canonici cum Epiſcopo vnum corpus faciunt. q.1.n.18. Non comprehenduntur Clericorũ appellatione.n.3. Æquiparãtur cordi.n.10. Nõ habuerũt in Tridentino, qui pro eis reſponderet.n.23. Fratres Epiſcopi cenſentur, vt & Cardinales fratres Papæ. n.29. Cardinales appellantur. n. 30. Sunt in magno honore.n.31. Aequiparantur Dignitatibus.n.32. Sũt collaterales Epiſcopi.n.33 Dicuntur Clerici primi gradus.n.34. Plura officia exercent cum Epiſcopo. n.35. Illorum nomẽ eſt honoris, nõ oneris.n.36. Maiorem notitiã habere præſumuntur rerum Eccleſiaſticarum.n.58. In cauſa Canonici ſunt Iudices ſuſpecti.q.9.n.11. Illorum appellatio in fauorabilibus ſignificat Cathedrales. q.10. n.2. Sæculares, & Regulares parificãtur in multis. 12.n.1.2.3.4.5.8. Regulares proprium habebant.n. 4. Regulares cẽſentur minores Cathedralibus: maiores tamen Collegiatis. n.9. Regulares, ideſt bis. n.10. Regulares, vulgaris eſt appellatio.n.11. Regularium laudes.n.13. Et B. Petri Aragues aliàs Magiſtri Epila.n.14. Regulares veniũt in prohibitiuis appellatione Monachorum. n.15.&31. Regulares, & Sçculares differunt.n.26. Illorũ ſubiectio filialis, non ſeruilis. n. 27. Nouitij, an admitti poſsint de gratia ad electionem actiuam.n. 32. Non poſſunt incarcerari à Capitulo Sede vacante.q.17.n.4.& 28. Non reſidentes priuari debẽt ab Epiſcopo, & Capitulo.q.18 n.6. Illorum officium.q.21 n.76. Veniũt appellatione Clericorum in fauorabilibus.n.19. Veniunt appellatione Dignitatum, n.21. Nouitij expertes ſunt electionis paſſiuæ. q. 12. n.38. Illis ſuſpectis adiungitur Epiſcopus.q.1.n.40. Collegiatæ Eccleſiæ ſunt Clerici ſecundi gradus, q. 33.n. 2. Cathedralis præſtãtior eſt Collegiali. q.11.n.9.

Can-

Cantor. Habet iuriſdictionē etiam in Canonicos. q. 34. n. 17. Et Canonicus Oſcē ſis punitur ab Archiepiſco po Cæſarauguſtano. q. 22. num. 16.

Capitulares. Illorū punitio iure ſpectat ad Capitulum. q. 11. n. 12. Vnus eorum qui nō delinquit erit Adiunctus Epiſcopi. q. 6. n. 8. Illorum appellatione veniunt Canonici. q. 21. n. 3. Delinquentes extra corpus Eccleſiæ puniūtur cū Adiunctis. q. 22. n. 3. & 33.

Capitulum. Illius conſenſus generaliter ab Epiſcopo expectari debet. q. 1. n. 14. Maxime in grauibus. n. 58. Iuriſdictionē acquirit cōtra Canonicos per ſpatiū decem annorum. n. 21. Priuat fructibus aduocātem contra ſe. q. 33. n. 31. Frequenter litigat cum ſuo Epiſcopo. q. 1. n. 40. Illius conſenſus non excluditur vbi excluditur conſenſus aliorum. n. 52. Cur dicatur Senatus? n. 56. Illi eſt iuriſdictio ciuilis & criminalis in ſuos Capitulares. q. 2. n. 7. In cauſa amici ſui nō eſt Iudex. q. 6. n. 3. Illi non nocet delictum particularis. n. 17. Repreſentatur ab Adiunctis. q. 9. Illius ſcientia requiritur ad acquirēdam quaſi poſſeſſionē cōtra illud in corporalibus. q. 16. n. 20. Illi non nocet Officialium ſcientia. n. 21. Non ſuccedit in ſpecialiter Epiſcopo reſeruatis. q. 17. n. 1. & 27. Non ſuccedit in poteſtate confirmādi Abbates. n. 2. An ſuccedat in poteſtate viſitandi Moniales exemptas. n. 3. Sede vacante non poteſt indicere clauſuram Monialibus etiam exemptis. n. 5. Sede vacante non poteſt corrigere Regulares exemptos extra Clauſtra degētes. n. 6. & 19. An ſuccedat in poteſtate cap. 6. Seſſio. 24. de reformatio. n. 7. 11. & ſeq. & 30. Non ſuccedit Epiſcopo in ſpecialiter delegatis. n. 8. Succedit in augmētis iuriſdictionis ordinariæ. nu. Succedit in iuriſdicti ordinaria. n. 13. Vniuerſum quādo delin q. 6. n. 11. Sede vacā

q. 3. n. 35. & 11. num. 8.

C.

CAnonici cum Epiſcopo vnum corpus faciunt. q. 1. n. 18. Non comprehen duntur Clericorũ appellatione. n. 3. Æquiparãtur cordi. n. 10. Nõ habuerũt in Tridentino, qui pro eis reſponderet. n. 23. Fratres Epiſcopi cenſentur, vt & Cardinales fratres Papæ. n. 29. Cardinales appellan tur. n. 30. Sunt in magno honore. n. 31. Aequiparan tur Dignitatibus. n. 32. Sũt collaterales Epiſcopi. n. 33 Dicuntur Clerici primi gradus. n. 34. Plura officia exercent cum Epiſcopo. n. 35. Illorum nomẽ eſt ho noris, nõ oneris. n. 36. Ma iorem notitiã habere præ ſumuntur rerum Eccleſia ſticarum. n. 58. In cauſa Ca nonici ſunt Iudices ſuſpe cti. q. 9. n. 11. Illorum appel latio in fauorabilibus ſignificat Cathedrales. q. 10. n. 2. Sæculares, & Regulares parificãtur in multis. 12. n. 1. 2. 3. 4. 5. 8. Regulares proprium habebant. n. Regulares cẽſentur minores Cathedralibus: maiores tamen Collegiatis. n. 9. Regulares, ideſt bis. n. 10. Regulares, vulgaris eſt appellatio. n. 11. Regularium laudes. n. 13. Et B. Petri Aragues aliàs Magi ſtri Epila. n. 14. Regulares veniũt in prohibitiuis appellatione Monachorum. n. 15. & 31. Regulares, & Sęculares differunt. n. 26. Illorũ ſubiectio filialis, non ſeruilis. n. 27. Nouitij, an admitti poſsint de gratia ad electionem actiuam. n. 32. Non poſſunt incarcera ri à Capitulo Sede vacante. q. 17. n. 4. & 28. Non reſidentes priuari debẽt ab Epiſcopo, & Capitulo. q. 18 n. 6. Illorum officium. q. 21 n. 16. Veniũt appellatione Clericorum in fauorabilibus. n. 19. Veniunt appel latione Dignitatum. n. 21. Nouitij expertes ſunt electionis paſſiuæ. q. 12. n. 38. Illis ſuſpectis adiungitur Epiſcopus. q. 1. n. 40. Collegiatæ Eccleſiæ ſunt Clerici ſecundi gradus. q. 33. n. 2. Cathedralis præſtãtior eſt Collegiali. q. 11. n. 9.

Can-

Digitized by Google

Cantor. Habet iuriſdictionē etiam in Canonicos. q. 34. n. 17. Et Canonicus Oſcē ſis punitur ab Archiepiſcopo Cæſarauguſtano. q. 22. num. 26.
Capitulares. Illorū punitio de iure ſpectat ad Capitulum. q. 1. n. 12. Vnus eorum qui nō delinquit erit Adiunctus Epiſcopi. q. 6. n. 8. Illorum appellatione veniunt Canonici. q. 21. n. 3. Delinquentes extra corpus Eccleſiæ puniūtur cū Adiunctis. q. 22. n. 3. & 33.
Capitulum. Illius conſenſus generaliter ab Epiſcopo expectari debet. q. 1. n. 14. Maxime in grauibus. n. 58. Iuriſdictionē acquirit cōtra Canonicos per ſpatiū decem annorum. n. 21. Priuatur fructibus aduocātem contra ſe. q. 33. n. 31. Frequenter litigat cum ſuo Epiſcopo. q. 1. n. 40. Illius conſenſus non excluditur vbi excluditur conſenſus aliorum. n. 52. Cur dicatur Senatus? n. 56. Illi eſt iuriſdictio ciuilis & criminalis in ſuos Capitulares. q. 2. n. 7. In cauſa amici ſui nō eſt Iudex. q. 6. n. 3. Illi non nocet delictum particularis. n. 17. Repreſentatur ab Adiunctis. q. 9. Illius ſcientia requiritur ad acquirēdam quaſi poſſeſſionē cōtra illud in corporalibus. q. 16. n. 20. Illi non nocet Officialium ſcientia. n. 21. Non ſuccedit in ſpecialiter Epiſcopo reſeruatis. q. 17. n. 1. & 27. Non ſuccedit in poteſtate confirmādi Abbates. n. 2. An ſuccedat in poteſtate viſitandi Moniales exemptas. n. 3. Sede vacante non poteſt indicere clauſuram Monialibus etiam exemptis. n. 5. Sede vacante non poteſt corrigere Regulares exemptos extra Clauſtra degētes. n. 6. & 29. An ſuccedat in poteſtate cap. 6. Seſſio. 24. de reformatio. n. 7. 11. & ſeq. & 30. Non ſuccedit Epiſcopo in ſpecialiter delegatis. n. 8. Succedit in augmētis iuriſdictionis ordinariæ. nu. Succedit in iuriſdicti[illegible] ordinaria. n. 13. Vniuerſum quādo delin[illegible] q. 6. n. 11. Sede vacan[illegible]

Digitized by Google

penſat in neceſſarijs.q.17. n. 19. Et in iuriſdictione neceſſaria.n.20. Succedit in poteſtate exequendi pias volũtates.n.24. Illius, Sedevacante, appellatione veniũt Capitulares de cõſuetudine.q.23.n.1. Succedit in iuriſdictione procedendi cum Adiunctis. q.17.n.35. Illi non eſt territorium.q.33.n.10. An poſſit incarcerare Canonicũ. n.13. Illius coactio ad Canonicũ antiquiorem ſpectat.n.43. Illius conſenſus quando requiritur ab Epiſcopo? q.1.n.68. Priuat fructibus & diſtributionibus aduocantem contra illud.q.33 n.31. Quando indicat ceſſationem à diuinis.n.37. An habeat iuriſdictionem in Decanum. n.14.16.42. Acquirit iuriſdictionem, pręſcriptione, conſuetudine, priuilegio. n.17. Non diſpenſat contra Canones.n.18. In quibus ſtatuat.n.20. Cõpellit ſtare, & intrare Capitulares ad Capitulum. n.28. ...tium nunquam omnino ...dè ſubfuit Epiſcopo.q. 11.n.5. Illius quando requiratur aſſenſus, vel conſilium.q.1.n.29. Nominat aſsiſtentes.q.33.n.38. Capellani ab illo coguntur celebrare. n.25. Cõmunio generat diſcordiã.q.9.n.7. Sine cauſa & cũ malitia priuat nutuales.q.33.n.30.

Caput. Eſt principalis pars corporis.q.1.n.8. Cæteris membris dat fomentum. q. 34. n. 7.

Cardinales. Illorum Collegium Sede vacante diſpẽſat in reſeruatis Pontifici. q.17.n.18. Illorum declarationes magnã habent authoritatem.n.31. In Curia maiorem habent ſplendorem quam extra. q. 22. n. 11. Adiuncti ſine Cardinali cui adiungũtur poſſunt procedere.q.32.n.17. Illorum declarationes circa priuationẽ Præbendę ob nõ ſuſceptionem ordinis illi annexi.q.18.n.1. Illorũ declarationes & deciſſiones Rotę ſibi contrariæ quomodo accipiantur. n. 20. & 21.

Caro. Nemo ſuam carnem odio habuit.q.6.n.4. Illius deli-

delictũ quãdo præſumatur. q.16.n.11.Incontinẽtia quomodo probetur. q.20.n.4.

Caſus.Noluntatis & impotentiæ parificãtur.q.5.n.3.Omiſſus ſimilis expreſſo iudicatur,vt expreſſus.n.6. Omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.n.13.Nolũtatis,& impotentiæ parificãtur.q.6.n.1.Declaratur.n.9.

Citatio. Supponit ſubiectionẽ. Monitio non item.q.16.n.3. Succeſſit in locum vocationis in ius.n.8. Perpetuat iuriſdictionem.q.28.n.2.

Clerici Epiſcopi, ideſt Capitulum Cathedrale,q.11.n.11. Omnes fratres appellantur Epiſcopi.n.6. Maieſtatis rei ab Eccleſiaſtico puniuntur. q.30.n.48. Idem de perturbatoribus pacis.q.31.n.6.& 7. Primi,& ſecundi gradus qui ſint.q.33.n.1.

Clauſula. Non aliter, inducit formam.q.8.n.6. Sine præiudicio,declaratur. q.11.n.10. Authoritate noſtra, ſignificat iuriſdictionem delegatam.q.17.n.10.Ex nunc,pro ex tunc,virtus. q.29.n.12.& 46 Nulla concordia, extenditur ad concordias confirmatas. q.25.n.5. Ipſo iure, quid ſignificet?q.31.n.6.& 7

Coadiutor.Illi congrua datur. q.29.n.2. An penſum ſeruitutis ſoluere teneatur? n.4.& 14.Liberam habet adminiſtrationem. n.5. Reſtituitur poſſeſſioni quã accepit. n.6.9. & 45. Eaſdem debet habere qualitates quas Coadiutus.n.7. Ille, ac expectans comparatur.n.8.10.& 32. Et non Coadiutus infirmus, vel impeditus lucratur diſtributiones.n.11.Annatam ſoluit & ingreſſum. n.13.16.& 48. An ſedem acquirat,& gradus antiquitatis?n.18.& 40. Illius vſus,an improbãdus? n.22. Illi ſtillus multa tribuit. n.23. quia eſt introductus ab illo.n.39.Nõ tenetur publicare. n.25.Nõ conſequitur fructus ex beneficio Coadiuti. n.26. An teneatur reſidere præciſè, an cauſatiuè?n.27.& 29.Sibi non optat, ſed Coadiuto.n. 31.Eſt Canonicus fictus.n.33 & 44. Non tenetur facere profeſſionẽ.n.36.Ille non l cratur diſtributiones C iuto excommunicato.

Tiraſonen.priuatus

Coadiutoria. Species eſt beneficij.q.29.n.1. Illius expeditio precum veritatem requirit. n. 3. Non inducit incompatibilitatem.n.28. Nō prçiudicat nominationi Regiæ. n.34.

Collatio. Vbi eſt ſimultanea, & vna fit ab vno, & altera ab altero,neutra valet. q.4. num. 9.

Collectores. Si delinquant extra Diœceſim, an gaudeant exemptione? q. 22. nu. 5.27. & 36.

Concilium Prouinciale recuſari poteſt.q.9.n.4.

Conditio. Mutata conditione perſonæ extinguitur diſpoſitio prima. q.11.n.7. Priuationis ipſo iure ob non ſuſceptionem ordinis poteſt imponi à fūdatore.q.18.n.19 Vt ordinarius nullo modo ſe intromittat.q.27.n. 19.

Confirmatio.Barbaſtrenſ.Concordiæ.q. 25.n. 13. Burgenſ. Concordiæ. n. 12. Ex certa ſcientia quæ? n. 10. Illius faciendæ cautela.n.12. Generalis ex certa ſcientia non [t]rahitur ad illicita. n.15. Ex [d]iuturnitate temporis præ[ſump]ta, intelligitur in forma communi. n. 17. Eſt duplex n. 9. Pactum de confirmatione intelligitur ex certa ſcientia.n.16.

Confraternitates. Laicorum à viſitatione non poſſunt appellare ſuſpenſiuè.q.26.n.5.

Conſenſus. Tacitus ex factis, expreſſus reſultat ex verbis quæſt. 8.n.1. Vbi requiritur pro forma eſt neceſſarius. num. 4. Vbi requiritur neceſſe eſt, vt præcedat. nū. 7. Inducitur ex præſentia. q.1. n. 54. Non inducitur in arduis ex ſilentio. q.8.n.10.

Conſilium. Et conſenſus differunt.q.1.nu.1. Idem quod aſſenſus ſignificat in arduis. n. 16.49. Quando: & quando requiratur conſenſus. n. 61. & 66. Et aſſenſus quomodo diſtinguantur. n. 62. Multiplex eſt. num. 63. Illud audire compellimur. n. 64. Et conſenſus promiſcuè veniunt in ſermonem. nu. 65. Inducit præceptum ſi dicitur, *de Conſilio*: ſi *cum Conſilio*, admonitionem. quæſt. 31. n. 20. Inducitur ex præſentia.q.30.n.5.

Conſtitutio Martini contra trahentes Clericos ad Tribunalia

bunalia ſæcularia. q. 30. nu. 10. Eccleſia legibus ſæculi adiuuatur. n. 22. Synodalis permittens Collegijs puni- re: Collegiatos declaratur. q. 33. num. 31. De recognoſ- cendis edictis. q. 34. nu. 47. Cæſaraugiuſt. Sedis. p. 3. c. 1. declaratur. q. 29. num. 19. 50. Contra decretum irritans nulla eſt. q. 2. n. 8. Non tra- hitur ad caſus deciſſos ſen- tentia, vel tranſactione. q. 25. n. 1.

Conſuetudo. Excludit conſi- lium non ſolum aſſenſum. q. 1. n. 66. Præſcripta dicitur, ſi quadraginta annorum ſpa tio muniatur. num. 48. Im- memorialis habet vim pri- uilegij, maximè ſi concur- rit fama. q. 24. num 4. & 21. Illa damnata contra viſita- tionem, cenſetur damnata immemorialis, quia eſt con tra bonos mores non viſi- tare. q. 24. num. 8. Immemo- rialis vim tituli habet. q. 30. n. 7. Immemorialis à Regi- bus etiam inducta, eſt ſu- blata. n. 47. Vide infra *verb. Immemorialis.*

Conſules. Iuriſdictionem ha- bent in ſubditos. q. 33. n. 26.

Crimen. Delictum, peccatum diſtinguntur. q. 14. n. 18. De- lictum, peccatum confun- duntur. q. 15. nu. 19. Crimi- num diſtinctio. q. 2. num. 4. Præſignatur à correctione. q. 18. n. 8. Differentia inter cauſas ciuiles & criminales. q. 18. n. 26.

D.

DEcanus. Illius, & Archi- diaconorum iuriſdictio eſt ſimultanea cum Epiſco- pi iuriſdictione. q. 4. num. 4. An ſubſit Capitulo. q. 33. nu 14. 16. 42. Eſt caput Ca- pituli. q. 34. num. 6. & 44. Reparat collapſa. num. 8. Iu- dicat. num. 11. Succeſſit Ar- chipresbytero. num. 4. & 12. Modicam iuriſdictio- nem cenſuris expendit. nu. 13. Punit etiam Canonicos ſi delinqunt in Choro. num. 14. Compellit ad modeſtè loquendum, & proceden- dum. nu. 15. Eſt hoſtis Epiſ- copi. num. 19. Sedet primo loco. num. 20. Eſt Præla- tus. num. 21. Præcedit Of- ficialem. num. 22. Inuigi- Choro. n. 23. Cognoſcit c punitione, n. 24. Recedi Choro ſine licentia nu. 2

Procuratorē ſignat ſine Capitulo. n. 27. Dirimit votorum paritatem.n.28.Recognoſcit Monitoria legenda. n.29.& 46. Diſpenſat. n.36. Interdicit. n. 37. Viſitat. n. 42. Capitularibus aſſurgit. n.32.Solus,nec nominat Cōmiſſarios,nec Epiſtolas aperit.n.30.31.Veniam petit receſſurus. n. 33. Admonet,& refert Epiſcopo.n. 34. Eius maioritas,vel minoritas pēdet à conſuetudine. nu. 35. 40.& 41. Tudelenſis multis prærogatiuis gaudet.n.38.

Deciſſio Putei 209. lib. 1. n. 4. declaratur.q.1.n. 26. Diuerſorum 613.p.1. declaratur.n. 59. Salmantini Scholaſtici circa eius exemptionem explicatur.q.22.n.14.&34.Deciſſionum.S.R.R.authoritas q.vltim. §. 9.

Delegatus. Ab illo negligente,habetur recurſus , vel ad Superiorem , vel ad Sedem Apoſtolicam. q. 5. n. 10. Ad cauſas criminales,non cognoſcit de cauſis criminalibus ciuiliter intentatis.q.15. n. 16. Procedit contra Epiſcopum turbantem. q. 34. n. 48. Illius iuriſdictio eſt odioſa.q.31.n.14.Prohibetur delegari vbi eligitur induſtria perſonæ.q.14.n.51.

Delinquens. Quando non ſit carcerandus? q. 20. n. 12. In loco prorogat iuriſdictionē Iudicis loci.q.22.n.7. In aliena Diœceſi,& ibi non punitus , puniatur in propria? n. 34. Et abſolutus iniuſtè, an poſſit puniri? ibidem.

Dictio. Liberè,quid ſignificet. q.1.n.2. Etiam,eſt continuatiua.q.10. n. 5. Etiam,addit. q 17.n.25. Præſertim,q.19.n. 6.Integrè,n.10.Verò,eſt aduerſatiua.q.21.n.9.Tantùm, eſt taxatiua. q 26. n.2. & 7. Alias , vel aliàs pro eodem. q.31.n.3.Aliàs,habet vim decreti irritantis. n. 13. Nullatenus,habet vim decreti irritantis.n.14. Si aliter,inducit formam & decretum irritans. n.16.

Dignitas. De nouo erecta intelligitur , ſine præiudicio. q.11.n.16. Superueniens auget , non minuit. q. 21.n. 23. Illa minori ſed propria fulgens , dignior eſt quam qui maiori, ſed aliena Dignitate fulget. q. 29. n.42.Prima poſt Pontificalem,quę?q.33. n. 14.

Digitized by Google

num. 14.16. & 42. Attenditur conſuetudo. n.2. Archidiaconus eſt de iure. nu. 3. Decani, Prioris, Præpoſiti, Abbatis, Archidiaconi, Archipresbyteri ſolẽt eſſe primę poſt Pontificalem.q.34. n. 4. Et Capitulum ſunt diuerſa. q. 21.n.4. Non venit appellatione Capituli, etiã ſi de conſuetudine ſit Capitulares.n. 5. & 18. Sine Adiunctis non poteſt carcerari in Eccleſia Conchen. n. 11. Accipit dotem ex Menſa communi. num.13.Nomine,& fine præſtat. n.15.Gaudet Adiunctis ex declaratione Cardinalium.num.17. Comprehenditur appellatione Capituli in multis. n. 5. & 18. Illi & Canonicis multa conueniunt.num.20. & 21. Collegiatarum non gaudet Adiunctis.n.24.

Doctor. Eſt intelligendus iuxta allegata ab illo. quæſt. 9. num.9. Recurſibus applaudens quibus excuſetur. q. 30.num 65.

E.

ECcleſia. De Pilari primò fuit ad tempus exempta ratione litis. q. 1. n.40. Plura de eadem.q.12.à num.23. De nouo erecta incompatibilia cum nouo ſtatu omnimodè excludit. q. 11.n.6. Eccleſię immunitas renunciari non poteſt.q.7.num.2. 10. & 12. Mutato ſtatu non mutatur ſubiectio.quæſt.11. num. 12.

Electio. Deuoluitur ad minorem partem ſi maior delinquit. q. 6. num. 9. Illi interſunt ij quibus de iure non competit intereſſe propter admiſſionem. num. 35. propter eligentium paruum numerum.q.12.num.37.In ſuffragijs ferendis debet eſſe libertas. q. 1.n. 46.

Epiſcopus. Eſt caput Capituli. q. 1. num. 7. Cæterarum Dignitatum culmen eſt. n. 9. In quibus caſibus requirat conſilium, vel aſſenſum Capituli non liquet. nu.10. Regula datur. num. 61. De iure habet Canonicatum in Cathedrali. num 19. Solus iuriſdictionem exercet ob Canonicorum negligenti[illegible] num. 21. Se habet cum Capitulo, vt Archi[illegible] pus cum ſuis Epiſ[illegible] 27. Olim adiung[illegible]

dicibus ſuſpectis. num. 39. Quo plus videt, plus ſibi diffidit. num. 57. Hodie diſpenſat ſine Capitulo. num. 67. Illius iuriſdictio extenſa non limitata. q. 1. num. 7. Epiſcopi Aſturcienſis argumentum proponitur. n. 3. Diluitur. q. 3. num. 21. Et Capitulum non ſe confundunt in ſimultanea collatione. q. 4. num. 10. Et Capitulum vt diuerſa corpora cenſentur in collatione ſimultanea. num. 11. Et Capitulum de iure ſunt Iudices in criminalibus contra Capitulares. q. 5. num. 1. Solus procedit quando vniuerſum Capitulum delinquit. num. 4. Illius iuriſdictioni plus fauet ius commune & Tridentinum. n. 7. Non eſt Iudex in cauſa ſua contra Capitulares. q. 6. num. 5. In cauſa ſuæ Eccleſiæ Iudex eſſe quando poſſit? quæſt. 9. num. 12. Prætendens omnimodam probare tenetur. q. 11. num. 2. Illi, & Canonicis Regularibus bona erant communia. 12. num. 7. Eſt loco in Eccleſijs Regularibus. n. 18. Tàm in Collegiatis, quam in Cathedralibus Eccleſijs. n. 19. Contra Canonicos Regulares, & exemptos quando procedat? n. 30. Illi cur delegantur quæ de iure communi competunt. q. 17. n. 23. Solus olim ordine Clericos priuare non poterat, ſed beneficio. q. 18. n. 14. Illius iuriſdictio in Capitulares eſt limitata. q. 22. n. 13. In Collegio conſideratur non vt Dignitas, ſed vt Collega. n. 22. Qui iurauit, non procedere contra Capitulares, tenetur. q. 21. n. 3. & 23. Iuramento ſe poteſt obligare tribuendi plus Capitulis in iuriſdictione, quã Concilium tribuit. q. 24. n. 25. Poteſt viſitare Capitulum ſæpius in anno. q. 25. num. 3. Vnam Eccleſiam poteſt eximere à Viſitatione de conſenſu Capituli. q. 27. n. 5. Non poteſt præiudicare Eccleſiæ in quærendis. num. 10. Permittit collationem inferiori. n. 14. Præſumitur nihil ignorare de ſua Diœceſi. num. 16. Viſitat quãdo aliàs eſt prohibitus

hibitus ſi datur negligen-
gia illius cui de iure com-
petit Viſitare. nu. 22. Illius
ſententia cum ſola aſſiſten-
tia vnius ex duobus Adiun-
ctis non valet. q. 31. n. 21.
Quando cenſeatur proce-
dere vt delegatus. q. 32.
num. 20. remiſsiuè. Quan-
do ſit Ordinarius, & quan-
do Delegatus? n. 5. 7. &
21. Ad illum vt caput om-
nia referuntur. q. 33. n. 12.
Habet iuriſdictionem cum
Capitulo. n. 21. Illius do-
mus an gaudeat immunita
te? q. 7. n. 11. Cum Capitu-
lo maiorem habet fraterni-
tatem. q. 1. n. 24.

Exceptio. Debet eſſe de re-
gula. q. 1. n. 4. & q. 3. n. 23.

Exceſſus multis modis fit.
q. 26. n. 8.

Excommunicatio. Ferri non
poteſt niſi ob mortalem cul
pam cum in obedientia, &
contumacia. q. 15. n. 1. Ferri
poteſt propter cauſam ci-
uilem. n. 2. Propter culpam
non mortalem. n. 3. Propter
actum ſine malitia. q. 15. n.
4. Ferri poteſt propter cau-
ſas meri, & mixti Imperij.
n. 14.

Exemptio. Illius articuli quo-
modo proponendi? q. 1. n.
21. Concedi ſolet ratione
litis cum Ordinario. num.
40. Non præſumitur. q. 11.
n. 14. Regularium quomo-
do procedat? q. 12. n. 17. Ca-
nonicorũ glorioſiſſimæ Vir
ginis de Pilari. n. 23. Ratio-
ne loci, & perſonæ, vel per
ſonę dumtaxat latius patet.
q. 22. n. 17. & 30. Præpon-
derat generi. q. 21. n. 10.

Exemptus. Poteſt prorogare
iuriſdictionem Iudicis Or-
dinarij. q. 22. num. 6. Ratio-
ne curæ ſubijcitur. num. 9.
Ratio. nu. 10. Ratione per-
ſonæ in ciuilibus vbi res eſt
conuenitur. n. 32.

Expreſſum. Plus operatur quã
tacitum. q. 3. n. 25. & 31. n.
11. & 12.

F.

Fictio. Non eſt potentior
veritate. q. 29. n. 47.

Forma. Concipiendi ſenten-
tiam in iudicio Adiuncto-
rum. quæſt. 3. num. 1. Pro-
nunciandi ſententiam cri-
minalem contra Cani-
rem in Eccleſijs
nenſ. & Turol
aui. Quando re

Digitized by Google

conſenſum.q.8.n. 5. Vbi requiritur,per æquipolens nõ impletur. num. 11. Erigendi Cathedralem.q.11.n.4. Alia ſubſtantialis, alia accidentalis. q.31. num.17.Subſtantialis operatur ipſo iure. num. 18.

Forus. Eſt triplex, conſcientiæ,pœnitentiæ, & contentionis.q. 15.num.6.

G.

GRauatus. In vno, in alio debet releuari.q.12.n.16

I.

IMmemorialis. Iaccenſ.cõſuetudo prætenſa in Viſitatione.q. 24. nu.17. Centum annorum ſpatium requirit. q.1.nu. 6. Conſuetudo contra Viſitationem eſt ſublata.q. 24.n.15. Quomodo ſit probanda. n. 18. Quomodo probetur.q.30.n.5.vide ſup. *verb.Conſuetudo.*

Intellectus. Cap.3. de conſuetud. in ſexto.q.1.nu. 47.49. Cap.Archiepiſcopus.9.q.3. nu.5. Cap. 1. de officio Ordinar. n.51. Cap. 4. Seſsi. 6. ...n.1.2.9.Cap. quod verò. ...q.1.n.53.Cap.1.de ex ...rlato.q.1.nu.54.Cap. ... his quæ fiunt à Prælat. nu.55.Cap.6.Seſsio. 25. ibi: Conſilio & aſſenſu. q.8.n. 9. Cap.1. de iuditijs. q. 9.n.5. Cap.4. Seſsio. 6. in prin.q. 10.nu.4. Cap.ex eo. 32.§.1. de electio. in 6. n.33. & 36. q 12. Cap.4. Seſsio.6. de reformatio.q.14. nu. 14. Cap.6.Seſsio.24.q.15. nu. 9. & 12.Cap.6.Seſsio. 25. verſ. In criminali. q. 15. num. 17. Cap.14.Seſsio.25.q.16. n.10. 11.& 13 Cap.6.§ 25.de reformatio.q.18 nu.7. Cap. licet Canon, & Cap. Commiſſa. de electio. in 6. q. 18. n. 18. Cap. 12. verſic. neminem. Seſſio. 24.quæſt. 19. num. 3. 7. & 13. Cap.3. Seſsio.7. de reformat. n.5.Cap.4.Seſsio. 22. verſ. Nec alijs. num. 8. Cap. 6. Seſsio. 25. verſ. In criminalibus. q. 20. num. 1. & 6. Cap.4. Seſsio.6. de reformatio.q.21. num 1. & 8. Legis penult. verſ. mulieres. ff. ad municip. quæſt. 22. n.1. 11. & 28. Cap. 1. de priuileg. in 6. num. 2. 16.& 29. Cap. 8. Seſsio. 24. n. 4. & 35. Cap. 4. Seſſio. 6. de reformatio. quæſt. 25.nu.6. & ſeq. & 19. Cap. 8. & 9. Seſsio. 22. q. 27. num. 1. &

Cap.

Digitized by Google

Cap.3. Seſsio. 25. q. 30. n. 33. & 47. Cap. 20. Seſsio. 25. n. 51. Cap. Paſtoralis. §. Quia verò. de offi. deleg. n. 67. Cap. 4. Seſsio. 6. q. 32. nu. 16. Panormita. in cap. cum dilectus. notab. 5. de Conſuetud. q. 27. num. 4. & 21. Cap. 6. Seſsio. 25. verſi. Ne iudicium eludatur. q. 3. nu. 16. Cap. 6. Seſsio. 25. verſi. Cæteris autem in rebus. q. 3. n. 22. & q. 33. n. 36. Cap. 6. Seſsio. 25. verſ. Hæc autem omnia. q. 11. n. 15. Cap. 14. Seſsio. 25. de refor. q. 24. n. 5. & 26.

Interdicta. Pro rebus ſacris redduntur, & reddebantur. q. 30. n. 26.

Irritum, vel irritandum differunt. q. 31. n. 2. & 8. De Decreto irritanti an inficiat poſſeſsionem? q. 31. n. 15.

Iudex & iuriſdictio principalis vbi non poteſt procedere, nec Adiuncti. q. 5. n. 11. Criminalium non ſe intromittit in ciuilibus, vel è conuerſo. q. 18. n. 9. & 24. Poteſtatis limites excedēs, vt priuatus agit. q. 30. nu. 16. Illi vt priuato impune reſiſtitur. num. 17. Sæcularis non ſupplet iuriſdictionem eccleſiaſtici. num. 45. Suffraganeus eſt in Concilio Prouinciali. q. 3. num. 22. Ordinarius, vel delegatus inuocat brachium ſæculare. q. 30. n. 50. Eccleſiaſtico pertinet defenſio. n. 53. Laicus ex delegatione Apoſtolica cognoſcit inter Eccleſiaſticos. q. 30. n. 5. Eccleſiaſticus ſæcularem inhibere non poteſt. num. 54. Iudicis prima inſtantia recuſari non poteſt. q. 7. num. 7. Illius noluntas duobus modis conſtat. q. 15. num. 12.

Iuriſdictio. Facilius limitatur quam tollitur. q. 1. num. 17. Omnimoda quæ ſit? n. 43. Quid ſit? q. 3. n. 6. In dubio conceſſa intelligitur cumulatiuè. q. 4. num. 2. Cumulatiuè facit locum præuentioni. num. 3. Illius conceſſionis forma maximè debet attendi. num. 6. Priuatiua quæ? n. 5. Adiunctorum eſt limitata exemptio. quæſt. 1 num. 13. Ordinaria eſt, qu[illegible] ex ſpeciali priuilegio pe[illegible] petuò datur. q. 17. nu. [illegible] Contentioſa hab[illegible] neceſſaria. num. 2

uenitur citando, capiendo, vel informando. q. 29. n. 20. In dubio cenſetur ordinaria, potius quam delegata. q. 32. n. 8. & 9. Altercata faciat delegationem. nuni. 2. & 18. Alia modica; alia infima; alia ſuprema. q. 33. n. 4. Alia alta, media, Baſſa. num. 5. Diuiditur in Imperium merum, mixtum, & iuriſdictionem. num. 6. In maximam, maiorem, magnam, paruam, minorem, minimam diuiditur. num. 7. In grauem & leuem diuiditur. nu. 8. Propria quando competat Capitulo. n. 35. Ordinaria eſt, quæ competit perpetuò Dignitati etiã ex ſpeciali priuilegio. q. 32. num. 6. Simultanea non permittit procedere vnum ſine alio. quæſt. 5. num. 8. Siciliæ Laiclericalis. q. 30. num. 6. Aſſeſſor ea caret. q. 3. num. 2. & 18. Intimatio eſt pars iudicij q. 36. n. 4. Imperium aut merum, aut mixtum. q. 15. nu. 13. Spiritualis & temporalis mutuò ſe adiuuant. q. 30. num. 29. ...ſſe ſine territorio. q. 11. ...

Iuramentum. Sequitur naturam actus, intellige, vt q. 24. num. 23. Suum tenet auctorem. nu. 24.

Ius. Correctum, præſtat argumentum ad declarationem q. 22. n. 18. Reſiſtere quando dicatur? q. 11. num. 1. Communne qui habet pro ſe, agit de damno vitando. nu. 11. Ad rem, vel in re quo modo diſtinguatur. q. 29. n. 49. Impedimentum iuris & facti pro vno habentur. q. 6. nu. 2.

L.

LEx. Non extenditur ad expreſsè prohibita. q. 24. nu. 13. Illius definitio. q. 33. nu. 22. Eam Tyrannus ferre non poteſt. n. 23. Illam primi non recipientes peccãt mortaliter. q. 30. nu. 25. An coactione illa obligetur Legiſlator. q. 33. nu. 21. 24. Debet conuenire titulo, ſed nõ ſemper. q. 19. nu. 2.

M.

MAior. Non venit appellatione minoris. q. 21. n. 6. Honore, & maior eſſe debet prærogatiua. n. 14. Eſt Iudex Eccleſiaſticus, quam ſecularis. q. 30. n. 46.

Moni-

Monitio. Habet vim citationis.q.16.n.5.Vbi requiritur, intelligitur de duplici monitione. q. 13 num. 3. Eſt facienda in ſpecie, non in genere.q.16.n.12. Poteſt fieri per verba reprænſiua. num.13. Duplex requiritur in diſpoſitionibus negatiuis.n.14. Triplex requiritur contra Clericum negotiatorem.n.15. Quomodo conſtare debeat.nu.16. Vrbana. n.17. Alia iudicialis,alia denuntiatiua. n. 19. Specialis, an hodie ſit neceſſaria? n. 22.Synodalis habet vim trinæ monitionis. nu.23. Specialis requiritur in Archiepiſcopatu Cæſarauguſtano præter Synodalem monitionem. num. 24. Importatur præcepto. num.6. An requiratur in concubinatu. q. 20. n. 5.

N.

Nomen. Illius quæſtio inutilis. q. 4. n. 1.

Nouitij gaudent priuilegijs Religionum.q.12.n. 41.

Nullum. Non inducitur ex lege pura prohibenti. q. 12. num. 39. Nullos producit effectus.q.31.num.10, Quid ſignificet. n. 2. 4. & 5.

O.

Oppoſitio. Ad Canonicatus Graduatorum in Eccleſia Cæſarauguſtana quã requirat ætatem. q.19.n.4.

Optio. Canonicis permiſſa,nõ etiam Dignitatibus conceditur. q.21.num.7.

Ordinarius. Illius iuriſdictio prorogari poteſt ab exempto. q. 7.n. 4. Illius appellatione venit Capitulũ Sede vacãte.q.17.n.26.& 33. Quando ſolus procedat.q.31.n.19.

Ætas ad ordines cum attingentia ſola. q. 19. nu. 9. & 11. Statim poſſe promoueri, vel infra annum ad ordines, paria ſunt. q. 19. num. 4.

P.

Parochus. Illius licentia ad matrimonium debet præcedere. q. 8. num. 8. Subijcitur Capitulo de conſuetudine.q.33. n. 39.

Patronatus. Comitis Oropeſani. q 27. nu. 2. & 20. Poſſibilitè recurritur ad Iudices laicos per patronos. 30. n. 19.

Periculum. Illius ratione alias non perm

uenitur citando, capiendo, vel informando. q. 29. n. 20. In dubio cenſetur ordinaria, potius quam delegata. q. 32. n. 8. & 9. Arrectata faciat delegationem. num. 2. & 18. Alia modica, alia infima; alia ſuprema. q. 33. n. 4. Alia alta, media, Baſſa. num. 5. Diuiditur in Imperium merum, mixtum, & iuriſdictionem. num. 6. In maximam, maiorem, magnam, paruam, minorem, minimam diuiditur. num. 7. In grauem & leuem diuiditur. nu. 8. Propria quando competat Capitulo. n. 35. Ordinaria eſt, quæ competit perpetuò Dignitati etiã ex ſpeciali priuilegio. q. 32. num. 6. Simultanea non permittit procedere vnum ſine alio. quæſt. 5. num. 8. Siciliæ Laiclericalis. q. 30. num. 6. Aſſeſſor ea caret. q. 3. num. 2. & 18. Intimatio eſt pars iudicij q. 36. n. 4. Imperium aut merum, aut mixtum. q. 15. nu. 13. Spiritualis & temporalis mutuò ſe adiuuant. q. 30. num. 29. ...ſſe ſine territorio. q. 11. ...

Iuramentum. Sequitur naturam actus, intellige, vt q. 24. num. 23. Suum tenet auctorem. nu. 24.

Ius. Correctum, præſtat argumentum ad declarationem q. 22. n. 18. Reſiſtere quando dicatur? q. 11. num. 1. Communo qui habet pro ſe, agit de damno vitando. nu. 11. Ad rem, vel in re quo modo diſtinguatur. q. 29. n. 49. Impedimentum iuris & facti pro vno habentur. q. 6. nu. 2.

L.

LEx. Non extenditur ad expreſsè prohibita. q. 24. nu. 13. Illius definitio. q. 33. nu. 12. Eam Tyrannus ferre non poteſt. n. 23. Illam primi non recipientes peccãt mortaliter. q. 30. nu. 25. An coactione illa obligetur Legiſlator. q. 33. nu. 21. 24. Debet conuẽire titulo; ſed nõ ſemper. q. 19. nu. 2.

M.

MAior. Non venit appellatione minoris. q. 21. n. 6. Honore, & maior eſſe debet prærogatiua. n. 14. Eſt Iudex Eccleſiaſticus, quam ſæcularis. q. 30. n. 46.

Moni-

Monitio. Habet vim citationis.q.16.n.5.Vbi requiritur, intelligitur de duplici monitione. q. 13 num. 3. Eſt facienda in ſpecie, non in genere.q.16.n.12. Poteſt fieri per verba repræhenſiua. num.13. Duplex requiritur in diſpoſitionibus negatiuis.n.14. Triplex requiritur contra Clericum negotiatorem.n.15. Quomodo conſtare debeat.nu.16. Vrbana. n.17. Alia iudicialis,alia denuntiatiua.n.19. Specialis, an hodie ſit neceſſaria? n. 22.Synodalis habet vim trinæ monitionis. nu.23. Specialis requiritur in Archiepiſcopatu Cæſarauguſtano præter Synodalem monitionem. num. 24. Importatur præcepto. num.6. An requiratur in concubinatu. q.20. n.5.

N.

Nomen. Illius quæſtio inutilis. q. 4. n. 1.

Nouitij gaudent priuilegijs Religionum. q.12.n. 41.

Nullum. Non inducitur ex lege pura prohibenti. q. 12. num. 39. Nullos producit effectus.q.31.num.10. Quid ſignificet. n. 2. 4. & 5.

O.

Oppoſitio. Ad Canonicatus Graduatorum in Eccleſia Cæſarauguſtana quã requirat ætatem. q.19.n.4.

Optio. Canonicis permiſſa,nõ etiam Dignitatibus conceditur. q.21. num.7.

Ordinarius. Illius iuriſdictio prorogari poteſt ab exempto. q. 7. n. 4. Illius appellatione venit Capitulũ Sede vacante.q.17.n.26.& 33. Quãdo ſolus procedat.q.31.n.19.

Ætas ad ordines cum attingentia ſola. q. 19. nu. 9. & 11. Statim poſſe promoueri, vel infra annum ad ordines, paria ſunt. q. 19. num. 4.

P.

Parochus. Illius licentia ad matrimonium debet præcedere. q. 8. num. 8. Subijcitur Capitulo de conſuetudine. q. 33. n. 39.

Patronatus. Comitis Oropeſani. q. 27. nu. 2. & 20. P eo licitè recurritur ad Iu ces laicos per patronos. 30. n. 19.

Periculum. Illius ratio ta alias non perm

mittuntur. q.30.n.30.
Permutatio. Parochiarũ Epiſcopis non permiſſa. q. 27. n. 15.
Pœna. Irrogationem illius auget, vel minuit perſonæ cõditio. q. 1. n. 28. Illius impoſitio requirit concludẽtem probationem q. 30. num. 69. Mulcta quid ſit. q. 33. n. 34. Modica coertio quæ ibidem. Illi ſe voluntariè ſubijcit qui culpam committit. q. 22. num. 8. Ad incurrendam etiam ipſo iure requiritur declaratoria facti. q. 30. n. 68.
Portionarij. Licet de iure non ſint Capitulares, de conſuetudine tamen ſolent eſſe. q. 23. n. 1. Tiraſſonen. ſunt de Capitulo, & habent vocem in Capitulo, ſed non ſunt Capitulares. n. 7.
Praxis. Eſt attendenda. q. 22. num. 24.
Prælatus. Inferior non excluditur à delegatis Epiſcopo, quæ de iure competebant. q. 17. num. 22. Illius inferioris appellatione non comprehenditur Capitulum Sede vacante. n. 32. Nec ſede plena. q. 16. nu. 34. Quilibet habet modicam coertionem. q. 34. n. 25. vide infra Superior
Priuatio. Illius pœna datur pro delicto graui. q. 18. num. 4. Canonicatus eſt cauſa ciuilis. n. 10. 13. 15. & 22. Canonicatus ſuccedit ſi monitio præceſſit. q. 18. n. 17.
Priuilegium. Facilius renunciatur. q. 7. n. 13. Cuius tenor non narratur ſi habet clauſulam, ex certa ſcientia, dicitur confirmatum in ſpecie. q. 25. n. 14. Et præſcriptio differunt. q. 30. n. 8. Non præſumitur. q. 3. n. 55.
Proceſſus. Informatiuus, vel defenſiuus eſt de ſubſtantia iudicij criminalis. q. 16. n. 1. Illius appellatione intelligitur prima citatio. n. 7. & q. 28. n. 1. Fit quomodocunque perueniatur ad cauſam q. 28. n. 3.
Prohibita. Fieri facta tenent. q. 12. n. 40.
Proteſtatio. Concurrens cum facto contrario cedit facto, vt. q. 1. In deciſſione. n. 4.

R.

Ratio. Semel reddita quando repoſci poſſit. q. 24. num. 21.
Rector. Compellit beneficiarios

rios ire ad Capitulum. q.33. n. 29. Si ille, & Conſiliarij condemnantur, Rector ſoluit dimidiam partem, & cæteri dimidiam. q. 34. nu. 10. Plebanus habet iuriſdictionem. n. 48.

Recurſus. A quibus Doctoribus foueatur. q. 30. n. 2. A deciſſionibus publicis admittuntur. n. 2. A deciſſionibus & Pontificibus Romanis cōprobantur. n. 3. 12. & 15. Exēplis confirmantur. n. 4. Ratione temporalitatis licitus in iure. n. 13. Sæculi legibus roboratur. n. 14. In defenſionem poſſeſsionis & appellationis licitus. n. 18. Licitus vbi eccleſiaſtici eccleſiaſticis remittuntur. n. 20. Iuſtè deprecantibus non eſt denegandus. n. 21. Vbi eſt periculum in mora licitus. n. 31. Videtur licitus vbi eſt Cleri laica iuriſdictio. nu. 35. Vbi eſt licitus & citari & inhiberi. n. 36. A multis Doctoribus deteſtantur. n. 37. Defenduntur ignorantia, neceſſitate, conſuetudine, cōcordia, priuilegio, & defenſione. n. 38. Improbantur à Rota Romana. n. 39. Improbantur ab antiquis Canonibus. n. 41. à recentioribus. n. 42. Quomodo recentiſsimè deteſtentur? nu. 43. Multis pœnis afficiuntur. n. 44. Admittendi, vel non admittendi reſolutio remittitur. n. 57. Differt à querella, reclamatione, & alijs, n. 61. Non eſt licitus quando violentia falſo allegatur. n. 62. Purificatur duabus conditionibus. n. 63. & 64. Recurrentibus remedium attētatorum cōpetit. n. 70. Abuſus Clericorum illis anſam dedit. n. 59. & 60. Quomodo excuſetur. n. 65. & 70.

Recuſatio. Poteſt dari propter leuem cauſam. q. 9. n. 8. Aduerſus viſitantem dari non poteſt, quando non procedit in figura iudicij. q 26. num. 1.

Reges. Multi ſcribuntur Canonicorum albo. q. 1. n. 37. Illis in dubio non cenſetur derogari. q. 29. n. 55. Sunt executores Tridentini. q. 30. n. 32. Illis detrahere alienum eſt à Sede Apoſtolica. q. 30. n. [illegible] Illorum, ac Pontificum p[illegible]teſtates eandē haben[illegible]ginem. n. 27. Forū[illegible]

nalia non comprehenduntur ſub prohibitione.n.34.
Regula.De iure quæſito adeſt Epiſcopo, qui plenum ius habebat. q. 11.n.17. Regularium obedientia & ſuperioritas eſt omnimoda.q.12. n. 21. & 22.
Relatum.Eſt in referente. q.17 n.9.& q. 21.n.2.
Renunciatio. Valet gratiæ cũ Decreto irritanti. q. 7. n. 1. In dubio non præſumitur. n. 3. Tenet ſine præiudicio alterius quam renunciantis. nu. 5. Quibus caſibus valet, vel non. n. 14.
Reſidentia. Vel ſuſceptionis ordinum omiſſio parificantur.q. 18. n. 3.

S.

SAcerdotes. Ideſt Capitulum Cathedrale. q.1.n.13. Illos carcerari de facili odioſum eſt.q.10.n.8.Illorum delicta non ſunt publicãda, n. 9. Et Reges vni & ijdem. q.30. n. 28.
Sæcularis. Non admittitur in teſtem contra Clericum in cauſa criminali. q. 18. n. 11. Fallit.n.12. Eccleſiaſtico Iudici quando par iudicetur? 1.66.
Senator.Honorarius prior poſſeſsione poſtponitur poſteriori qui adminiſtrationem proprio iure habet. q. 29. n. 41.Senatus pro Capitulo Cathedrali. q. 1.n.15.56.
Sentẽtia.Datur nomine vnius; ergo ceteri iuriſdictione cãrent,non valet. q. 3. n.21. Et priuilegium non tollitur à cap.4. Seſsio.6.q. 25. n.7.
Sequeſtrum. Iudicis laici in rebus Eccleſiæ nullum. q. 30. num.40.
Superior. Inferioris negligentiã ſuplet. q. 5.n.9. Cognoſcit nolente procedere inferiori. q.5.num.5. Præpoſitus cur ſic dicatur. quæſtio. 34. num.5.
Suſpectus. De fuga comprehendi poteſt à Iudice incompetenti. q.20. num.2.Si eſt Adiunctus, reliqui cognoſcunt: quid ſi Præſes.q.9. num.12. Iudex ſi aliquid fecerit valet, ſed venit reuocandum q. 31.num. 1. & 21. Suſpicionis cauſæ.quæſt. 9. num. 2. Requiritur ſuſpicionis cauſa, & iusiurandum ad remouendum Adiunctum. q. 9. n. 3. & q. 32. num. 12.

Ver-

V
Verba. Præter intentionẽ proferuntur, q.8.n.3. Imperatiui modi quid operentur? q. 31.n.9. In potentiori significatu interpretanda.q. 31.n.3. Significant magis voluntatem quam facta. q. 8. n. 2.
Vicarius. Generalis Iudex eſſe non poteſt vbi nec Epiſcopus, q.6.n.6. Epiſcopi non procedit contra perſonas Illuſtres. q.14.n.1. Et Epiſcopus in multis non cenſentur pro vno. nu. 2.3.4. Epiſcopi non poteſt viſitare Capitulum. num. 6. Epiſcopi procedit contra Capitulares. n. 7. Epiſcopi procedebat contra Epiſcopum, ſed non ſemper. n. 7. Non excluditur à competẽtibus Epiſcopo niſi exprimatur. nu. 11. Venit nomine Epiſcopi, n. 11. Capituli Sede vacante eandem ſi non maiorem habet iuriſdictionem, ac Vicarius Epiſcopi. q. 17. num. 15. & 16. Illius, & Epiſcopi vnum eſt Tribunal. q.14. n. 9. Calataiubij. q.27.num. 13. Radijs corruſcat Epiſcopi. q. 14. num. 10.
Vinculum. Geminati potentia. q.25.n.8. Triplex funiculus difficilius rumpitur. q.3. n.20. & 24.
Vis. Vim vi repellere licet. q. 30.n.23. Multis modis fit. n. 24. Eſt triplex. n. 25.
Viſitatio. Cathedralium præcipuè eſt neceſſaria. q.24. n.16. Capellæ Regiæ. q. 27.n.17. Illius exemptio conceditur priuilegio. q.24.num.2. Summa ratione roboratur. nu.6. Illius ius cenſetur reſeruatum. num. 7. Pendet à iuriſdictione ordinaria. n. 12. Solemnis & ſpecialis, vel non ſolemnis & generalis. num.14. Illius Notarius debeat ne eſſe Clericus? n.19. Comprehenditur appellatione iuriſdictionis. q. 25.n. 2. Viſitatio non tollitur Statutis. num. 4. Illius exemptio non poteſt concedi ab Epiſcopo. q. 26. num. 6. In limine fundationis tolli nõ poteſt q 27.num.8. Cur tolli non poſſit? num 9. Et Procuratio in præſcriptibilis ſunt. n.11. Et Procuratio parte tolli poteſt, ſed non radicitùs. num. 12. & Illius facultas intelli-

conceſſa cumulatiuè, non priuatiuè. q.24.n.10. Semel viſitatus poteſt iterum viſitari dum bis non puniatur. n. 11. Adminiſtratio bonorū viſitatur. q.24.n.20.

Vniuerſitas Salmantina à quibus Pontificibus Priuilegia obtinuit. q. 22.n.15. Non læditur ab Incolis qui pœnam ſoluunt. q.7.n.6. Sine magna cauſa non poteſt recuſari. q.9.n. 6. An iuriſdictione careat. q.33.n.9.19. 40. Delinquit ſi caput delinquit. q. 34.n.9. & 43. Non eſt Iudex ſuſpectus in cauſa Collegialis. q. 9. n. 10.

Vox. In Capitulo computatur inter fructus canonicales. q. 12.n.34. Illam habere in Capitulo non eſt eſſe Capitularem. q. 23. n. 34. Illam habens in Capitulo in aliquibus habet, & in aliquibus non. num. 6.

Vſus. Communis loquendi ius facit. q.3.n.8.

FINIS.

R. SALVAREZZA
RESTAURO
a Val Sassina, 59
Tel. 899.223
1968

Digitized by Google